**M**idianite vero vendiderūt ioseph in egipto pthiphan eunuchū. magistro militie pharaonis. Alij dicūt archimachero id ē principi cocorū. Machera enim coquina dicitur. vel securis cocorum. a machere. qd ē occidere. Nec abhorret a vero. quia apud plures nationes dapifer principis. honorabilior est & princeps militum. Hic iosephus vocat perefren. sed Hieronimus non bene translatum nomen esse asserit. Hic habuit vxorem et liberos. quia et ioseph filiā ipsius duxit vxorem. nec de eunuchis regis fuit. qui paruuli castrabantur. Sed tradūt hebrei. qz videns ioseph elegantē. emit eū vt misceretur ei. Dominus autē custodiens ioseph. illuz adeo infigidauit. vt deinceps impotens fuerit coire. et tanqz eunuchus esset. ita qz videntes eum ierosanti arefactam de more suo eum pontificē heliopoleos creauerūt et honoratior erat qz ante in principatu.

Quō iudas genuit phares et zarā de thamar. C.LXXXVII.

**E**t tempore anteqz ioseph venditus esset. quia hoc etiam interfectum est p recapitulatio nē discedēs iudas Aliud est recapitulu

a fratribus suis. iuit ad virum ad ollamitem nomie iram & accepit ibi vxorē nomine sue filiam chananei. que peperit ei filiū primogenitū her. deinde onā post sela. Dedit autē iudas her primogenito vxorem nomine thamar. Fuit autē her nequā id est abutens vasculo vxoris. et occisus ē a domino & inuentus est mortuus in thoro iuxta vxorē. Et dixit iudas ad onā. vt ingrederetur ad eā vt suscitaret semē fratri.

In quo patet quedā in lege post scripta. que ante eā sunt obseruata. Qui indignas sibi nō nasci filios fundebat semen in terram. id est inutiliter vxorem cognoscere satagebat. Et percussit eum dominus. Remisitqz iudas thamar vt esset vidua in domo patris sui. donec cresceret sela. quo adulto nūuit eū dare thamar. & dissimulabat. Mortua est autem sue vxor iude. Qui cōsolatione accepta post lucrū ibat ad tondendas oues cū vtra opilione suo. Quod audiēs thamar depositis vestibz viduitatis assumpsit teristrū. seditqz i biuio itineris qd ducit thamnā. hebreū sonat in oculos sedit. Sicut enī vocāt biuiz vbi diligētius debet aspicere viator quo gradiat. Quā cū vidisset iudas suspicatus est cadesam id est scortū. Cui & dixit. Sine me vt corāz tecū. Que ait. Quid dabis mibi. Et ille. Mittā tibi hedū de grege. Et illa. patiar qd vis. si dederis mibi arrabonē. & dedit illi anulū & armillaz & baculū que gerebat pro ara. Ad vnum ergo concubitū concepit mulier gemios & abijt receptis iterū viduitatis vestibus. Misitqz iudas hedū per pastores. Qui cum venisset & non inueniret eā. redijt ad iudam sine pignozibus. Post tres autēz menses dicitur est iude. Fornicata est thamar. & vterus eius intumuit. Qui ait. Producite eā vt cōburatur. Que cū duceretur ad penam. misit socero suo pigno

ra dicens. De viro cuius hec sunt conce-  
pi. Qui ait. Iustior me e. quia no tradi-  
di ea sela filio meo. hec fecit ne periret se-  
men filij mei. Attamen vltra non cogno-  
uit eam iudas. Instante vero partu ap-  
paruerunt duo in vtero. et in ipsa effusioe  
vnus prulit manuz in qua ligauit obste-  
trix coccinū. et ait. Hic egrediet prior. Il-  
lo quoq; retrahere manū egressus est al-  
ter. Dixit quoq; mater. Quare ppter te  
diuisa e ter a fratre tuo maceria? et ob hoc  
vocauit eū phares. Maceria dixit mem-  
branā secundarū vel secundinarū qua in-  
uoluit puer in vtero. que diuidit in par-  
tu et sequit puerū. Postea egressus est al-  
ter cum coccino. et dicitur est zaram id est  
oriens. quia primus apparuit. vel q; plu-  
rimi iusti ex eo nati sunt. vt legit in para-  
lipomenon. Tamen sup libzū regum in  
principio tertiū libri legitur. Obsterrix in  
genesi coccinū ligauit in manu phares. et  
ab eo qd parietē diuiserat nomē phares  
forte sortitus est. Forte post coccinū tulit  
de manu zarā. et alligauit phares. vt a si-  
milibus gemellis primogenitus distin-  
gueretur.

De incarcerationē ioseph. Capitulu  
LXXXVIII.

**I**gitur ioseph ductus  
est in egiptū. emitq; eū putiphar enun-  
cius. fuitq; dominus cū eo domūq; domi-  
ni sui creditā sibi gubernabat. Benedixit  
q; dominus domui egiptij. ppter ioseph  
qui tamē aliud de omnib; nō nouerat. ni-  
si panē quo vescebat. Factū est autem qd  
domina sua oculos iecit in ioseph et ait.  
Dormi mecum. Qui rōdit. Omnia sua tra-  
didit mihi dominus meus ppter te. Quō er-  
go hoc possum facere imo et peccare i deū  
meū? Accidit autē vt ait iosephus. vt pu-  
blica festiuitas instaret. cui etiā mulieres  
interesse debebāt. Tunc illa egritudinez  
simulauit viro. captās ob hoc solitudinē  
et silentiū. vt exoraret ioseph. Et apprehē-

sa lacinia pallij ioseph. ait illi. Dormi  
mecū. Qui iratus relicto pallio in manu  
eius. egressus est foras. Illa contemptra-  
se dolens in argumentū fidei retenti pal-  
lium ostendit marito reuertēti. dicē. In-  
gressus est ad me seruus hebreus. vt illu-  
deret mihi. Ille nimis credulus cōiugi.  
vinctū ioseph tradidit in carcerem regis.  
Fuit autē dominus cū illo. et dedit illi gra-  
tiā in cōspectu domini carceris. qui carce-  
rē et vinctos in custodia eius posuit.

De expositione somniorū pincerne et  
pistoris. Cap. LXXXIX.

**A**ccidit autē vt  
pincerna regis et pistor. in eun-  
dem carcerē mitterent. et ioseph mistra-  
bar eis. Cideruntq; ambo somniuz nocte  
vna. Quos cū mane vidisset ioseph tri-  
stes. sciscitatus est ab eis causam doloris  
Cūq; accepisset p somnio eos dolere. ait.  
Referte mihi que vidistis. Nunquid do-  
mini est interpretatio. i. nūquid adiutorio  
dei pōt interpretari? Et ait ppositus pincer-  
narū. Elidebā corā me vitē et in ea tres sū-  
dos oculos. scz vnde fundunt palmites.  
Alij ponūt tria flagella. vel tres ppaginef  
quod idē. et paulatim crescere gemas. et  
post flores vuas maturefcere. premebā-  
q; vuas in calicē pharaonis. que tenebā.  
dabāq; poculū pharaoni. Et ait ioseph.  
Deus dedit in bonū hominib; vsū vini  
vnde et ipsi libat. soluit lites et tristitias.  
et bona est eius visio. Tres autē propagi-  
nes tres sunt dies. post quos restituet te  
pharao in gradū pristinū. Memēto mei  
dum bene fuerit tibi. vt suggeras regi vt  
educat me. quia de terra hebreorū furto  
sublati sum. et hic innocēs in lacū mis-  
sus sum. Tunc ait pistor. Elidi quod ha-  
berem tria canistra farine sup caput me-  
um. et in superiori me portare cibos qui  
sunt arte pistoria. auesq; comedere ex eo.  
Iosephus vero ait. duo canistra plena pa-  
nibus. tertiū obsonio. varijsq; cibus qua-  
Dij

lia solent regibus ministrari. **G**recus habet tria camistra coctitorum. s. panum secundorum. et potuit esse quod etiam in superiori essent panes secundi. super quos essent panes primi. de quibus edebat pharaon. **E**t ait Ioseph. **N**olle me esse interpretem bonorum. **T**res adhuc dies sunt. post quos pharaon suspendet te in cruce. et comedet aues carnes tuas. **E**rinde dies tercius natalicius pharaonis erat. et inter epulas recordatur pincerne restituit eum. pistorum vero suspendit. oblitusque est pincerna interpretis sui.

**D**e sublimatione ioseph pro expositione somniorum. **C**api. XC.

**P**ost duos annos vidit pharaon somnium. **P**urabatur se stare super fluvium de quo ascendebat septem boues crasse. obesisque carnibus. id est plenis quasi ob esum educatis. et post alie. vij. emergebant de flumine. summa confectemacie et deuorabant priores. **E**xpergefactus pharaon rursus obdormiuit et vidit aliud somnium. **S**eptem spice plene pullulabant in culmo vno. alieque totidem iuxta oriebantur tenues et percusse vredine. et deuorabant priores. **T**erritus pharaon conuocauit coniectores et sapientes egypti necerat qui interpretarentur. **E**t recordatus est pincerna ioseph. et eius suggestio ad regis imperium eductum de carcere ioseph tonderunt. **V**incti enim et exules incrementa crinum patiuntur. **E**t veste murata oblitus est regi. **R**ex apprehensa manu eius dextera ait. **E**gredi somnia. nec timeas disserere quicquid sit. **N**arrauitque quod viderat. et ait ioseph. **S**omnium regis vnum est. id est vnius significationis. que facturus est ostendat pharaoni. **E**cce septem anni veniunt fertilitatis magne in vniuersa terra egypti. quos sequentur alij. vij. rante sterilitatis. vt obliuioni detur cuncta retro abundantia. **A**d idem sane spectant boues et agricole et spice. et somnium repetitio. firmitatis est indicium. **Q**uod autem iuxta

fluvium vidisti. hec causa fertilitatis et sterilitatis ex flumine maxime orietur. **N**unc ergo prouideat rex vitum qui quinta partem frugum per. vij. annos fertilitatis congreget in horrea regis. vt seruetur aduersus futuram parata famem. **P**haraon vtrumque miratur in ioseph. et somnium discretionem. et dispensationem consilij. dispensationemque huius rei commisit ei dicens. quod spiritu dei plenus esset. **E**cce ter iam insinuat us est spiritus dei. primo ibi. **S**piritus dei ferebatur super aquas. secundo ibi. **N**on permanebit spiritus meus in hominibus istis. tercio hic. **T**ulit ergo pharaon anulum de manu sua. et dedit in manu eius. et collo torquem aureum circumposuit. et fecit eum secundum in regno. **A**scenditque currum regis ioseph clamante preconone. vt omnes coram eo genua flecterent sicut coram rege. **H**ebrei autem preconone non clamasse ad geniculationem. sed abzech quod sonat pater tenerrimus. **A**bbā enim pater. rech deli catus vel tenerrimus. q. d. **E**t si etate tener. tamen sapientia pater. **E**t ait rex ad ioseph. **E**go sum pharaon quod. s. est iuramentum. et est sensus. **S**icut verum est me esse pharaonem. sic verum est quod dicas. **A**lbiq. tuo imperio non mouebit quisquam pedem aut manum in egypto. i. non egredietur quisquam hinc sine nutu tuo. neque publicis fungetur officijs. **E**t vocauit eum lingua egyptiaca phanet phane. i. saluatore mundi quod grece pontifanec dicitur. hebraice tamen sonat absconditorum inuento rem. et dedit ei aseneth filiam putifar domini sui uxorem. **T**riginta annorum erat ioseph quando sterit coram pharaone natiq. sunt ei duo filij priusque veniret fames. **C**locavitq. filium primo genitum manasses. quod est obliuio di-

**H**ebrei in excusationem ioseph de matrimonio alienigenae. dicit iob pro flagella duxisse dinam filiam iacob. et ex ea suscepisse filiam. de qua et putifare nata est aseneth.

cens. Oblivisci me fecit deus laborum meorum. et domum patris mei. Secundum vocavit effraim. quod est fructificatio dicens. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee.

De ingressu fratrum ioseph in egiptum  
Cap. XCI.

**I**oseph collegit granum septem annis. quibus transactis venerunt anni inopie. Et clamavit populus ad pharaonem. alimenta petens. Quibus ille respondit. Ire ad ioseph. Aperuitque ioseph horrea et vendidit egiptis. Alietiam provincie vendebant in egiptum. ut emerent escas. pecunia vero tradebatur archarius regis. Audiens autem iacob quod escas venderent in egipto. misit illuc decem filios suos. beniamin domi retento. Qui ingressi terram egipti venerunt ad ioseph. nec agnouerunt eum. Cuique adorassent eum et agnosceret eos. durius loquebatur eis dicens. Unde venistis? Qui dixerunt. De terra chanaan. ad emendum escas. Et ille. Exploratores estis. ut videatis infirmiora terrae. ex diversis venistis. Et illi. Non est ita domine. sed serui tui omnes sumus filij viri unius. minimus cum patre nostro est alius non est super. Qui ait. Hoc est quod loquutus sum exploratores estis. Impossibile est enim viro ydeote tales filios esse. cum etiam regibus talis filiorum copia valde sit difficilis. Per salutem pharaonis non egrediemini hinc omnes. donec veniat frater vester minimus. Mittite unum ex vobis qui adducat eum. Timebat enim ne forte et in illum aliquid deliquissent. et tradidit eos vincos custodie tribus diebus. Tercio autem die eduxit eos. et veniens simeon ligansque eum illis presentibus. alios abire permisit. Qui conquerebantur ad inuicem. Merito hoc patimur quia peccavimus in fratrem nostrum. nescientes quod intelligeret eos ioseph. quia per

interpretem loquebatur eis. Iussitque ioseph ministris suis ut impleverent saccos eorum. et reponerent singulorum pecunias in saccis suis. datis supra cibarijs in via.

De reditu fratrum ad patrem. C. XCII.

**E**lli profecti

sunt. veneruntque ad patrem in terram chanaan. et dixerunt ei omnia que acciderant eis. Cuique frumenta effunderent. singuli inuenerunt in ore saccorum ligatas pecunias. Territisque omnibus dixit pater. Absque liberis fecistis me. Ioseph non est super. simeon teneretur in vinculis beniamin auferetur. in me hec mala ceciderunt. Et ait ruben. Trade eum mihi. duos filios meos interfice. nisi restitueris eum tibi. At ille. Non descendet filius meus vobiscum. Interim consumptis cibis. famemes opprimebat eos. Et dixit iacob ad filios. Reuertimini in egiptum. ut ematis panillum escarum. Et ait iudas. Si vis puerum mittere nobiscum.

ibimus. alioquin non imus. Ego sum scipiam puerum de manu mea require eum. Nisi illum reduxero. ero reus peccati omnitempe. Et ait israhel. Si sic necesse est. facite quod vultis. Sumite de optimis fructibus terre vestre vobiscum modicum refine et mellis. storacis. et stactes. terebinti. et amigdalarum. et ferre viro munera. pecuniamque quam retulistis reportate. et aliam ad emendos cibos. De autem faciat vobis virum placabilem. et remittat vobiscum fratres. Resina dicitur quodlibet gummi liquidum vel aridum a resin greco quod est emanare. Prima preciosior est quam terebintina dicitur. quod forte exponendo subdit terebinti. Secunda est leucisbina. que venit de chio insula. Tercia

pineae. Forte balsamū sic vocauit. Iosephus enim in principio munerū vnguentā balsami posuit. et resinā tacuit. Storacez quidā dicit specie resinē. Hieronim⁹ dicit in hebreo esse nethora. quod sonat generaliter thimiama. et in ysaiā pro domo Nethora quidā transfulerūt domus thimiamatis. quidā domus storacis.

**D**e ingressu fratrum in egiptū cū beniamin. Cap. XCIII.

**I**gitur filij iacob descēderūt in egiptū. et steterūt coram ioseph. Qui precepit dispensatori suo vt introduceret eos pararetq; conuiuū. quia secum erāt cōmesturi. Illi timētes se introductos pro pecunia quā retulerāt. dicebāt dispensatori. se eandē retulisse. et eis nesciētibus repositā fuisse etiā in sacculis. qui ait. **D**ar vobis. Deus vester dedit vobis eā pecuniā quam dedistis mihi ego habeo. Eduxitq; ad eos simeō. **D**arabātq; munera donec ingrederetur ioseph meridiē. Cui ingresso obtulerunt munera. et adorauerunt in terrā. et accepto q̄ saluus eēt pater. benedictioq; beniamin. cōmota sūt viscera eius. et ingressus cubiculū fleuit. lotaq; facie egressus prinuit se et ait. **D**onite panes. **S**edit autē ioseph seorsum tanquā alienigena. et egiptij seorsum vt indigene. et fratres seorsum vt aduene. **P**rophanū enī putāt egiptij edere cum hebreis. forte p̄ dispari cultu. **D**isposuitq; ioseph fratres secundū ordinē etatis eorū sicut in domo patris sedere cōsueuerant. danisq; partib; mirabant̄ q̄ ps beniamin quinq; partib; excederet. **I**oseph⁹ autē dicit. **B**eniamin duplicib; partib; honorabat. **U**trūq; autē stare pōt. si quib; ciborū fuerūt impositiōes. et de qualibet duplū dedit. **B**iberuntq; et inebriati sunt cū eo. id est satiati cibo secundū ideoma hebreū. **P**recepitq; ioseph dispensatori suo. vt impletet saccos. et pecunias eorū reponeret vt prius. et ciphū suū argente-

um in sacco minoris reponeret. **F**actūq; est ita. **O**rtog; mane dimissi sunt. **T**unc dispensator iubēte ioseph insecut⁹ ē eos et apprehēsus ait. **N**esciimā rē fecistis. ciphum furari estis. in quo bibit dominus meus. et in quo augurari solet. **A**t illi dixerunt. **A**pod quemcūq; inuentū fuerit quod queris moriā. et nos serui erimus domini tui. **I**lle scrutatus incipiēs a minori vsq; ad maiore. inuenit ciphū. in sacco beniamin. **I**lli autē redierūt ad ioseph. **Q**ui ait. **A**n ignoratis q̄ non sit similis mihi in auguriadi sciētia? **F**orte ioco dictum ē. nec ē impurandum. **J**udas vero plurimū supplicabat. vt ipsum in meliores pro puero seruū retineret. quia in suā euz fidem receperat a patre.

**Q**uod ioseph indicauit se fratribus.

Cap. XCIII.

**N**on poterat **v**ltra se cohibere ioseph. et eiectis alijs foras cū fletu clamabat. ita q̄ qui exierāt audierūt. **E**go sum ioseph. **N**olite timere. pro salute vestra misit me domin⁹ ante vos. **B**iennium iam fames transijt adhuc quinq; anni restant. quibus nec arari. nec meti poterit. quod ex nimia fluuij inundatione credit accidisse. **E**t adiecit. **F**estinate et nunciate patri meo gloriam meā. adducite eū ad me. vt pascā vos et pecora vestra. ne moriamini. et habitabitis in terra iessen. **O**culi vestri vident. q̄ os meū loquat̄ ad vos. i. verū est qd loquor. **O**scularusq; est ioseph omnes fratres suos. fleuitq; sup singulos. **A**uditū est verbum in aula regis. **G**auisusq; est pharao et dixit ad ioseph. **D**ic fratribus tuis. **T**ollite plaustra vestra de egipto ad subuectionem coniugum et paruulorū. **O**mnia vestra adducite vobiscum. **D**abo vobis omnia bona egipti. et medullam terre comedetis. **F**actumq; est ita. **D**editq; **I**oseph singulis binas stolas. **S**tola dicitur a telon quod est longū q̄si

tunica talaris. Benjamin vero dedit. ccc. argenteos. et v. stolas optimas. et tondem misit patri. afinosque decem qui subueherent ex omnibus bonis egypti. et proficiscentibus ait. Ne irascamini in via. Qui cum venissent ad patrem dixerunt. Ioseph viuit et dominat in egypto. Iacob quasi de graui somno euigilans non credebat eis. Cumque vidisset omnia que miserat ei ait. Sufficit mihi si filius meus ioseph viuit quasi de pena vel gloria non multum curo si viuit. vadam et videbo eum priusquam moriar.

De descensu israel in egyptum.  
Cap. XCIV.

**I**gitur profectus israel. cum omnibus que habebat. venit ad puteum iuramenti. et mactatis victimis deo. audiuit deum per visionem noctis dicentem sibi. Noli timere. descende in egyptum faciatisque te ibi in gentem magnam. et inde reducam te. Ioseph quoque ponet manum suam super oculos tuos. Surgens ergo de puteo iuramenti. venit in egyptum cum omni semine suo. Cuncte anime que egressae sunt cum eo et egressae de femore eius. Non quod anime sint ex radice. sed a parte totum intelligitur. fuerunt. lxx. et vi. praeter ipsorum et ioseph cum duobus filiis qui erant in egypto. fuerunt ergo omnes simul. lxx. Tamen. lxx. translulerunt. lxxv. et lucas similiter in actibus apostolorum. sed propter preoccupationem dictum esse Hieronimus asserit. et enumeratos cum eis. v. filios filiorum ioseph quod illi duo facturi erant tribus. Lucas quidem scribens actus apostolicos gentibus. non fuit ausus mutare verbum. lxx. quia eorum vigebat auctoritas inter gentes. ipse vero adhaec erat ignotus. Ipsi etiam. lxx. in deuteronomio translulerunt. quod israel ingressus est cum animabus. lxx. Nota in his numerari ber. et omnia filios iude. qui tamen mortui sunt in terra chanaan. Forte in loco defunctorum numerant duae ancillae iacob. si in ille intrauerunt. Vel more scripture

summam numeri posuit quibus parum desit. Item nota si dina numerat iter filios et nepotes. lxx. sunt praeter iacob. Filiae enim lie. xxiiij. filij zelphe. xvi. filij zachel. xiiij. filij bale. viij. Nota quod cum ioseph nodum haberet nisi duos. restat ut beniamin haberet decem. sed in libro non legunt nisi. ix. Forte vitios scriptorum duo nomina scripta sunt pro vno. vni magister hugo. asbel tercius in asabelum diuisit. Sed non videtur posse stare. quod in numeris cum familiae tribuum numerantur vicinis madianitis. sic legitur. Asbel a quo familia asbelitarum. Sed in hebraica veritate. ros et mumpbin duo sunt nomina que apud nos viciose iuncta sunt. quia forte iosephus pro asbel posuit asbela. id est sic diuisit.

Quo ioseph occurrit patri suo et introditur eum ad regem. Cap. XCVI.

**R**emisit ergo iacob iudam ad ioseph ut occurreret ei. Qui iuncto currum occurrit ei in iessen. Alij dicunt ad urbem herou in terra ramesse que tunc iessen post thebais dicta est. a qua thebei. quorum legioni praefuit beatus mauricius. Alii sunt thebe. vni thebani. Post ea cum reges fuerunt ex ea. dicta est urbs berouz. quod herodes egypti ei debebat custodiam. In finibus terre illius postea edificauerunt hebrei cogentibus egyptiis urbem tabernaculorum quae dicta est ramesse. post pagum arsenoiel dicta est. quod sonat sine sexu. sic dicta. quoniam sine discretione uterque sex cepit impare egypto. Dixitque ioseph ad omnem domum patris sui. Ibo et nuntiabo pharaoni venisse vos et viros esse pastores. Cuique dixerit vobis quod est opus vestrum. dicitis. Pastores sumus nos et praesentes nostri. Haec dicitis ut habitetis seorsum ab egyptiis in optima terra iessen. quod de testant omnes egyptii pastores ouium. quod non coedunt eas. sed colunt ut hamone. Ingressusque ioseph ad regem. ex tres fratrum suorum. i. super mos. v. viros statuit coram rege. qui cum dixissent se pastores ouium. addiderunt. non est herba in

terra chanaan. petimusq; ut iubeas nos  
seruos tuos eē i terra iessen. nec. n. separari  
volumus. sed cōem patris puidētiā facere  
**S**i queris quō egiptus tpe inopie abūda-  
bat in pascuis. **D**icim⁹. qz egiptus ptra  
naturā aliarū regionū. cū abūdat frugū  
bus. sterilis ē in pascuis. recōuerso. **D**iu-  
turtior enī mora flumīs sup terrā tēpo-  
ra colēdi ipedit. vel sata extinguit. pascua  
autē nutrit. **P**ost hęc introduxit ioseph  
patrē ad regē. bñdixitq; regi. **I**nquisit⁹  
qz a rege de dieb; annozū suozū. ait. **D**i-  
es pegrinatiois mee vite. c. xxx. annozum  
sunt. pui ⁊ mali. nec puenerūt vsq; ad di-  
es patrū meoz. **P**eregrinatiois dixit. qz  
sancti vitā hāc p icolatu hñt. **M**aledixit  
qz sapiēs accusator ē sui. **Q**d aut dixit p  
ui. deterniauit dicēs. nec puenerūt. ⁊c.  
**D**edit ergo ioseph fratrib; suis possessi-  
onē in optio solo ramessē. **D**icit tamē io-  
seph⁹. **C**ōcessit ei pharao ut in eliopolita-  
na vrbe cōuersarent. illic enī pascua pa-  
stozes ei⁹ habebāt. sciēs gratū eē egiptijs  
separi a se pastozes. ⁊ nihil qd eozū esset  
istis dedisse. **F**orte ad territorū hxiopo-  
leos spectabat terra iessen.

**D**e dante quinte p̄tis frugū institutē.  
Cap. XC VII.

**Qualuit fames in**

egypto. **C**ūq; defecisset preciū emporib;  
sustētauit eos ioseph anno illo p cōmura-  
tione pecozū. **S**equenti āno cū iterū fame  
perirēt. em̄it omnē terrā egipti ioseph p  
alimētis. ⁊ subijecit eā seruituti pharaois  
p̄ter terrā sacerdotū quā dederāt eis reges  
quib; statuta cibaria ex horreis publicis  
dabant. ⁊ iō nō sunt cōpuli v̄dere pos-  
sessiōes suas. **C**irca finē vero sterilitatis  
ait ioseph ad populos. **E**n vos ⁊ pecora  
vestra in manu pharaonis sunt. **E**cce vo-  
bis reddo terrā ⁊ pecora. et dabo semina et  
coletis terrā regi. quintā partē dabit⁹ re-  
gi. quattuoz reliquas p̄mitto vobis in se-  
mina ⁊ in cibos. **Q**ui dixerūt. **S**alus no-

stra in manu tua ē. **E**rit⁹ vsq; nūc quin-  
ta ps soluit regib; egipti. **E**t factū ē qua-  
si in legē. **P**eturamēto qd fecit Jo-  
seph patri. **C**a. XC VIII.

**H**abitauit ergo

israhel in terra egipti auctusq;  
est nimis ⁊ vixit in ea. xvij. annis. factiq;  
sūt dies sui. c. xvij. annozū. **C**ūq; videret  
diē obit⁹ sui iminere. vocauit ioseph  
⁊ fecit ut poneret manū sub femore suo et  
iuraret. i. p circūcisionis sanctitate; iura-  
uit. hoc secundū iudeos. vel p christū. qz  
sepeliret eū in sepulchro maioz suozū qd  
abrahamiū dicit. et interferēdo dixit. v̄-  
bi mortua fuit rachel. qñ se excusans q n̄  
sepelierat eā vbi ipse volebat sepeliri.

**C**ura fuit sanctis sepeliri i terra q sciebāt  
christū resurrecturū. ut cū eo resurgerent  
**D**istat. n. abrahamiū a caluaria fere. xxx.  
miliarib;. **C**ūq; iurasset ioseph. cōuersus  
israhel ad lectuli caput qd erat ad orientē.  
adorauit deū. **Q**uidā codices habēt ado-  
rauit sup caput virge ei⁹. vel i capite vir-  
gesue. ⁊ vtrūq; stare pōt. **P**oruit enī se-  
nex habere virgā ut i hac erate fieri solet  
⁊ innix⁹ sup eā adorauit. vel sceptruz qd  
gerebat ioseph suscepit donec iurassent.  
**C**ūq; iurasset sup cacumē nodū reddite  
virge. adorauit deū. **N**ō enī credendū est  
dicētib; q adorauerit sceptrū ioseph.

**D**e bñdictione effraim ⁊ manasse.  
Cap. XC IX.

**T**erū nūciatum ē io

seph qz egrotaret p̄ ei⁹. assumptisq; duo-  
bus filijs p̄erit. **A**udiēs senex venisse fi-  
liū cōfortat⁹ ē ⁊ sedit i lecto. vidēsq; cū io-  
seph duos ait. **Q**ui sūt isti? **C**lare. n. vi-  
dere n̄ poterat. **E**t ait ioseph. **I**sti sūt filij  
mei qz dedit mihi de⁹ i loco isto **E**t ait ia-  
cob. **I**sti duo mei sūt. **S**ic iubē ⁊ symeō  
deputabunt mihi. i. quisq; tribū  
faciet. **R**eliqui **Q**uilibet filiozum  
quos genueris no iacob p̄ter ioseph

# Libri genesis.

mine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. id est non facient tribus. sed contenti erunt possessionibus suis. **Uel** aliter. **Nomine** fratrum suorum vocabuntur. i. annumerabuntur tribus fratrum suorum. ita quod qui dam manasse. quidam effraim. Applicuit autem ioseph manassen ad dexteram patris. et effraim ad sinistram adorans et peres ut benediceret eis. **Jacob** vero in spiritu cecelauit manus. minori dexteram supponens. **Quo** ioseph grauiter accepit et ait. **Non** ita couenit pater. **Alter** enim est primogenitus. **Et** ille. **Scio** fili mi scio. et ille quidem erit in populos. sed minor maior erit. et semine eius crescet in gentes. **Hoc** impletum est in ieroboam. qui primus impauit tecum tribus et fuit effraim. **Et** ait ad effraim. **In** te benedicet israel. et dices in puerbium. **Faciat** tibi deus sicut effraim et manasse. **Et** ad ambos ait. **Deus** patrum nostrorum benedicat pueris istis. et inuocet nomen meum super eos. i. nomina abraham et ysaac. et crescant in multitudinem super terram. **Et** ait ad ioseph. **Deus** reducet vos in terram vestram. **Do** ubi preter fratres tuos sicut in qua tui in gladio et arcu meo de manu amorrei. **Hanc** emerat ea. c. agnis a rege emor. sed cum pro nece sicut inimitas debuerat auferri sibi. potestatiue semper ea obtinuit.

**De** benedictionibus duodecim tribuum **Cap. C.**

**Quo**nuocauit autem iacob filios suos et ait illis. **Congregamini** ut annuncietis vobis que futura sunt in diebus nouissimis. **Ad** litteram de diuisione terre et de statu tribuum futuro prophetauit. **apertissime** vero de utroque christi aduentu.

**Non** quod omnibus benedixerit. quod patet in ruben. sed quod omnibus approbatur.

**Rubem.** **Cap. C. I.**

**Rubem** primogenitus meus fortitudo mea. id est que genui in etate robusta. principium doloris.

mei. id est sollicitudinis mee. circa meos filios. **Unde** alij habent capitulum liberis meis. **Prior** in donis. maior in impio. superple esse debueras. **Effusus** es sicut aqua. id est in viles libidinem. **Non** crescas quod ascendisti cubile patris tui. **Uel** ita distingue. **Effusus** es sicut aqua. non crescas qui ascendisti cubile patris tui. ac si diceret. **Lege** primogeniture honor tibi pre alijs debebatur. et duplicitas in possessione. sed sufficiat tibi pro crimine tuo pare esse ceteris. **Non** ergo supercresces sicut aqua bullens super egredietur vel sicut fluuius in undans.

**Hiero.** in libro. i. hebraicarum questionum gene. capi. cc. vij. sic dicit. **In** hebreo scribitur. **Ruben** primogenitus me. fortis. et cap. i. li. m. maior ad portandum. et maior robore. effusus es. s. a. ne adijciatur. ascendisti cubile patris tui. et contaminaisti stratum in ascensu. **Est** autem sensus hic. **Tu** es primogenitus meus. maior in liberis et debbas iuxta ordinem natiuitatis et hereditate que primogenitis iure debebatur sacerdotium accipere et regnum. hoc etiam portado onere et preualido robore monstrat. **Uerum** quod peccasti et velut aqua que vasculo non tenet voluptatis effusus es in perit. idcirco precipio tibi ut vltra non pecces. sicut in fratrum numero. penam ex peccato lyens. quod primogeniti ordinem perdidisti.

**De** Simeone et leui. **C. C. II.**

**Simeon** et leui vala iniquitatis. quod in furore suo occiderunt viros. s. sicut inimitas. et suffoderunt murum in voluntate sua. **Hic** aperit quia con-

rea voluntatem suam factum fuit istud. Alij habēt. subneruauerūt taurū. qđ quidam de filio regis qui rapuerat dinā itel ligūt. quidā de christo. quidam de tauris ipsis. p̄ filemplim dictū putāt. In consilio eorū nō veniat aīa mea. hoc plane de christo. De simeon enī scribe. de leui sacerdores. quorū cōsilio christus occisus ē. Diuidā eos in iacob et disperdā in israel. Ad litterā leui fortē nō habuit in terra. s; admixtus alijs viculos habuit ad alenda pecora. Simeon similiter q; modicus erat fortē nō habuit. sed receptus est i forte iude.

**De iuda. Cap. C.III.**

**Equitur de iuda.** ubi p̄phetat de regno futuro in iuda. et plane de christo. Iuda te laudabūt fratres tui. Hoc factū ē quādo alijs hēsitantib; prim; post moysen intrauit mare rubrū. ubi et regnū p̄meruit.

Manus tua in cervicib; inimicorū tuorū et adorabūt te filij patris tui. Sic notat regem futurū. Catul; leonis iudas. hic de capite regni. David enī minimus fratru electus est in regē. Ad predā fili mi ascendi. q; primo david plurimos hostes habuit. Requiescens accubisti vt leo et quasi leena. Postea in pace regnauit et maxime timebatur. Quis suscitabit euz ad p̄lterandū: q̄si d. spiritus solus directus est in david. Vel de successione salomonis dici potest. nō auferetur sceptrum id est rex de iuda. et dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus ē a patre. sc; christus. Usq; ad transmigratiōē babilonis. lx. fuerūt reges de iuda. exinde duces vsq; ad hircanū. Et iterū fuerunt reges circa tpa christi et defecerūt vtriq; . et regnauit herodes alienigena. et ipse erit expectatio gentiū salus; exoptata nō solū iudeis. sed etiā gentib;. Tandem conuertit sermonē ad filiū iudam de illo christo mittendo sic. O fili mi. ille erit ligans ad

vineā pullū suū. et ad vitē asinā suā. id est gentilem et iudeū sibi qui vitis est associabit. Lauabit in vino stolā suā. et in sanguine vne palliū suū. id est carne; suam passionis sanguine cruentabit. Pulchriores oculi ei; vino. i. apostoli. et dētes ei; id ē p̄dicatores lacte cādidiores. Hebre; oīa de iuda sic. Nō auferet scepr; de iuda id ē quoddā dñm qđ .s. prim; intrauit mare rubrū. prim; obtulit factu tabernaculo. et huiusmōi. donec veniat qui mittendus ē. Hebreus dicit. donec veniat filio. i. vsq; ad saulē vinctū i filo. Post tū redijt ad iudā. qui eripuit ioseph a manib; fratru suorū. Erat expectatio gentiū. i. tribuū vñ domū;. Iudas ascēdet p̄ vobis in p̄liū. Ligās ad vineā pullū et ad vitē asinā. i. tāta erit ei copia vini q; in vna vite orerabit asinus. et ob hoc etiā rubicundus dixit oculos. quia sic apparet in oculis bibentiū. In cādore dēniū copiā oīū et lactis notat. quia lac comestū apparet i dētib;.

**De zabolō. Ca. C.III.**

**Zabolon in litto** remaris habitabit. et in statione nauū p̄tingēs vsq; sydonē. Ad litteram tribus hec maritima possedit.

**De zachar. Cap. C.V.**

**Zachar asinus** fortis. vel offeus id est vir agricola. accubans in terminis. quia mediteranea possedit inter maritimam et montes. Et vidit requiem q; esset bona. id est terram secundam. vnde sequitur. et terrā q; esset optima. et supposuit humerum suum ad portandum. quia in vehēdis mercibus ad mare que in finibus suis abundabant laborauit. factusq; est tributis feruens. id est nauibus ferentibus tributa. Hoc hebrei metaphorice exponunt dicentes. quia nocte et die studendo laborauit. et ideo omnes tribus ei seruiuerunt. quasi

magistro dona ferentes.

De dan. Cap. C. VI.

**D**an iudicabit

populū suū sicut et alie tribu israhel. Sicut dan coluber in via. cerastes in sentina. mordēs vngulas equi. ut cadat a licentor eius retro. Hoc in samphone impletū est. q. d. Licet dan sit minima tribu tamē de ea surget iudex in israhel sicut et de alijs. qui ad modū colubri vias obseruabit. ne hostibus liceat vagari p iudeaz de populādo ut prius. et superbiā philistiim retrocedere faciet. Sed quis tantū sit. nō tamē erit christus. Unde subdit.

Tamen post illū salutare tuum expectabo domine. Exponit hoc etiā de antichristo. quē venturū de dan asserūt. qui cōtra sanctos morsu pestifere p̄dicatiōis et cornu potestatis armabit. Multos etiā qui ascēderant ad culmē virtutum. deiciet retro et tunc veniet saluator ad iudicium expectatus. Alij referūt hoc ad iudam. qui equū id est carnē christi et ascensōrē ei⁹ id est animā morsu p̄ditionis deiecit i mortem. tamē saluator expectat⁹ resurget.

Sed iudas credit fuisse de ysachar.

De gad. Capi. C. VII.

**G**ad accinctus.

vel latrūcul⁹ p̄liabit ante euz et ipse acinget retrosum. Gad cū rubē. et dimidia tribu manasse relictris vxoribus et liberis. vltra iordanē in finib⁹ suis armat⁹ p̄cessit israhel in terra p̄ cōditōe accepta a iosue ut rediret in terrā. quā occupauerat. sed post. xiiij. annos primus reuertēs. p̄eliū vicinarū gentiū aduersus suos quos reliquerat inuenit. et fortiter dimicās hostes strauit.

De aser. Capi. C. VIII.

**A**ser pinguis panis.

et p̄bebit delicias regibus. Fertilis enī fuit bui⁹ possessio. et delictis

asiliēs. De nephtalim. Cap. C. IX.

**N**eptalim ceruus

emissus. et dās eloquia pulchritudinis. Per velocitatē cerui. signat⁹ velocitas terre vberioris. que p̄ alijs p̄ciosos fruct⁹ parit. Alij habēt. ager irrigu⁹. qz sup lacū genesaret iordane irrigat⁹. vel aque calide. ibi sūt. Cōmendationē vero eloquiorū ad montē thabor qui i finibus ei⁹ ē referūt. qz eū p̄bete icoluerūt. vel qz de primis ei⁹ frugib⁹ offerebat⁹ i pascha. vñ fiebat laus deo que ē eloquiū pulchritudinis. Nō ad christū et apostolos veri⁹ referē. quia ibi maxime docuit.

De b̄ndictiōib⁹ ioseph. Cap. C. X.

**H**ius ioseph ac

crelēs virtute. s. et dignitate. vel p̄pter duas pres i tribub⁹. Filie discurrerūt p murū. Dic notat. qz ioseph trāseunte p egiptū. mulieres ascēdebant muros ut viderēt ei⁹ pulchritudinē. Eraspauerūt eū et iungati sūt. in uiderūtqz illi habentes iacula. Hoc de fratrib⁹ ei⁹. qui iaculū iudie armati sūt p̄ eū. Sedit i fori arcus ei⁹. i. in dño. et iō dissoluta sūt vicula brachiorū et manūū illi⁹ p̄ man⁹ potentis iacob. i. de⁹ qui ē potētia iacob soluit vincula quib⁹ ligauerāt eū fr̄es. Inde pastor egressus ē israhel lapis. qz de eo ieroboaz qui fortiter rexit israhel. i. x. trib⁹ vel pastor totius familie patris in egipto. Debre⁹ habet tamē pastorū lapidē in israhel.

Post cōmendationē eius b̄ndixit ei sic. Deus patris tui erit adiutor tu⁹. Omni potēs b̄ndicet tibi b̄ndictionibus celi de super. b̄ndictionibus abyssi iacētis teoz sum. b̄ndictionibus vberū et vulue. Ordo cōuersus. qz p̄ cōceptiōe et nutritione ponitur. Oprat ei vorē celi. fertilitatē terre. vberitatē lactis. fecunditatē pecoz. B̄ndictiōes p̄is tui p̄fortate sūt b̄ndictiōib⁹ patrū ei⁹. donec vēiret desiderū collūū eternoz. Dicad l̄az nihil est expositum. Forte sic

intelligi potest. Legit in numeris. Inclinati sunt scopuli arnon. vel gestierunt scopuli arnon. et in psalmo. Vires exultauerunt sicut arietes. et c. f. a. o. et hic dicit. de siderum collium eternorum. Hec tria ad diez spectant. Alibi dicunt colles tetragoni eterni. Dicimus ergo iuxta arnon fuisse colles asperrimos et sareos. et ideo dicti sunt eterni. Quattuor habebat ceraunia vnde et tetragoni dicti sunt quorum aliqua pars inclinata est coram israel. ut facile transiret. et quasi applausit eorum aduentui. Et forte dimidia tribus manasse circa montes illos sorte habuit. Et est sensus. Sic benediceit ioseph. donec per colles exultantes intret terram promissam. et ultra. quod donec inclusiuum est. Forte prophetavit de monte effraim. et monte samarie. in quibus regnauit israel. vel de montibus medorum et persarum. ultra quos exultat adhuc effraim et manasses. et letata est terra de exilio hostium. et tunc donec exclusiuum est. Tunc. n. terminata est gloria israel. Ex hebreo habetur hic sensus. Donec iugant colles eterni celo. Et est sensus. Benedictus sit ioseph ubique more loquendi. Sic enim solet dici. donec celum et terra cocant. Et hee omnes benedictiones fiat in capite ioseph. et in vertice nazarei. id est sancti inter fratres suos.

De beniamin. Capi. C. XI.

**B**eniamin lupus rapax mane comedit predam. et vespere diuidit spolia. Quidam referunt hoc ad hierusalem que fuit in sorte beniamin. quod dicitur lupus rapax. quod sanguinem prophetarum et christi fudit. et mane egressionis de egipto predam id est legem quasi extortam a deo accepit. et adhuc eam comedit. sed in vespera mundi diuidit spiritum viuificantem a terra occidente. Hebrei ad altare quod fuit in hierusalem referunt quod dicitur. lupus rapax. propter ignis voracitatem. in quo mane sacerdotes ponebant victimas ad ad-

olendum. vespere ipsi inter se partes suas que de sacrificijs eos contingebant diuidebant. Sed verius de paulo intelligit qui fuit de beniamin. qui primo fideles persecutus post fidelis eloquia dei et gradus ecclesie dispensauit. vel quod hec tribus multum fuit bellicosa. Et benedixit singulis proprijs benedictionibus. non quod singulis bona dixerit. sed quod bene et feliciter dixit. vel quod ex maxima parte benedixit eos.

De morte iacob et translatione eius in ebron. Ca. CXII.

**H**ec locutus est iacob collegit pedes suos super lectulum et obiit. et appositus est ad populum suum id est ad angelos certa spe. tandem in re. Mortuus quidem est quod appositus est ad abraham et ysaac. sed tam pauci populi dici non possunt. Celum populi dici possunt omnes ab adam predestinati qui erant in sinu abrahe. Ioseph vero precepit medicis ut condirent eum aromatis. et custodirent eum egipti. xl. diebus. Nos enim erat ethnicorum in condita seruare corpora. ix. diebus. et singulis diebus plangere. et fouere ea calida aqua. ut sciret vix anima egressa an sopita foret. condita vero. xl. diebus seruabant. Hebreis mos erat in condita seruare. vij. diebus. condita diebus. xxx. Seruauerunt igitur et ipsi iacob diebus. xxx. et ita sub ambozum custodia transierunt dies. lxx. Fideles modo quod mortuos suos de fide et virtutibus conditos aiunt. xxx. diebus eos plangunt. id est spirituales missas sub numero tot dierum pro ipsis celebrant. Quidam tertiis diem maxime celebrant. pro spiritu anima et corpore. Alii septimam. quia transierunt mortui ad septimam quietis. vel pro se prenatio anime et corporis. Significauit autem ioseph pharaoni per intercessores. quod iurauerat patri de sepultura. Et accepta licentia a pharaone. comitatus fratribus suis. et multis senibus egipti tenuit ad sepeliendum patrem in hebron. sed timetis

# Libri Genesis.

bella deuiauerūt a recto itinere. uenerūt  
q̄ ad areā adad. ubi postea popul⁹ mur/  
murās contra deū diuino igne consum/  
ptus est. et planxerūt ibi dieb⁹. viij. Et ob  
hoc indigene dixerūt locū illū planctum  
egipti. Tandē redeuntes ad viam transi/  
to iordane sepelierūt eū in spelunca du/  
plici. Rediitq̄ ioseph in egiptum cū fra/  
tribus ⁊ vniuerso comitatu.

**De reditu ioseph ⁊ eius morte. Ca  
pi. CXIII.**

**Q**uoniam uero  
fratres ei⁹. ne mortuo patre. me/  
mor fieret iniurie eorū dixerūt ei. Pater  
tuus adhuc uiuens mādauit vt hec ver/  
ba tibi diceremus. Obsecro obliuiscaris  
scelerū featrū tuorū. nos quoq̄ oram⁹ vt  
patri tuo dimittas iniquitatez hanc. Et  
adorauerunt proni in terrā. Fleuitq̄ io/  
seph ⁊ ait. Nolite timere. ⁊ cōsolatus est  
eos. Chiritq̄. c. et x. annos. et uidit filios  
effraim vsq̄ in terciam generatione. Et  
etiaꝝ de machir filio manasse nati sunt fi/  
lij in genibus ioseph. Atq̄ fratrib⁹ suis.  
Deus adhuc uisitatib⁹ uos. et reducet ad  
terrā pro q̄ iurauit patrib⁹ uestris. aspor/  
tate ossa mea uobiscū. Cūq̄ adiurasset  
eos super hoc. mortuus est. ⁊ condit⁹ aro/  
maribus. recōditus in loculo in egypto.  
nec motus donec egressi sunt filij israhel  
de egypto. Alij fratres secundū iosephuz  
quisq̄ in obitu suo deferebant ⁊ sepelie/  
bantur in hebron. et post translati sunt in  
sichem.

**Explicatio exodi. cap. i.**  
**De seruitute filiorū israhel. cap. ij.**  
**De dolo obstetricum. cap. iij.**  
**De submersione paruulorū. capi. iij.**  
**De ortu ⁊ reductione moysi. cap. v.**  
**De uxore moysi et hiopissa. cap. vi.**  
**De fuga moysi ⁊ affinitate ietro. c. vij.**  
**De uisione dei in rubo. cap. viij.**  
**De signis datis moysi. cap. ix.**

**De reditu moysi in egiptū. et immissio/  
ne uxoris. cap. x.**

**De primo igressu ad pharaonē. ca. xi.**

**De afflictōe filiorū israhel. cap. xij.**

**De mutatiōe uirgarū i colubzū. c. xij.**

**De plagis egipti. ⁊ aqua uersa in sangui/  
nem. cap. xij. Et. xv.**

**De ranis. capi. xvi.**

**De ciniphib⁹. cap. xvij.**

**De cinomia. cap. xvij.**

**De morte pecorū. cap. xix.**

**De ulcerib⁹ ⁊ vesicis. cap. xx.**

**De grandine. capi. xxi.**

**De locustis. ca. xxij.**

**De tenebris. cap. xxij.**

**De diebus egiptiacis uiradis. c. xxij.**

**De agno paschali ⁊ dieb⁹ azimoz. c. xxv.**

**De primogenitorū morte. cap. xxvi.**

**De exitu israhel de egypto. cap. xxvij.**

**De sanctificatiōe priogenitorū. c. xxvij.**

**De deserto egipti. capi. xxix.**

**De ducatu colūne ⁊ mari rubro. ca. xxx.**

**De trāsitu maris rubri. cap. xxxi.**

**De dulcoratiōe aq̄rū in marach. ca. xxxij.**

**De fontib⁹ ⁊ palmis in helym. ca. xxxij.**

**De cornicib⁹ ⁊ manna. capi. xxxij.**

**De aqua data in raphidim. ca. xxxv.**

**De pugna cōtra amalech. ca. xxxvi.**

**De subdiuisionemagnatū ad consiliū  
ietro. cap. xxxvij.**

**De puentu ad montē synai. ca. xxxvij.**

**De uariōe legis uerboten⁹. cap. xxxix.**

**Primum mandatum.**

**Explicatio decalogi. cap. xl.**

**Secūdū preceptū. Terciū preceptū.**

**Quartū preceptū. Quintū preceptū.**

**Sextū pceptū. Septimū pceptū.**

**Octauū pceptū. Nonū pceptum.**

**Decimū preceptū.**

**De altari faciēdo. cap. xli.**

**De iudicijs. ca. xliij.**

**De federe firmato aspersione sanguinis  
uitulorū. cap. xliij.**

**De priō ascēsu moysi in montē. ca. xliij.**

**De tabernaculo faciēdo. ca. xlv.**

**E**

De semate arche. capi. xvi.  
De ppiatorio et cherubin. ca. xvij.  
De mensa et coronis. cap. xvij.  
De panibus propositionis. cap. xlix.  
De vasis libaminū. cap. l.  
De candelabro. cap. li.  
De parietibus tabernaculi. capi. liij.  
De distinctione tabernaculi et utroque velo cap. liij.  
De cornibus et sagis. cap. liij.  
De modo tegendi secundum bedā. cap. lv.  
Josephus aliter. cap. lvi.  
De pellibus suppositis. capi. lvij.  
Quid figurabat predicta. capi. lvij.  
De altari holocaustorum. cap. lix.  
De situ altaris et vasis eius. capi. lx.  
De arto circa tabernaculū. cap. lxi.  
De lucernis. capi. lxij.  
De communibus vestibus sacerdotum. ca. lxij.  
De pontificalibus idumētis. cap. lxij.  
De mitra et thura. cap. lxv.  
De typo vestium. cap. lxvi.  
De compositione altaris incensi et loco eius capi. lxvij.  
De compositione thimiamatis. c. lxvij.  
De consecratione sancte unctionis. ca. lxix.  
De labio eneo. cap. lxx.  
De redemptione numeratorum. ca. lxxi.  
De electione artificum et datione tabularum cap. lxxij.  
De vitulo constanti. cap. lxxij.  
De precem moysi et minis dei. ca. lxxij.  
De translatione prioris tabernaculi. cap. lxxv.  
Quomodo moyses vidit posteriora domini. capi. lxxvi.  
De secundis tabulis et gloria vultus moysi. cap. lxxvij.  
De compositione tabernaculi et erectione. cap. lxxvij.

## Explicatio exodi. Cap. I.

**H**istoria sequitur exodi. non alia quam dea predicta sed eadem eodem

renuata. sed propter fastidium tollendum in quibus partitiones distincta est. quartum quilibet partium libri sortita est vocabulum. Etiam hec. v. distincte sunt ab hebreis. p. liij. thomos quorum. xij. precesserunt in genesi. De cautez secunda partitio grece dicitur exodus. latine exitus. Odos enim iter vel via dicitur. Agit enim de exitu israel de egipto. Hebraice dicitur elefmoht. a principio libri. et sonat hec sunt nomina. sicut nos a principijs suis psalmos nominamus.

## De servitute filiorum israel. Ca. II.

**R**ex igitur rex novus in egipto. logo tempore post mortem ioseph. Ab illo enim sub quo fuit ioseph qui proprio nomine dicitur e nephres. Ortaus regnavit a monaphis. sub quo natus est moyses. Regno autem translatum ad aliam domum. rex ille ob hoc quasi novus ignoravit beneficia ioseph. que contulerat egipto. et odiebat israel maxime ut ait iosephus. quia invidiam ruit eis egiptii propter virtutem ingenij. et laboris industriam. et affluentiam operum. et sobolis nobilitatem. Et ait rex ad populum suum. Populus israel fere fortior est nobis. sapienter opprimamur eum. ne multiplicetur vel ipse contra nos insurgat. vel addat hostibus nostris et egrediar liber. Imposuit ergo eis gravia angarias operum quibus fracti non vacarent amplius. et magistros operum prescripsit eis hebreos. sed magistris operum prescripsit egiptios ut duri affligerent eos. Coerxerunt ergo lateres ex quibus edificaverunt regi civitates tabernaculorum. phiboth et ramesen. Civitates prius erant. sed non erant tabernaculorum. erantque in finibus egipti. et idcirco munit eas pharao. ut ibi poneret armatos quos si in tabernaculo semper excubantes. ne quis posset ingredi vel egredi sine regis iuramento. Vel tabernaculorum. id est pauperum partium. et opere illorum illas ditavit. Vel positionum ubi scilicet hinc reponeret. Aliud etiam opus non tam grave quam fuisse imposuit eis. ut lutum platearum

et sordes viciorum copiosis exportarent. de quo legitur. **M**an? eius in copioso seruire. **T**ercium etiam addidit opus secundum iosephum. ut fluvium per multas derivaciones divideret. et circumdaret civitates fossatis. ne eas inundare fluvius valeret. et 113. cccc. annos in his miseris expederent. i. complerentur. Quam magis autem opprimebantur. tam magis deo auctore multiplicabantur.

**D**e dolo obstetricum. Ca. III.

**Q**uod videns pharao alium excogitavit dolum. et precepit obstetricibus hebreorum sephore et phue que preerat multitudini obstetricum. ut masculos hebreorum in obstetricando interficerent. et abortum esse factum mentirentur. Feminas autem reservarent. **T**um quia fragilis sexus nocere non poterat. et libidini egyptiorum deserviret. **T**um quia quidam sacrorum scriba regi preceperat. eo tempore in israel masculum nasciturum. qui regnum egypti humiliaret. et virtute universos transcederet. **T**imuerunt vero obstetrices deum. et favuerunt maribus. **Q**ue cum a rege arguerentur. mentes sunt dicentes. **H**ebree scientiam obstetricandi habent. et priusquam veniamus ad eas paravit. **E**t quia timuerunt deum edificavit illis domos. i. locupletavit eas cum essent pauperes. vel fecundavit eas cum essent steriles. **A**ugustinus dicit obstetrices venialiter peccasse. **G**regorius videtur velle quod mortaliter. **D**icit enim quod merces benignitatis earum potuit in eterna vita retribuui. sed pro culpa mendacium in terrenam compensationem declinata est.

**D**e submersione puulorum. Ca. IIII.

**U**ides ergo pharao dolo sibi non prodesse aperte aggressus est eos. precipiens ut quicquid masculini sexus nasceretur in israel in flumine proiceretur. et multi eo tempore submersi perierunt. **P**ro quo peccato credit deus egyptios tradidisse in hunc errorem. ut apium pro deo colerent. **E**rat autem apium ut ait plinius qui

et testatur se vidisse eum quidam taurus. qui est improviso egrediebatur de flumine. habens in humero dextero signum candidum istarum line comiculate. ad quem cum statim conflueret egyptii. omni genere musicorum psallentes leuabant in aera. et super eos tanquam psallens ferebant. et ad motum vel stationem ipsi ipsi in terram movebantur et stabant. et eadem die evanescebat. **D**icitur autem quidam quod in festo serapis annuatim emergebat. vnde et ipsum serapim. i. serapi consecratum autumat vocatum. **A**lij autem per decennium semel apparere dicunt. **A**lij tantum tempore iusti sacerdotis heliopoios. iniusti non. ut quasi divinitus iusticia indicaret sacerdotum. **D**ecorum ergo fluminis puniuit deus in errore fluminis.

**D**e ortu et educatu moysi. Cap. V.

**A**gressus est post hec vir leuita nomine aram vel amram. qui accepit uxorem corribule nomine iacobeth. qui volebat accedere ad uxorem post edictum. males carere liberis quam in necem procreare. **C**ui deus pro somniis astrinxit ut ait iosephus dicens. ne timeret uxorem cognoscere. quia puer quem timebant egyptii nasciturus esset ex ea. etiam de sacerdotio aron ei significavit. **T**andem concepit mulier et peperit filium sub silentio. eo quod non multum ei dolores partus infisterint. **E**t videtur puerum eleganter. abscondit eum tribus mensibus. **C**umque celare non posset. sumpsit fascellam scirpeam in modum fasci. i. fasci rotundi vimine compleram. et linit eam bitumine ac pice. et posuit in intus infantulum in careto ripe eum exposuit. ne in periculo fluminis rapere. stante procul sorore puuli maria et expectare rei exitum ex matris precepto. **E**cce autem descendit terribilis filia pharaonis ut lauat et ut in flumine. que videtur alveolum. et afferri sibi iubens. vidit parvulum vagientem. et miserata eius dicens. **D**e infantibus hebreorum est hic. **S**ic enim deus eum venustaverat. ut etiam ab hostibus dignus alimentum haberet.

De ratione legis date. Capitulum.  
XXIX.

**Q**uod intulit quo-  
que dominus de ratione. ut qui le-  
deret hominem. in eundem modum lede-  
retur quo leserat eum. scilicet ut redderet ani-  
mam pro anima. oculum pro oculo. den-  
tem pro dente. fracturam pro fractura. li-  
uorem pro liuore. adustionem pro adusti-  
one. Nota quia talio non erat in iniurijs  
rerum. sed in lesionetantum corporum. quod  
furta restituebantur in duplum. vel qua-  
druplum. Determinabatque talio per necessi-

tatem. ut ledēs mulier virum in virilibus.  
puniebat manu. quod virilia non habet. et vir  
ledēs mulierem pregnantem ut faceret aborti-  
uum nodum animatum mulcrabat pecunia  
Incertum est autem utrum talio extendere-  
t usque ad iudicem. vel circa iniuriam tantum ha-  
beret locum. Quod vero iniuriarum sine iudice  
posset vlta. forte inde haberi potest quod ad  
ciuitates refugij fugiebat homicida non  
volēs. ne interficeret a proximis occisi.

De obseruatione iubilaei anni. Capi-  
XXX.

**A**ddidit etiam do-

minus de obseruatione iubilaei qui  
septimanam ebdomadarum annorum sequeba-  
tur. ad cuius presigna-

tionem septem annis  
precedentibus ut tra-  
ditur quidam in singu-  
lis neomenijs clau-  
gebant tubis. et vij.  
diebus continuis an-  
norum solenizabant  
claugetes tubis. In  
lib. tertio numeri legi-  
tur quod clangent  
tubis. vij. mense.  
x. die in vniuersa  
terra. In hoc an-  
no omnes distra-  
ctiones rerum ad  
patrios redibant  
possessores. preter  
domos que erant  
in domibus mura-  
tis. quos tamen  
primo anno ven-  
ditionis vendito-  
ri redimere lice-  
bat. exceptis do-  
mibus leuitarum  
que in quocumque es-  
sent loco in iubilaeo redibant. Eodem an-  
no quiescebat terra et redibant debita

In leuitico repies  
obiectionem radulfi  
hoc quod dicitur quod iubileus  
sequebatur septem  
ebdomodas annorum  
quia si hoc quinquagesimo  
anno erat. et  
si hoc. ij. tunc annos  
celebres habebat sci-  
licet. xlix. quod vij. eb-  
domadarum. et. l.  
quia iubileus. et si  
hoc euenit quod fruges  
quadraginta annis du-  
rabant per quattuor  
decim annos. quod tamen  
non euenit. ideo di-  
cendum. quod iubileus  
erat. xlix. anno. et con-  
putabatur ita. ut ip-  
se iubileus sit initium  
sicut dies. vij. septem  
dicimus si a do-  
minico ad dominicam con-  
putemus alioquin  
septem erunt.

Eodē anno serui liberi dimittebant. Nā licet essent cōtribules. tamē voluit eos dominus seruitij scemate castigare. ppter trasgressiones legū. Iosephus dicit. qz in iubilēo cōueniebat vēditōz agrū et emproz et reputātes fructus et expēsas in agrum factas. fructibz exuberasse cōpertis. vēditōz recipiebat agrū. si vero expēse transcenderūt. hoc qd̄ teerat recipiebat emproz. et a possessione discedebat. Hāc tñ cōputatio nē fieri licuit infra annū iubilēū. nedum in ipso si vēditōz prius vellet reuocare qd̄ vēdidit. **Littera leuitici** videt velle qd̄ iuxta numerū annozū vsqz ad iubilēū maiōri minōriue p̄cio iubeat agrū vēdi. ne vēditōz grauares si modico vēderet. et plurimi anni supessent. vsqz dum recipet qd̄ vēdiderat. et negrauares emproz. si multo emeret quod in primo amissurus erat. **Determinata** quoqz fructuū reputatiōe et expensarū infra iubilēū addit. qd̄ si venditor quod superit expensarū reddere nō poterit. habeat emproz agrū vsqz ad iubilēum. In ipso enī omnis vēditio redibat ad pristinū possessōz. **Terrā** autē sic voluit dñs vēdi ab eis sub cōditōe recipiēdi. quia sua erat et nō ipsorum. **Alienigenas** tamen seruos voluit eos in perpetuū possidere. **De benedictionibz et maledictionibus.** Cap. XXXI.

**Aliū preceptoz**  
**O**bseruatoribz pmisit dñs bñdictiones suas dicēs **Dabo** vobis pluuia temporibz suis. et vbi. xxx. clausule pmisionū inueniunt. **Trasgressozibz** vero lōge plures ingeminat maledictiones.

**De decimis et votiuis.** C. XXXII.

**De decimatione animalū** qd̄ decimū vel nascēdo vel numerādo veniebat. dño sanctificabā. nec mutari licebat i meli⁹. vel deteri⁹. **Similiter** animal qd̄ vouebat dño nō licebat imutari. si quis qd̄ vouerat imutaret. et voti

uū et imutatū erat dñi. **Sed** distinguendū est de huiusmodi votis. **Alioquin** enī si ex voto aliquid sanctificabā dño. qd̄ anathematizabā. illud nō poterat vēdi a sacerdotibz vel alienari. **Quāqz** non sic obligabant votiuā. sed poterāt vēdi a sacerdotore. determinato p̄cio secundū vtilitātē que ex his poterat puenire. siue esset animal. vel fund⁹. **Qui tñ** voto dederat. si volebat illud emere supra estimationē p̄ quo alij dare adderet quintā eius partē. **Ad iō** ē statutū. ne qui vouerat. ad recipiendū qd̄ vouerat aspiraret. quasi penitētia ductus. ne etiā digniorem alijs se putaret i emproie ei⁹ rei qz eā dederat.

**Hystoria numerozū.** cap. i.

**De excubijs circa tabernaculū.** cap. ij.

**De cōmuratione primogenitozū pro leuitis.** cap. iij.

**De etate ministrantiū in tabernaculo. Et de differētia ministroz.** cap. iij.

**De quodā mō reddēdi rē alienā.** ca. v.

**De iudicio zelotipie.** cap. vi.

**De sanctimonia nazareozū.** capi. vij.

**De bñdictionē sup populū.** cap. viij.

**De oblationibz. xij. dierū in dedicatione tabernaculi.** capi. ix.

**De cōsecratiōe leuitarū.** capi. x.

**De his qui nō possūt facere phase primo mēse. vt faciāt secūdo.** cap. xi.

**De tubis argēteis et mō clāgēdi i eis.** cap. xij.

**De recessu israel a mōte synai.** ca. xij.

**De electiōe. lxx. seniorū.** cap. xij.

**De esu carniū et ira dei sup eos.** ca. xv.

**De plaga marie et causa lepre.** ca. xvi.

**De. xij. exploratozibz.** capi. xvij.

**De murmure populi. p̄ quo p. xl. annos in deserto perierūt.** cap. xvij.

**De lapidatiōe colligētis ligna i sabbato.** ca. xix.

**De scismate chore. dathan. et abiron et plaga eozum.** cap. xx.

**De exustione populi ericta p̄ aarō. c. xxi.**

**De virga aarō que nocte vna frōduir floruit. et peperit nuces.** cap. xxij.

Hereditu i cadesi .xl. anno. ca. xxiij.  
 De morte marie. r aquis contradicidnis  
 cap. xxiij.  
 De circūitu ydumee. cap. xxv.  
 De morte aarō. cap. xxvi.  
 De victoria post votū anathematis.  
 cap. xxvij.  
 De spēte eneo p ignitos spētes. ca. xxvij.  
 De scopul' torrenū qui gestierūt. c. xxix.  
 De cārico ad puteū. cap. xxx.  
 De morte leon regis ammoreorum r og  
 rege basan. cap. xxxi.  
 De itinere balaaz. et q locuta est ei asina  
 cap. xxxij.  
 De ariolathesi balaā. r ei? pphēcia. ca  
 pi. xxxij.  
 Quod amoze muliercularū iniuriatus est  
 israhel beelphegor. ca. xxxij.  
 De zelo phinees. capi. xxxv.  
 Secundus numer' bellatorū. ca. xxxvi.  
 De iure successiōis hereditarie. c. xxxvij.  
 De substitutione iosue. ca. xxxvij.  
 De libaminibus. capi. xxxix.  
 De iugi sacrificio. capi. xl.  
 De sabbato et oblationib' eius. capi. xli.  
 De neomenia. cap. xliij.  
 De phase. cap. xliij.  
 De pentbecoste. cap. xliij.  
 De festo tubarū. capi. xlv.  
 De festo ppiationis. cap. xlvj.  
 De scenophegia. cap. xlvij.  
 De votis. capi. xlvij.  
 De destructione madian et prede diuisi  
 one. capi. xlix.  
 De sorte duarū tribuū r dimidie. ca. l.  
 Catalog' .xl. duarū mātionū. cap. li.  
 De verbib' leuitarū r de suburbāis. c. liij.  
 De matrimonio cōtribulū. cap. liij.

Historia numerorū. Capi. I.



**O**uarta hu  
 ius historie diffictio he  
 braice dicit' vaiedaber.  
 qd sonat. et locutus ē.  
 Apud nos tamen .et.

non habetur **N**omen grecum in scriptis  
 nostris non habemus. nam grece habet  
 mor alias ellefmoth. Latine liber nume  
 ri vel numerorū dicitur. Et dicitur quā  
 doq; numeri pluraliter. vnde r dici solet  
 legi hoc in numeris. Merito autem hoc  
 noie cenfēt. qz quatuor principaliter hic  
 numerant' de oī populo viri apti ad arma  
 ferēda. Priogeniti leuite qui etiā bis nu  
 merant'. Mansiones p quas pfecti sunt.  
 Sed nec mulieres nec minores .xx. an  
 nozum. nec  
 vulg' p mīscuum **V**ulg' p mīscuū vo  
 nec debiles ad bel canē quidā egyptij  
 la numerant'. Ad qui secuturi erāt eol  
 hāc ptē historie sic egressuros.  
 trāsit ioseph'. Moyses p dicitā cōstitutio  
 nē legū dū sub syra morarent'. a deo cog  
 nouit. et hebreis scriptā ddidit. Cūq; circa  
 legislationē hec sufficere putaret. ad exer  
 citij militaris iura cōuersus ē. r nūerauit  
 populorū capita .s. pugnare valentiū. Mo  
 ses dicit dñm sup hoc locutū fuisse dicēs.  
 Locut' ē dñs ad moīsē i deserto synai i ta  
 bernaculo federis. priā die mēsis secūdi.  
 āno secūdo egressiōis de egipto. Et nota  
 qz ptermittit hic quedā q facta sunt i priō  
 mēse secūdi āni. s. oblationē. xij. pncipum  
 quā fecerūt singlī singul' dieb' i dedicati  
 one tabernaculi. et solēnitare phase q pro  
 prio noie dicit' pasca. i deserto. et forte sanc  
 nificatione leuitarum. De his tamen  
 infra  
 ager p recapitula  
 tionē. Prosequen  
 tes g ordinē libri.  
 dicim' qz moyses  
 r aarō. et .xij. pnci  
 pes tribuū ex pce  
 pro dñi āno secun  
 do mēse secūdo die  
 priā mensis nu  
 merauerunt vi  
 ros pterer tribu m leui. a vicefimo anno  
 et supra. **J**osephus certum terminum  
 Nota qz primū pa  
 scha fecerūt i egipto  
 Scdm fecerūt i des  
 erto. de quo hie lo  
 quif'. Tercū fecerūt  
 i ingressu r introitu  
 terre pmissiōis i gal  
 galis. Quartū fece  
 rūt in terra pmissio  
 nis.

posuit. s. x. scq. ad. l. annu. Et numerati sunt per generationes et familias et domos et nomina et capita singulorum. De cautez. v. ad inculcatione tantu quida posita tradit. et hic. et in iohue. sed cogne quide di stingui possunt generatiões vel cognationes. Vocat hic tribus ipsas. xij. familias. que ex ipsis filijs patriarcharu primo de scederunt. verbi gra In vna tribu leui fue runt tres familie. caarbite. gersonite. mera rite. Unaqueq familia multas habebat domos. i quibz ppij patrefamilias erat. Ad addif. noia et capita. intrasine lege du e. i. capitū noia. s. singuli homies i ea dem domo. Fuerūt autez in summa. dc. iij. milia quingenti quinquaginta.

De excubijs circa tabernaculum. Cap. II.

**R**ecepit etiā do minus vt semp poneret taberna culū in medio castroru. et filij israhel per gyrum excubarent per turmas et cuneos. quod pro eodē hic accipiē. Turma enim pprie. xxx. miliū est. Et dicitur cuneus quasi cōueniēs multitudo. Excubare. n. lat. ge hic accipit. Ex Multitudo dicitur cubie etiāz pprie cuneus quasi cou die. vigilie noctis. neus. a con. et vnien Terne tribus per do. quattuor partes tabernaculi excubabant ita tamen remoti. vt maximas in medio plateas haberent. Eratqz ornatus quasi fori rerū venaliū. singulis in ordine cōsti tutis. Opifices etiā artiu in stationibz suis erat. ita vt vrbī cōpetenter edificare castra eorū similima viderent. Judas itaqz ysachar et zabulon castra metabant ad orientē. ruben. symeon. et gad ad meridiē effraim. beniamin. manasses ad occiden tem. dan. aser. et nepralim ad aquilonez. Inter tabernaculū et castra excubabāt le uite in tabernaculis suis. propinquiores tabernaculo qz castris. Et excubabant si milititer p quattuor plagas moyses et aarō

cū suis ad orientē. reliqui ab his. Caarbitē ad meridiē sub custodia eleazari filij aarō excubabāt. Filij autē gersonite ad occidentē. Merarite ad septentrionem. Et erant vtriqz sub custodia ythamar.

De cōmutatione primogenitorū ple uitis. Cap. III.

**R**eparauit sibi dominus tribū leui pro primo genitis que tūc habebāt et iumēta leuitaru pro primogenitis iumentorū quasi cō mutationē faciēs cū populo. Primoge nita enī omnia specialiter tūcerāt sua. qz cū occideret primogenita egipti pepercit primogenitis eorū. referuās ea sibi. Deinceps tamē ppter idipsum omnia pmo genita eorū sanctificauit sibi in perpetuū et marie. qz primitie quozū libet fructuuz debent domino. Pro his ergo primoge nitis que tūc habebāt tulit sibi tribū leui et iumēta. et populū primogenita illa ha buit pro leuitis et iumētis eorū. Et ne duo denarius numerus tribuū inueneret. tribū manasse quasi pro leuitis instituit. effraim vero pro Abraham enī in be ioseph. Ne autem nedictione filiozum maior videret nu suozum promiserat merus leuitarum filijs ioseph. qz vter qz primogenitorū. qz facturus esset tri et ita iniqua esset bum. cōmutatio. ait dominus ad moysen Nu mera filios leui masculos ab vno mense et supra. Et cū numerati essent. inuēti sūt duo milia. et. xx. Nota tū qz si diligēter at tēdas in libro numerorū. numerū eorū p familias iuenies. xij. milia et trecentos. Dicit hebreus. qz. ccc. erāt in eis primogeni ti. et ita iā erant domini. Itē rū ait dñs ad moi sen. Nūera pzioge nitos masculos a mēse vno et supra. Et inuēti sunt. xx. duo mil. cc. lxxij. Ne gōdanosa eēt il la pmutatio dño. si n̄ iustauraret ei p pri mogētis qd decrat i leuitis. recepit pro quolibet pziogenito

**A**ulit autem moy/ quinq; siclos argen/ tes. qui supererāt per singula capita .v. siclos ad mensurā sanctuarij. et dedit eos aaron et filijs suis iuxta verbū dñi.

**De** erate ministrantiū in tabernaculo Cap. III.

**T**ertiusq; ait dominus ad moysen. **N**umera leuitas a tricesimo anno vsq; ad .l. vt seruiāt mihi in duob; hij in tabernaculo portādo et collocando. emeriti in seruādo. Et cū numerati essēt. inuenti sunt .vij. milia. d. lxx. **Lxx.**

tamē dicit a .xxv. anno. quem numerum annorum i ordinatione sacerdotum et nos obseruamus. **I**sti deferebāt tabernaculū in hunc modū. Quia non licebat ea que erāt vltra velū nuda videri. ideo primo intrabāt sacerdotes. et inuoluebāt archā. p̄cipitatorium. et cherubin.

**P**rius vero velū qd̄ate p̄debat. et post palliū iacinctinū et cādelabrū aureū. alta re et mēsam cū vr̄silib; suis pallijs inuoluebāt. **T**ūc intrātes caathite. p̄p̄ris hūeris oīa hęc inuoluta deferebāt. similiter et altare holocausti cū vr̄silib; suis vt quibuldā vidēt. **G**ersonite vt breuiter dicimus. deponētes tectū tabernaculi. mollia ferebāt in currib; .s. cortinas. saga. pelles rubricatas et iacinctinas. tētorij qd̄erat anterabernaculū. cortinas quoq; atrij et funes et vasa ministerij que ad altare enim pertinebāt. **D**e altari holocausti tacet liber a quo ferebat. **D**o-

test tamen dicit. qz vasa eius ferebāt gersonite. vt in libro habet. **I**psum altare caathite pro-

omnes a .xxx. āno vsq; ad .l. portabāt tabernaculuz. et collocabant ea que attrinebant. **A**t qui erāt supra. l. emeriti dicebantur.

**S**ed qz ibi. s; et altare mūdabāt cinere dicitur. qz caathite portabāt altare humeris et vasa eius. **P**otest dici potius qz gersonite ferebāt

p̄ris humeris ferebāt. **M**erite vero vt breuiter dicamus omnia tabernaculi et atrij que dura erant. tabulas. bases. vectes. colūnas. parillos. et ea ferebāt currib; . Emeriti leuite nō seruebāt sic in opere. sed posito tabernaculo sedebāt custodes.

**De** quodā modo reddendi rez alienā Cap. V.

**H**inc precepit dominus eieci p̄ manus sacerdotum a castris leprosos. et semine fluētes. **E**t factū ē ita. **A**ddidit quoq; dñs de redditione aliene rei. vt fieret cum quinta capitis. **S**ed

quia in exodo videtur dicere cōtrarium. s; vt in quadruplum reddere tur ideo hucusq; distulimus. vt hic solueremus. **E**t dicim; qz aliene rei possessio aliquādo fiebat ex industria furto vel rapina. aliquādo fiebat per negligentiaz aliquādo ignorāter. **D**e re sublata sciēter in exodo dicitur qz restitatur in quadruplum si perierat res. qz si extrabat in duplū. **S**i ibi legis .v. boues p̄ vno. alia ē trāslatio secūdū quosdā. et qz in quadruplū veri; dicat. ex v̄bis zachēi. p̄bat. **D**e sublata p̄ ignorātiā agit hic vt reddat caput. et quinta ps̄ desup. vel de re furtiua si penit; latet. et fur penitēs sp̄ōte cōfite; et reddit. **S**i v̄o nō esset qui recipet. reddet res dño. et eēt sacerdotis. **P**ro peccato v̄o furti v̄ negligētie fiebat aliq; oblatio fm̄ quantitatē rei. **J**oseph; dicit. aur; et argentū reddi i duplū. iumenta i quadruplū. soluz bouē in quintuplū. qz quanto possidetur

vasa ministerij altaris non altaris vasa. **A**liqua forte in quibus ponebāt ea que portabāt p̄inentia ad altare. et illa vasa ponebant super curuis.

**C**uz quinta capitis reddebat illa res que reddebatur cū quinta parte precij eiusdē.

**Q**uia presumit res extra ad restituendū cōseruata.

**S**i ibi legis .v. boues p̄ vno. alia ē trāslatio secūdū quosdā. et qz in quadruplū veri; dicat. ex v̄bis zachēi. p̄bat. **D**e sublata p̄ ignorātiā agit hic vt reddat caput. et quinta ps̄ desup. vel de re furtiua si penit; latet. et fur penitēs sp̄ōte cōfite; et reddit. **S**i v̄o nō esset qui recipet. reddet res dño. et eēt sacerdotis. **P**ro peccato v̄o furti v̄ negligētie fiebat aliq; oblatio fm̄ quantitatē rei. **J**oseph; dicit. aur; et argentū reddi i duplū. iumenta i quadruplū. soluz bouē in quintuplū. qz quanto possidetur

ceteris utilius . tanto amittit' damnosius? .

**D**e iudicio zelotipie . Ca . VI .

**A**ddidit quoqz

dominus de lege zelotipie . zelus proprie dicit' amor viri in vxore . pro quo sustinere nō pōt vt alij misceat' . vnde vir dicit' zelotes . zelotipia vero quādoqz dicitur mechia . et zelotipus adulter . Solet ergo zelotipia dici sola suspicio adulterij de qua legitur hic ad hūc modū . Si spiritus zelotipie cōcitauerit virū cōtra vxorē suā que polluta ē . sed pbari nō pōt . vel q̄ falsa suspicione appetitur . adducet eaz ad sacerdotē . et offeret pro ea assariuz farine ordeacee . quod ē decima ps sati . non fundet oleuz . nec thus imponet . Sacerdos autē statuet eam corā dño . et ponet in manibz eius in vase fictili aquas viuas . et oblationē farine . pugillū cui' incēdet super altare . et mittet i aquā pauxillū pulueris de pavimento tabernaculi . et nudabit caput eius . scribetqz in mēbrana vt dicit' iosephus dei vocabulū . Facietqz eā iurare q̄ nil viro suo nocuerit . in his que sibi obijciuntur . Qd si hec viro suo nō sufficiēt . subdet sacerdos maledictiōes etiam scriptas in mēbrana . et dicit . Si non es polluta deserto viri thoro . nō te noceāt aque iste amarissime . Si autē declinasti a viro ingredianē aque maledicte ventrem tuū et ipsum tumescere faciāt . et putrescat femur tuum dextrū . Et dicit mulier . Amē amen . Et delebit sacerdos omnē mēbrane scripturā in aquis . et dabit ei bibere . et tunc sacerdos tollet de manu eius sacrificiū zelotipie . et eleuabit illud coram dño et ponet super altare . Qd si rea erit adulterij mulier . putrescet femur ei' . et uterus tumebit ydropisī . non tamen statim . sed vsqz ad decem mēses . Qd si non polluta erit . innoxia erit ei aqua . imo sepe concipiet . et pariet masculuz mense decimo . De aque dicebantur sancte propter nomē domini dilutum in eis . et dicebantur male

dicte propter maledicta confecta in eis . et amarissime propter effectum qui quādoqz sequebatur . Hec autem lex introducta fuit ad duriciam cordis eorū sicut pmissus est libell' repudij . quia prompti erāt ad effundendū sanguinē .

**D**e sanctimonia nazareorum . Capitulum . VII .

**L**ocutus est do

minus ad moysen de lege nazareorum . Nazareus sonat sanctus . vel florens . vel germinans . Dicebanturqz nazarei quidam qui ex voto obligabant se sanctimonie . vsqz ad certum tempus . vlt' iugiter vt samuel . et consecrabant se domino . et quasi separabantur a communi vita hominum . sicut quis modo per annum vel duos ex voto seruit in hospitali hierusalem . Sanctitatis eorum lex erat hec . Omni tempore separationis sue iuuacula non trāsibat super caput eius . vnde de forte quidam pingūt apostolos et christum crinitos . non in re . sed pro sanctitate . Nihil quod inebriare poterat bibebāt . non edebant aliquid quod effet ex vinea ab vva passa vsqz ad acinum .

Ad nullum mortuum id est imatura que um ingrediebant ante maturitatē col  
Qd si mortuus es lecta seruat' et tan  
set subito quispiā dem missa in aquā  
coraz eo polluebat' groscescit .  
tur caput consecrationis sue . et ilico radebat caput suum . et rursū die seprimo . offerebat parthurrurum aut duos pullos columbarum . quorum vnuz sacerdos faciebat pro peccato . alterum in holocaustū diesqz quos fecerat imperfecti evant . et voti sui sanctimoniā iterum incipiebat . Forte non pro quolibet mortuo . sed pro occiso coram eo polluebatur quicquid fecit propter sanctimoniā . Cōpletis autē diebz voti sui . offerebat agnū anniculū in holocaustum . onem anniculam pro peccato . arietem . hostiā pacificam . Et nota . cū ita

simpliciter ponitur aries q̄ habzētis dicit ad minus duoz̄ annoz̄ eū debere esse. **C**anistrū quoq̄ diuersoz̄ panū azimozū ex ceptis his que sponte offerebat iuxta perfe ctionē sanctitatis sue. que oblatio diceba tur corban id est munus. Et offerebat mu lier. xxx. siclos si poterat. vir. l. sin autē ad arbitriū sacerdotis paup̄ offerebat. **C**un q̄ inuolauerat hostias sacerdos ritu suo radebatur nazareus ad hostiū tabernacu li. ponebatq̄ sacerdos crimē eius in ignē sacrificij. et sic ad p̄munem hominū vitā redire poterat.

**D**e benedictione sup̄ pplm. C. VIII.

**T**erum locutus ē do

minus ad moysen **A**aron et filij eius inuocabunt nomē meum super filios israhel. et ego bene dicam eis. **I**nuocabunt autem sic. **B**enedicat tibi do minus deus. et custo diat te. det tibi pacē. et ondat tibi faciē suā.

**Q**uid factus sit pri mo mense secūdi an ni. cum sit omīssum hic explanabif. **I**n numeris in for ma benedictōis hu ius ter ponit nomē dñi.

**D**e oblatōibz̄ duodecim dierū in de dicatione tabernaculi. C. IX.

**A**ctum est autē

in die qua vn̄git moyses taberna culū et sanctificauit illd. obruleit. xij. p̄ci pes tribuū in altaris strenatōem vt hebze us habet. vi. plaustra tracta cū. xij. bobus singli bouē vnū et bini plaustrū vnuz. Et data sunt duo plaustra getsonitis ad fe renda onera eoz̄ de quibz̄ diximus. et. iij. sunt data merariis. postea singli singlis diebz̄ obruleit vasa altari necessaria. **D**u odecī enī diebz̄ solennitas dedicatōis p̄ relata est. **P**rima die obrulit naafon de tribu iuda acetabulū argēteū. q̄xx. sicloz̄ **H**ebzeus habet scutellā p̄hialāq̄ argēteā. **I**n

phiala thus ponebat. **M**ortariolū quoq̄ aureū. x. sicloz̄ plenū incenso. **I**n hoc vase aromata terebāt. **D**ebzē h̄z̄ coclear quo. s. thus in thuribulo ponebat. **B**ouē quo q̄ et arietē et agnū anniculū in holocaustū bircū quoq̄ p̄ peccato. et in sacrificio paci ficoz̄. boues duos. arietes. v. hircos. v. agnos anniculos quinq̄. **E**iisdē mōi va sa et easdē hostias obrulerūt alij p̄cipēs quisq̄ die suo. et sic terminata ē dedicatio. xij. diebz̄. **P**ater p̄ recapitulationē hec di ci. **O**ctaua enī die mēis primi. secundum qd̄ l̄ta videt sonare inchoata ē dedicatio v̄ij. enī diebz̄ p̄cedētibz̄ eiisdē mēis cōse crati sūt sacerdotes. et tabernaculū inun crū. sed nōdū dedicatū. **S**i vero ita ē. tūc cōsecratio sacerdotū et dedicatio taberna culi p̄telate sūt. x. et. iij. diebz̄. **I**taq̄ non fecerūt p̄hase. **N**ō enī licebat duo eo anno tpe suo. s. generalia festa face die. xij. **Q**uō t̄ p̄ resimul. ceptū fuit eis a dño prima die eiisdē an ni. **I**deo quidā dixerūt vt p̄diximus. v̄ij. dies cōsecratōis sacerdotū fuisse termina les primi anni. et p̄ia die secūdi anni vn crū tabernaculū. xij. die finitā dedicatōē xij. die celebratū p̄hase. **P**ōt t̄ dici hāc oblationē. xij. dierū factā secūdo mēse an ni secūdi. nec p̄ recapitulationē hec dicit. **Q**d̄ vero legitur ea die inchoatā qua vn crū est tabernaculū. eadē dicit̄ pro consi mili. qz̄ sicut. viij. die primi mēis vn crū est tabernaculū. ita. et. viij. die secūdi men sis inchoata ē hec oblatio. et sic. viij. pri mis diebz̄ anni tercij sacerdotes et tēplū consecratum est.

**D**e consecratione leuitarū. Ca. X.

**T**erū locutus est do

minus ad moysen. **T**olle leuitas de medio filioz̄ isrl. et sanctificabis eos mihi. **I**taq̄ se cundum preceptū

**P**lane dici poreff. q̄ eadez̄ die inchoa ta sunt consecratio sacerdotū et oblatio p̄cipū. et cucurrēt

domini leuite prius aspersi aqua lustrationis. rarisq; omnibus pilis carnis sine ybi non includunt capilli. lotis etiam indumentis coram domino steterunt ad ostium tabernaculi. convocata omni multitudine. ponentesq; manus super eos filii israel obtulerunt eos aaron munus domino. ut seruiret in ministerio eius. Obtuleruntq; leuite boues duos. quorum alterum fecit aaron pro peccato. alterum in holocaustum. et sic separati fuerunt domino a filiis israel. Et inde habuerunt in usus suos ea que domino erant. De decimis enim vivebant. et his contenti erant. Sacerdotum vero etiam erant sacrificia. primitie. primogenita vota. His omnibus vescebant cum domo sua mundi tamē. propter oblata pro peccato. quia sacerdotes soli peccata populi comedebant. Decimam decimarum suarum dabant leuite summo sacerdoti. et de melioribus dabant. ideo forte non habuerunt in terra. quod et melius eis censerat. Tunc enim duodecimam partem tantum honorum terre haberent. modo habebant decimam.

**De his qui non possunt facere phasem primo mense. ut faciant secundo.**

cap. XI.

**L**ocutus est dominus ad moysen. Anno secundo mense primo. Dic plane determinatur per capitulationem hoc dicitur. faciunt filii israel phasem tempore suo. xiiij. die mensis. usque ad vesperum. et fecerunt phasem. Erant autem quidam immundi super animam hominis. id est super hominem qui dicitur anima. cuius cada

similiter per. vij. dies. post quos secunda est oblatio. v. diebus. xiiij. die consecrati sunt leuite. et. xiiij. die fecerunt solenne phasem. Forte indignantes. quia talis immundicia necessaria est quandoque. Et consuluit moyses super hoc dominum. Qui respondit ei. Non de gente vestra qui fuerit immundus super animam hominis siue in via. procul faciat phasem mense secundo. xiiij. die. omne ritum phasem observas. Si vero sine huiusmodi causis. tempore suo non fecerit phasem. exterminabitur anima eius de populis suis. Peregrinatus quoque advena. si fuerit apud vos faciet phasem domini. Si queras. si iterum in mense secundo propter immundiciam non posset facere phasem. quid faceret. Potest dici. quia tertio faceret. quia quod in vno dicitur est similiter datur in alijs intelligi. Vel forte si deinceps eo anno non faceret. non peccaret.

**De tubis argenteis et modo dandis in eis.**

Cap. XII.

**T**ertium locutus est dominus ad moysen. Facti tibi duas tubas argenteas ductiles. quibus convocabis multitudinem. Has duas tubas habebat in quattuor usus ad convocandam multitudinem. ad movenda castra. ad bella. ad festa. Et erat ut dicit iosephus tuba fistula catatoria. pene magnitudine cubiti. calamo capacior. prebēs in principio latitudinem que convenit ori ad susceptionem spiritus. que hebraice dicitur asora. In convocacione vero multitudinis aliquid erat diversitas. ad convocandum omnem populum. Utraque simul clangebatur simpliciter. Ad convocandos solos principes semel clangebatur. Quod dupliciter intelligitur. id est. vna tantum. vel vno impulsu. Etiam ut ad dicit iosephus semel clangebatur. si principes populi sui quisque in ecclesia convocare volebat vel moyses populum per ecclesias. Ad castra vero movenda non simpliciter. sed concise et

De tubis argenteis et modo dandis in eis.

**T**ertium locutus est

dominus ad moysen. Facti tibi duas tubas argenteas ductiles. quibus convocabis multitudinem. Has duas tubas habebat in quattuor usus ad convocandam multitudinem. ad movenda castra. ad bella. ad festa. Et erat ut dicit iosephus tuba fistula catatoria. pene magnitudine cubiti. calamo capacior. prebēs in principio latitudinem que convenit ori ad susceptionem spiritus. que hebraice dicitur asora. In convocacione vero multitudinis aliquid erat diversitas. ad convocandum omnem populum. Utraque simul clangebatur simpliciter. Ad convocandos solos principes semel clangebatur. Quod dupliciter intelligitur. id est. vna tantum. vel vno impulsu. Etiam ut ad dicit iosephus semel clangebatur. si principes populi sui quisque in ecclesia convocare volebat vel moyses populum per ecclesias. Ad castra vero movenda non simpliciter. sed concise et

prolius tubis clangebant. Et in primo sonitu mouebat castra. quasi tres tribus que erant ad orientem. in secundo que ad meridiem. in tercio que ad occidentem. in quarto que ad aquilonem. **M**odus quo clangedi in bellis non distinguitur. quia forte sic apud alias nationes fiebat apud eos. **Q**uando etiam habebat solenne epulum. et dies festos. et kalendas clangebat. sed non est determinatus modus. **S**acerdotes autem clangebant.

**D**e recessu israel a monte synai. C. XIII

## II Anno secundo.

**A**mense secundo. xx. die mensis. eleuata est nubes de tabernaculo federis. et profecti sunt de monte domini via trium dierum. **D**icunt hebrei. quod archa precebat eos tribus diebus super quam nube stante quasi ad certum locum conueniebant paulatim. quidam citius. quidam tardius. **S**ed melius est ut de hoc itinere tantum dicamus. quando egressi sunt de monte synai. et precessit eos nubes. nec quieuit per tres dies et noctes. **U**bi statim murmurauerunt per laborem itineris. quia nec noctibus castra posuerunt. et tunc recubuerunt in solitudine pharan. id est in prima mansione quam fecerunt in pharan. **E**st enim phara maxima solitudo quam modo sarraceni inhabitant. **Q**uia ergo anno primo. mense tercio. prima die mensis. uenerunt ad montem domini. et ab eodem egressi sunt anno secundo. xx. die mensis secundi. patet quod in hac mansione que et xxij. fuit. fere sedebat per annum. **E**t dicit hieronimus. quia per annum et mensem ibi fuerunt. **Q**uod difficilimum est inuenire nisi forte fuerit annus embolusmalis. **P**otest tamen dici quod eadem die qua legem acceperunt. reuoluto anno naturali recesserunt. **C**um ergo uenissent pri-

**T**erius est inquit. m. ut dicamus quando egressi sunt de syna raturum eos precessisse nubem.

**S**olaris annus superat lunarem. xi. diebus. quibus collectis constituitur una lunatio per

die kal. iunij ad montem. et quarta die iunij legem recepissent. si eadem die. iij. reuoluto anno recesserunt. patet. quia quatuor diebus et anno sedebat ad montem. et ita tercio mense anni legitimi die. iij. recesserunt. **T**amen nihilominus verum est. quia secundo mense anni secundi. xx. die egressi sunt. **T**ripliciter enim accipitur annus ab eis preter naturalem. **A**nnus uisualis a ianuario quem habent communem nobiscum in contractibus suis et negociis communibus agendis. **Q**uo autem mense huius anni. quora die egressi sunt. non legitur. **E**st et apud eos annus legitimus. quo utuntur in legitimis que agunt. **I**n hoc ut diximus tercio mense et die quarto egressi sunt. **E**st et apud eos annus emergens. **I**n memoriam enim liberationis sue cepunt annos suos numerare ab exitu de egipto. sicut greci a prima olimpiade. romani ab urbe condita. christiani ab incarnatione domini. et huiusmodi anni secundo mense. xx. die

xxx. dies. uel etiam per xxx. dies que supersunt reuerentis. et annus quo euenit illa luna non dicitur embolusmalis. alij dicuntur communes. **C**ontigit autem aliquando duos communes interponi embolusmalis. aliquando unum secundum quod unum tamen bis in decennouali ciclo euenit. **I**nde est ergo quod dixit hieronimus. nisi fuerit embolusmalis annus. **I**mpossibile est quod per annum naturalem. et quattuor dies fuerint ibi. si. l. die a pascha sunt egressi. quia nunquam dies pasche id est anni precedentis et sequentis. et nunquam concurrunt pascha annuum et amoniuum. **S**imiliter nunquam idem est dies. l. **N**on ergo ab eo die quo lex data est reuoluto anno naturali sunt egressi sed cum uenissent ad montem. prima luna iunij reuolutis lunationibus usque ad primam lunam iunij. quarta eiusdem luna sunt egressi. que equinquagesima dica. xiiij. luna aprilis. **I**

egressi sunt. Jam enim annus a phase usque in phase unus transierat. et de secundo a phase usque in phase fluxerant. l. dies. Ergo mensis unus. xxx. dierum. et secundus iam fecerat viginti dies. **D**ecausit annorum distinctio in multis locis necessaria est. In hac mansionemedia pars erodi. et totus leviticus. et numerorum precepta non modica descripta sunt. **M**ora. quod quadruplex est annus. legitimus. emergens. vsualis. et naturalis. **A**nnus legitimus. huius anni tertio mense iunio. et quarta die eiusdem mensis egressi sunt. **I**stum computa a kal. in kal. **A**nnus emergens. huius anni secundo mense. scilicet. xx. die eiusdem que est quarta dies iunij. exierunt. **I**stus a phase in phase computa. **P**rimus accipe. xv. dies primi mensis. et iunge cum. xiiij. diebus mai sequentis. **E**cce habes primum mensem secundi anni. **I**tem accipe. xvi. dies qui remanent de maio. et iunge cum. iiij. diebus iunij. et habebis. xx. dies secundi mensis a phase. **E**t ita vera erit utraque computatio anni scilicet legitimi et emergentis. sicut in textu littere corinthiorum. **A**nnus vsualis. iste incipit a ianu. et hinc habent hebrei nobiscum communem in negotiis suis. **A**nnus naturalis. huius mense tertio. luna. iiij. que est l. dies. a. xiiij. luna aprilis recesserunt. **D**uxit autem moyses secum obal. alias obad fratrem uxoris sue. qui noverat in quibus locis per desertum castra commode poni poterant. permittens ei de optimis que traderet eis dominus. **H**anc cum eleuabat archa dicebat moyses. **S**urge domine. et dissipent inimici tui. et fugiant qui oderunt te a facie tua. **C**um autem deponeret aiebat. **R**evertere domine ad multitudinem filiorum exercitus israel. **D**e electione septuaginta seniorum. C. XIII.

**A**rtum est autem murmur populi contra dominum dolentis pro labore. **E**t accensus ignis in ira domini deuorauit extremam partem castrorum. illos scilicet qui retro longe erant. **O**ra-

uitque moyses ad dominum. et absorptus est ignis. **L**ocauitque nomen loci illius incensio. tamen non fuit hoc mansionis nomen. **I**n eadem quoque mansionemulgus promiscuum quod ascenderat cum eis. id est ferri et ancille egyptij. et multi de israel pariter cum eis flagrabant desiderio carnis. **C**arnium nomine non solas carnes. sed aliorum ciborum etiam abundantiam intelligimus. **U**nde nec in querela eorum de caribus legitur. cum dixerunt. **R**ecordamur piscium quos comedebam gratis in egipto. in mentem veniunt nobis cucumeres. et pepones. porrique et cepe et allia. anima nostra arida est. nihil vident oculi nostri nisi manna. **A**udiuit moyses populum stentem. et intolerabilis res visa est ei. quia et ab eo escas petebant. **E**t ait ad dominum. **C**ur imposuisti populi huius pondus super me? **N**unquid ego concepisti et genui multitudine omnem hanc? **O**bscuro. aut aliter. prouideas. aut interficias me. **C**ui dominus. **C**ongrega mihi. lxx. viros de senioribus israel quos meliores nosti ad ostium tabernaculi. et auferam de spiritu tuo. tradamque eis. ut sustentent tecum onus tuum. et populo dicas. **C**ras dabo vobis carnes usque ad mensem diem. id est que sufficient ad mensem. etiam usque ad nauisam. **E**t dicit large nauisam. pro vomitu. **P**roprie est enim vomitus ille. qui excitatur fetore sentine. **A**blatio quidem spiritus moysi. et traditio alij. non est intelligenda diuinitio spiritus eius pro pres. vel in mirio sed illuminatio aliorum ad regendum populum. per eandem speciale gratiam per quam et moyses illuminatus erat. sicut de igne vni. lucerne multe illuminant sine sui diminutione. **E**lectos itaque. lxx. viros duxit moyses ad ostium tabernaculi proter duos qui in castris remanserant. non ex contemptu. sed quia reputabant se indignos quorum vnus vocabatur heldad. et alter meldad. et erant viri iuniores hebrei. fratres moysi ex matre. sed non ex patre. **D**escen-

**H**ieronimus dicit

dirg dñs p nubē  
 ⁊ requieuit spūs  
 in eis qui stabant  
 cū moise ⁊ pphera  
 bant. Sed ⁊ duo  
 qui remanserant  
 in castris pphera  
 uerūt. nec postea  
 siluerūt. id est sem  
 per deinceps voca  
 ti sunt pphere. Et  
 redit moises cuz  
 illis ad castra.

sup paralipomenon  
 nō ex pte s; ex matre  
 q; post legē acceptaz  
 amrā mādante moi  
 se dimisit matrē ei?  
 q; amira eius erat. et  
 dixit aliā de qua su  
 scēpit hos duos. sed  
 scōm hocisti nondū  
 erāt bimi. S; scōm  
 hoc obicit ei mgē.  
 q; dixit hieronimus  
 eos ex patre non ex  
 matre fuisse fratres

moisi. ⁊ soluit p norulā q; p uictū victoris  
 cōtinet in sequenti capitulo. **De** dñi dñi. ⁊ c.  
**De** elu carnium ⁊ ira dei sup eos. Ca  
 pitulum. XV.

## Centus vero

**U**egredies a dño arreptas pre  
 cepto ei? trans mare in insu  
 sulis orngijs. coturnices detulit in castra  
 p circūitu castrorū itinere diei vnus. vo  
 labantq; a terra altitudine duoz cubitoz  
**S**urgensq; populus cōgregauit sibi co  
 turnices duos diebus. ⁊ siccauit eas.  
**Q**ui parū. ⁊ choros habuit. Fuerunt hec  
 coturnices vt tradunt nō modice q; apud  
 nos sunt. sed ille maiores q; regie aues di  
 cunt. quas curleios a currēdo vocamus.  
**N**ondū desecerat cibus. ⁊ furor dñi pcul  
 sit populū plaga magna nimis. **U**odus  
 dno plage nō determinat hic. sed in psal  
 mis videt. q; fuerit ignis. **S**epultusq; ē  
 ibi popul? qui carnes desiderauerat. **C**hī  
 ⁊ locus ille vocatus ē cabaioth. qd sonat  
 desiderium sepulture. vel sepulcra concu  
 piscentie. **De** plaga marie et  
 causa lepre. C. XVI.

**A**gressi autem de  
 i. pulcris cōcupiscentie uenerūt  
 in asseroth. ibiq; iurgati sunt maria ⁊ aa  
 ron contra mouen. propter uxorem eius

ethiopissam. quasi rixantes cū eo. impro  
 petauerūt ei. q; reginā ethiopiē in uxore  
 duxerat. vel ductaz dimiserat. vel potius  
 ppter uxorez eius leprozā q; rixata fuerat  
 cōtra maria. **A**dianite enim quondam  
 vocati sunt ethiopes. vt legit in paralipo  
 menon. ⁊ indignando dixerūt. **N**onne ⁊  
 nobis sicut ⁊ moisi locutus est dñs. **A**c si  
 dicerēt. **Q**uare vult moises pesse nobis  
 q; locutus est ei dñs. **E**t iratus dñs dixit  
 eis. **E**gredimini vos tres tantū ad taber  
 naculū. **C**ūq; starent ibi. descendit dñs ī  
 columna nubis. **E**locansq; aaron ⁊ ma  
 riā ait. **S**i quis fuerit pphera inter vos.  
 loquat ei ī visioe. vel p somniū. vel p eni  
 gmata vel per figuras. **S**eruo vero meo  
 moisi qui in omni domo mea fidelissim?  
 est. ore ad os loquor vt quid ergo detari  
 stis vos ei quasi parificantes? **E**t recessit  
 nubes. et ecce apparuit maria leprosa. **E**t  
 ait aarō ad moisen. **O**bscuro dñe. ne im  
 ponas nobis hoc peccatū. **O**rauitq; moi  
 ses ad dñm. **D**eus obsecro sana eā. **C**ui  
 dñs. **S**i pater eius spuisset in faciez ei?  
 nonne debuerat salutē. vij. diez rubore  
 confundi? **S**eparetur septem diebus ex  
 tra castra. q. d. **S**i pater ei? vilicasset eaz  
 p aliquo crimine suo. nonne deberet ali  
 quo tpe recundari. **E**xclusa itaq; ē ma  
 ria extra castra. vij. dieb. nec popul? mo  
 tus est donec reuocata est.

**De** xij. exploratoribz. C. XVII.

**A**gressus autē po  
 pulus de asseroth. fuit tentoria  
 in deserto pharan. **N**ō est pharan nomē  
 mansionis sed solitudinis. plures māsiō  
 nes cōtinentis. vt in cathalogo māsiōnū  
 manifestabit. **O**mnes enim pmet man  
 siones ab asseroth. que fuit. xij. vsq; ad  
 asiongaber. que fuit. xxxij. p quas omnes  
 transierant ī anno secundo. **D**e asionga  
 ber misit moises  
 ex pcepto dñi. xij. **D**ec sūt noīa. xij. ex  
 viros singulos d ploratoz quos misit

singulis tribub. qui considerarent terraz quā posses-  
 sum erāt. quoz ꝑ-  
 cipui fuerunt ca-  
 leph filius iepho-  
 ne de iuda. ⁊ osee  
 filiꝝ nun de effra-  
 im. Vocauitqꝫ  
 moises osee iosue  
 hic erat minister  
 moisi. Unde qui  
 dam dicūt id qđ  
 supra dictū est io-  
 sue ꝑ anticipatio-  
 nē dictum esse. qz  
 nūc primo impo-  
 sitū est ei hoc no-  
 men. Potest etiā  
 dici. quia moises curam ⁊ salutē alioꝝ. ⁊  
 cōmisi illi. Cūqꝫ vocareꝫ iosue vel osee.  
 que nomina saluatorē sonant. tūc primo  
 ei hec nomina appropriauit. cū saluatorē  
 alioꝝ instituit. Precepitqꝫ eis moises. vt  
 cōsiderarent qualitatē terre ⁊ hominuz ⁊  
 vrbū. ⁊ afferret de fructibꝫ terre. Eratqꝫ  
 tempus. quando ꝑcoꝫ vne comedi ꝑ-  
 sunt. Qui ascendētes explorauerunt ter-  
 ram. ⁊ venientes in hebron. viderūt tres  
 viros de genere enach vel enachim. id est  
 de semine giganteo. quales etiā viderāt  
 in thanai ciuitate egipti. qui ⁊ a thanai ri-  
 ranes dicti sunt. Fuit autē hebron. viij. an-  
 nis edificata ante vrbem thanaim. vnde  
 ⁊ ab hebron semen gigantū in egiptū de-  
 scendisse credit. Descendentēqꝫ vsqꝫ ad  
 vallē vberimā ⁊ torrentē. tulerūt de ma-  
 lisgranatis ⁊ de ficis loci illius. Palmi-  
 tes quoqꝫ cū vna  
 absiderūt. quem **M**alogranatus ar-  
 premagnitudine bor. malūgranatum  
 tulerunt in vctē fructus.  
 duo viri. Ob hoc appellatus est locus il-  
 le negefcor. id est borri torrens.  
**D**e murmure populi ꝑ quo ꝑ. xl. an-

nos in deserto pierunt. C. XVIII.

**R**euertiqꝫ post

dies. xl. venerunt ad populuz  
 suū in cades. de. xxxij. em mā-  
 sione interim egressus erat populꝫ ⁊ mo-  
 rabatur in. xxxij. Tamen quidam tradūt  
 qđ de cades missi sunt exploratores. ⁊ ibi  
 eos expectauit populꝫ. Hanc mansioneꝫ  
 vocat iosephꝫ cō-  
 uallem iuxta cha-  
 naneoꝝ terminos  
 existentē. ⁊ ad ha-  
 bitandū difficilē.  
 ⁊ cōmendātes terram quam viderāt ad-  
 diderūt. Sed cul-  
 tores fortissimos  
 habet. vrbes gran-  
 deset muratas.  
 stirpem enach vi-  
 dimus ibi. quibus nos cōparari quasi lo-  
 custe videbamur. Terra quā lustrauimꝫ  
 deuorat habitato-  
 res suos. qđ sic ex-  
 ponit hebreꝫ. Ter-  
 ra infirma ē. nec  
 hēe viuaces ho-  
 mines potest. vel quia nulli genti licebat  
 diu in ea habitare. ꝑpter frequētes impu-  
 gnationes supueniētū. Unde ꝑpheta cū  
 securitatē ꝑmanendi illi terre pollicetur.  
 hoc opprobriū ab ea auferendū dicit. ꝑꝫ  
 cabat terra cultores suos deuorans. Po-  
 test tamen ⁊ in cōmendationē terre dici.  
 qđ adeo bona sit. vt nullus ex ea ꝑgrina-  
 ri velit. sed qui in ea nascitur. moritur in ea  
 dem. Igif audiens hec omnis turba fle-  
 uit dicens. Trinā mortui essemus in egi-  
 pto. Non melius est reuerti in egiptuz.  
 qđ cadamus gladio. ⁊ vxores ⁊ liberi tra-  
 dantur captiui. Cōstituiamus nobis du-  
 cem aliū qđ moisen. ⁊ reuertamur in egi-  
 ptum. At vō iosue ⁊ caleph sciderunt ve-  
 stimenta sua dicētes. Nolite rebelles esse  
 contra dñm. id est eū mendacē in ꝑmissio-

**I**n terra ꝑmissionis  
 habitabāt. viij. ꝑpli.  
 quoz vnus erat cha-  
 naneus.

**S**ic ⁊ nos cui inui-  
 demus. laudibꝫ eius  
 cū aduersariōe vicia  
 subnectimꝫ.

**A**duerte tripliceꝫ eiꝫ  
 expositionem. qđ di-  
 cū ē terra quā lustra-  
 uimꝫ. d. h. f.

**A**nticē

iudicare. quia sicut panem populū terre  
huius deuorabim. Cūq; clamarent in  
eos alij decē qui terruerant populū. ⁊  
omnis multitudo lapidib; uellet eos op/  
primere. apparuit gloria dñi sup rectū te/  
deris. et ait dñs ad moysen. Quousq; nō  
credet mihi populus hic? Feriam eos et  
faciā te i gentē magnā. Cui moyses. Ob/  
secro dñe ne fiat hoc. ne forte insultēt tibi  
egyptij. ⁊ dicant. Nō potuit eos inducere  
in terram quā pmiserat. Cui dñs. Iuxta  
uērbū tuū dimisi. Attamen uiuo ego nul/  
lus eorū qui uiderūt signa q̄ feci i egipto  
numeraui sc; a. xx. annis ⁊ supra. qui etiā  
p. x. uices. id est multotiens septauerunt  
me. uidebit terrā p qua iuravi patrib; eo/  
rum. pter iosue ⁊

caleph. Quoniā  
aut amalechites  
⁊ chananeus ha/  
bitant iuxta uos.  
ne supueniant. mouete cras castra. ⁊ re/  
dite in solitudinē.

Iuxta numerum  
xl. dierū quibus  
terrā cōsiderastis  
quadragnita an/  
nis recipietis ini/  
quitates uestras. Locutusq; ē moyses oīa  
uerba hec ad eos. ⁊ luxit populus nimis.  
Et ecce mane surgētes dixerunt ad moi/  
sen. Beccauimus desperātes. parati su/  
mus ascēdere ad locū quē pmisit dñs. Et  
moyses ad eos. Nolite ascēdere. nō enim  
dñs uobiscū est. At illi contenebrati. sine  
deo sc; posse uincere putātes ascēderunt  
archa cū moyses ⁊ leuitis ⁊ manēte in ca/  
stris. Persecut⁹ ē eos amalechites ⁊ cha/  
naneus pcunens usq; ad locū qui ob hoc  
uocatus est horma. id est anathema. ⁊ re/  
dierūt ad solitudinem.

**D**e lapidatione colligentis ligna in  
sabbato. C. XIX.

**F**actum est autē

cum essent in solitudine inuenerūt homi/  
nem colligentē ligna in sabbato. quem re/  
cussit moyses donec confulexeret dñm. De  
quo dixit dñs. Moxiatur hō iste extra ca/  
stra. lapidib; obruat. Et factū ē ita. Qui/  
dam putant hūc fuisse salphaat. q; ⁊ filie  
eius postea dixerūt. Pater noster i deser/  
to in peccato suo mortuus est. Ibidē etiā  
pcepit eis dñs. ut p q̄ttuor angulos pal/  
liorū fimbrias ponerēt iacinctinas. ob re/  
cordationē etiā minimoꝝ p̄ceptoꝝ dñi  
obseruandā. Has magnificauerūt pha/  
risei in tantū. ut etiā ei spinas ligarēt.  
ut frequenti earū punctione ad memori/  
am iugem p̄ceptoꝝ dñi excitarent. Qua/  
dratis tunc iudei urebantur pallijs. ⁊ ad/  
huc in angulis uestis quadratē i synago/  
gis suis habēt fimbrias iacinctinas ob re/  
cordationē legis date de celo. Docuit fa/  
ciebant ut a ceteris gentibus etiā habi/  
tu discernerentur.

**D**e scilinate chore dathan ⁊ abiron. ⁊  
plaga eorum. C. XX.

**E**cce autē chore  
filius isuar fratris amram cū vi/  
disset fratruales

suos honoratos.  
alterū sacerdotio.  
alterū ducatu po/  
puli iudic. ⁊ mur/  
murās cōtra moi/  
sen ⁊ aaron. cōpli/  
ces secūz habuit  
duc. nros. l. de le/  
uitis maioribus.  
quos etiā dignos  
sacerdotio p̄iere/  
bat. adiunxeratq;  
sibi dathan ⁊ abi/  
ron potētiorez ru/  
benitarum. quibus  
p̄ncipatum populi  
teberi dicebat. quia  
fuerant de ruben p̄i/  
mogenito. Quibus  
moyses ait. Tollat  
vnusquisq; uestrū  
thuribulū suū. ⁊ cras

**N**ota q; isuar ⁊ am/  
rā fratres erāt. quoz  
alter sc; isuar q; p̄i/  
mogenitus erat. vi/  
sum fuit filio ei⁹ sc;  
chore. q; ip̄e poa⁹ ha/  
beret summū face/  
dotiū q; moys. filius  
amram. ⁊ hoc idē uo/  
luit psuadere dathā  
⁊ abiron de dignita/  
te ducatus quia po/  
tiores erant rubeni/  
tis.

**I**ij

hausto igne supponat thimiama. et aaron  
 vobiscum. et que elegerit dominus ipse sit san-  
 ctus. Misit ergo moyses mane. ut vocaret dathan  
 et abiron. qui dixerunt. Non venimus?  
 Et convocata omni multitudine dixit moi-  
 ses ad chore et ducentos quinquaginta. Tol-  
 lite thuribula vestra. et ponite thimiama  
 super ea. et stete coram domino. Illis autem sic stan-  
 tibus moyses descendit cum senioribus popu-  
 li ad dathan et abiron. ut eos vocaret. Nam  
 et abiron ut dicit iosephus ex parte leui-  
 ta erat. Illi autem stabant cum vxoribus et libe-  
 ris. et omni frequentia domus sue in intro-  
 itu papilionum suarum. parati potius ad re-  
 sistendum. si vim inferre vellet moyses. Quam  
 ad obediendum. Quod videns moyses orauit  
 ad dominum. ut insolita morte periret. et sic pla-  
 num fieret quod dominus ipsum miserat. Quo oran-  
 te et flente. tremuit terra. expanditque popu-  
 lus. gradus strepitu per illos tabernacula ex-  
 citato. et scissa est terra sub pedibus eorum. et ape-  
 riens os suum deuorauit eos cum omni sub-  
 stantia eorum. et descenderunt viui in infernum.  
 id est in partem terre hiatum. Et reducta est  
 terra quasi nihil horum factum esse videretur.  
 Sed et ignis egressus est de thuribulis cho-  
 re et cocilij eius. tantus quantus nec de ter-  
 ra. platus vel concussione fulminum aut vi-  
 olentia spirituum visus est unquam exire. et  
 deuorauit eos aaron stante illeto. Tulitque  
 eleazar thuribula eorum ex precepto domini igne  
 huc illucque disperso. et ea produxit in lami-  
 nas. formamque ex eis coronulas aureas af-  
 fuit eas altari eneo ad commouendum filios  
 israel. ne quis nisi de semine aaron acce-  
 deret ad offerendum incensum domino. ne simi-  
 lia pateret. Tamen et sic fabrefacte erant. quod  
 et ibi stabant ad decorem.

De eruptione populi extincta per aaron  
 Capitulum. XXI.

**I**terum sequenti  
 die murmurauit omnis multi-  
 tudo contra moi-  
 sen et aaron dicentes Signo premissis confir-

matum fuit sacerdo-  
 tium aaron. Adhuc  
 duo sequuntur. quorum  
 alterum hic supponit.  
 Vos interfecistis  
 populum domini.  
 Cumque vellet eos  
 obruere lapidibus  
 fugerunt ad taber-  
 naculum. et operuit eos nubes. apparuitque  
 gloria domini. Egressus ignis a domino deu-  
 orauit populum. Dixitque moyses ad aaron.  
 Tolle thuribulum. et hausto igne de alta-  
 ri. ponensque thimiama perge cito ad po-  
 pulum. ut roges pro eis. Acceleransque aaron  
 cum thuribulo. et stans inter viuos et mor-  
 tuos. orauit dominum. et plaga cessauit. Fuit  
 autem percussus ex eis. xiiij. milia. et septuaginta.  
 De virga aaron que nocte vna floruit  
 et fronduit et peperit nuces. C. XXII.

**E**t tamen nondum  
 cessauerat tumultus super sacerdo-  
 tium aaron. Dicebant enim. quod si non pre-  
 dictos leuitas elegerit dominus. poterat esse quod  
 aliqui de aliqua reliquarum tribuum digni  
 essent sacerdotio. et forte de omnibus tri-  
 bus aliquos vellet dominus habere sacerdo-  
 tes. ne tanta ministerij dignitas vni do-  
 mui. et tam paucis crederet ministris. Ac-  
 cusabantque moysen de deserti inopia. eo quod  
 eorum negociaret inopiam. ut semper ei viderentur  
 egere auxilio. Tulit ergo moyses ex precepto  
 domini virgas. xij. et in eis posuit in vnaquaque  
 nomen tribus sue. vel potius principis. Scripsit autem  
 in virga aaron nomen leui. et preter has. xiiij. sumpsit  
 vnam seorsum cunctas familias continentem.  
 in qua prebaretur vnum de omnibus tribu-  
 bus vellet dominus habere sacerdotes. In nu-  
 meris tamen legit non fuisse virgas nisi  
 xij. Quod intelligendum est de singularibus.  
 sed excepta generali. Quas cum posuisset  
 in tabernaculo coram domino. sequenti die re-  
 gressus inuenit germinasse virgam aaron.  
 et folijs dilatatis amigdala pretulisse. Sa-

ne hic tercio deo ordināte aaron sacerdo-  
tium firmissime possedit. Nam ⁊ i signū  
rebelliū p̄cepit dñs virgam aaron serua-  
ri in tabernaculo in posterum.

¶ **D**ereditu in cades in quadragesimo  
anno. C. XXIII.

**A**derūt itaqz fi-  
lij israhel longo tpe in solitudi-  
ne. multo sederunt tpe in cades barne. ⁊  
diu circūierunt montem seir. ⁊ redierunt  
sepe vsqz ad mare rubuz. ⁊ circa fines sy-  
nai. Et p̄strata sunt cadauera eoz i des-  
erto. Tandē post multos labores ⁊ annos  
xxxviij. redierūt ad cades vnde miserant  
explozatores. vel in qua redierunt ad eos  
vt dictū est que ē

 cōtrarietas in sup̄ficie verborū. in intelle-  
 ctu tñ nulla ē. **F**uerūt etiā qui dicerent  
 hūc librum factū a iosue trāsito iordanē. qz  
 legē in principio. **H**ec sunt verba q̄ locu-  
 tus ē moises trans iordanē. **P**ro situ em̄  
 terre sacra scriptura dicere consuevit. vlti-  
 tra iordanem vel citra. **D**icitur liber moisi.  
 vel iosue. qz qd̄ moises verbo tradidit. io-  
 sue redegit in scripto. **V**idet̄ etiā hieroni-  
 mus velle. q̄ magnā iosue hui⁹ libri scri-  
 pserit p̄tem. **V**erius videt̄ esse q̄ script⁹  
 sita moise. **V**el hoc scz. & loquar. de se tan-  
 quā de alio in principio apposuit esdras.  
 sic & in fine de morte moisi. p̄sertim cū cir-  
 ca finē libri legat̄. **S**cripsit moises lege3  
 hanc. & paulo post. postq̄ scripsit moises  
 verba legis hui⁹ in volumine. p̄cepit leui-  
 tis. tollite librum hūc. & ponite in latera ar-  
 che federis. **L**egit quoqz lōgo tpe post in-  
 uētus in hierusalē deutronomij in archa.

**E**pilogus cum additionibus & deter-  
 minationibus. C. II.

**Q**uadragesimo  
 anno ab exitu filiorū israhel de  
 egipto. xi. mēse. prima die mēsis. videns  
 moises diē mortis sibi imminere. locut⁹  
 ē ad oēs filios israhel. & cepit legē expla-  
 nare. cōgregās eos sc̄dm iosephū ad ior-  
 danē in loco vbi nūc ciuitas abidal ē lo-  
 cusqz palmarū. **S**ane recapitulationem  
 moisi p̄sequētes. q̄ supra dicta sūt omie3

tenus supaddita dicemus. quedā q̄ vi-  
denf cōtraria memorabim⁹ determinan-  
do. Itaq; i recapit-  
ulando ait moi-  
ses. Dixi vobis il-  
lo tpe. Nō valeo  
solus negocia vestra sustinere. date ex vo-  
bis sapiētes. ⁊ ponā eos tribunos. centu-  
riones quinq̄genarios ⁊ decanos. Hoc  
videt cōtrariū pdictis. Supra em̄ consi-  
lio iero dixit hoc factū esse. Cūq; vero  
factū fuit. Primo em̄ ad cōsiliū loceri fa-  
ciendū secreto disposuit. postea auctozita-  
te ⁊ assensu populi cōpleuit. Ad pusilla-  
nimitatē quoq; eoz cōfortandā. iteravit  
moyses de victoria og regis basan. qui ve-  
stiterat de stirpe gigantiū. ⁊ in argumen-  
tū magnitudinis ei⁹ monstrat lectus fer-  
reus ipsius in rabath filioz amon. ix. cu-  
bitos habens longitudinis ⁊ quattuor la-  
titudinis. ¶ De ciuitatibus re-  
fugij trans iordanem. C.III.

Reparauit moi-  
ses tres ciuitates refugij tras ior-  
danē. bosoz in tribu ruben. ramoth in ga-  
laad in tribu gad. golan in basan in tribu  
manasse. Haruz hic vsus erat. Si quis  
nolēs hominem occidisset. cōfugiebat ad  
aliquā harū. ⁊ ibi a consanguineis occisi-  
tus erat. Si em̄ extra fines alicui⁹ ha-  
rū inuenisset eū. qui vltor sanguis effusi  
esse debebat. impune percutiebat homicidā  
Erat aut in ea fugitiu⁹ vsq; ad recōcilia-  
tionē cū p̄p̄quis. vel vsq; ad mortē sum-  
mi pontificis. i q̄ hmōi oēs fugitiui redi-  
bant securi ad p̄p̄ria. Tñ si p̄p̄quis occisi  
volebāt illū imperere q̄ volēs occidisset.  
⁊ coram ciuibus vr̄bis eius hoc p̄barēt.  
⁊ tradebatur eis ad occidendum.

¶ De precepto dilectionis. C.III.

Addidit quoq;  
moyses. Diliges dñm deuz tuū  
ex toto corde tuo. ⁊ ex tota aia tua. ⁊ ex to-

ta mēte tua. ⁊ ex tota fortitudine tua. Ad-  
didit quoq; cū demanna iteraret. Nō in  
solo pane viuūt ho-

mo. sed i omni ver-  
bo qd̄ procedit de  
ore dei. Panē vo-  
cauit hic omnē ci-  
bū hominū. Con-  
suevit em̄ scriptu-  
ra panē p̄ cibo po-  
nere. Et est sensus.

Molite mirari si cibū  
insoluitum dedit vobis dñs. qz nō in solis  
vsitatis cibis vita hominis stabilita est  
apud deū. sed solo verbo potest create no-  
ua ex quib; viuūt homo. Addidit quoq;  
inter bñficia. q̄ p̄ xl. annos in deserto ve-  
stimēta eoz nō defecerāt vetustate. nec so-  
lulares attriti erāt. ⁊ q̄ euaserāt serpētes  
flatu vr̄tes circūstantia. quos ob hoc for-  
te supra dixit ignitos. ⁊ scorpiones. ⁊ di-  
psades. q̄ latine situle dicunt. qz p̄munt  
hoiem siti. ⁊ adeo p̄esunt. vt cū calcant  
vix videant. cui⁹ venenum extinguit an-  
teq; sentiat. nec tristitiā sentit mortuus

¶ Dicit aut situla p̄ cōtrariū. vas em̄ qd̄ si  
tula dicit aufert sitim. hoc affert. sic fare-  
tra que infert mortē. fererrū. qz fert vel au-  
fert mortuū. Ut etiā ostenderet q̄ necessi-  
tas incuberet eis obseruādi p̄cepta dñi i  
terra p̄missionis addidit. qz nō erat terra  
illa sic terra egypti. q̄ bñficio fluminis se-  
cundat. vbi pozos aque deriuantur irri-  
gue. sed erat mōtuosa ⁊ campestris. de ce-  
lo pluuiā expectās. ⁊ ideo plurimū ibi co-  
lendū deū. vt daret eis pluuiā t̄p̄ib; suis.  
reporaneā. scz in autumnno. vel in hyeme.  
iacris seminib; nutriēdis. ⁊ sero tinaz ad  
crementū i verere estate. Addidit quoq;  
de terminis terre p̄missionis dñs dicens.  
¶ Dis locus quē calcauerit pes vester. ve-  
ster erit. a deserto qd̄ ē in meridie. ⁊ liba-  
no qui in septentrione ⁊ flumine magno  
eufrate qui in oriente. Usq; ad mediter-  
neum erūt termini vestri. hoc est mare qd̄  
tyrenū dicit. Addidit quoq; q̄ bñdicio

nes et maledictiones scriptas in libro hoc transito iordane in ingressu suo dicerent in hunc modum. Sex tribus maiores natu ascenderunt montem garizim cum sacerdotibus et leuitis. et vi. minores montem ebal e regione. et qui in garizim omnes benedictiones dicerent super legis observatores. et qui in ebal responderent amen. Post ascenderent sacerdotes et leuite cum alijs sex tribubus in ebal et simul omnes maledictiones imprecarentur transgressoribus. et qui in garizim responderent amen. Et nota quod cum enumerat gentes quas eiecerunt de terra promissionis fere ubique sex nominat. chanaanem amorreum. ferezeum. iebuseum. eueum. et heum. In hac vero iteratione nominat septimum gergeum. Item nota quia abraham promissum est quod decem delectent. quod tunc reuera ibi erant. Sed cum venerunt illuc filij israel. iam tres erant delecte. filij loth delecterunt gigantes. filij elau horreos. capadoces partem eueorum.

**De decima secunda. C. V.**

**A**ddiditque moyses. quia non liceret eis comedere decimam in opidis suis. nec primogenita pecorum. nec primitias laborum. nec vintia. nec sponte oblata. sed tantum coram domino in loco quem eligeret dominus ibi cum uxore comederent et liberis. seruo et ancilla et leuita qui concellaneus esset. In quo precepto videtur fraudari leuite quibus promissa debebant. Proinde dicunt quidam hoc semel factum. cum primo seque terram obtinuerunt. Tunc enim obtulerunt predicta domino. et deinceps reddiderunt ea leuitis. Sed hoc nihil est. quia nondum dominus locum sibi elegerat in terra promissionis. Alij dicunt quia singulis annis hec fiebant sic. Primam partem decime totius ut primam gelignam grani. primam amplioram vini vel olei separabat sibi qui decimas dabat leuitis. et illam modicam partem decimarum ferebat secum in hierusalē. et epulabatur

inde coram domino. Et hoc inde coniectatur. quia hec decima precipitur poni in quarto quod modicum vas est. nec veram caperet decimam. Sed hic de primogenitis et primitiis vintis et spontaneis nihil habent determinatum. Unde verior hec traditio hebreorum. Singulis annis hebrei faciunt duas decimationes bonorum suorum. Primam separabant leuitis. De hac dictum est. Desudet elemosina in manu tua donec inuenias cui des. id est illum cui debes. Iterum. reliquas partes decimabant. et hanc secundam decimam sibi reservabant. et ex coetero in anno cum ascenderent in hierusalē oblationes et epulas sibi et domui sue faciebant. et leuitam cocellaneum qui etiam cum eis ascenderet inuocabant. In eosdem usus reservabant sibi secundum animal post primogenitum. quasi secundum primogenitum et similiter post primitias tantumdem sibi reponerent. quasi secundas primitias. Qui ampliora his illis tribus festis expendere volebat. aliqua de bonis suis adhuc separabat. et cum predictis reservabat. vouens illa domino. Preterea. etiam quidam in illis solemnitatibus preter ea que diximus sponte quedam expenderant ad honorem domini. et hec secundaria precepit moyses ferri ad locum sanctum. et comedi coram domino. Tamen remotioribus licebat ista vendere in loco suo. et ferre precum secum. et emere sibi in hierusalē quod desiderabat anima sua. Preterea tercio anno duabus decimis sublati ut diximus. terciam faciebant iterum decimationem in usus pauperum. et hanc reponerant apud se. ut haberent unde daret peregrino et aduene. pupillo et vidue egentibus. et etiam leuitis si indigerent. In usus vero proprios ex hac nihil impendebat. et de hac dicitur. Omni perent te tribue. Addidit quoque quod si etiam frater aut uxor aut filius aut amicus specialis persuaderet aliquem ad cultum idolorum. forte propter affluentiam que sequebatur gentes. non occultaret eum.

sed conuictum aut confessum popul<sup>9</sup> ob-  
rueret lapidibus. et ille cui psuaserat pri-  
mus imponeret manus suas super eum.  
Eodem modo ciuitas aduersus ciuitate  
insurgeret et deleter eam. si psuaderet re-  
cedere a cultu dei. Incisasuras etiam et cal-  
uicium fieri super mortuos prohibuit. quod  
est sanguinem suum fundere. et capillos to-  
dere. et sacrificare mortuis. ut et ethnici fa-  
ciunt. Prohibuitque morticina comedi.  
Sed addidit. quia et illa sibi et immunda  
possent dare aut vendere peregrinis et ad-  
uenis. quia nationes alie licite multis  
rescuntur que interdicta sunt hebreis. Se-  
primo quoque anno quietis terre addidit  
moyses. ne creditor erigeret debitum a de-  
bitore hebreo dumtaxat. A peregrino po-  
terat erigere. Et ob hoc vocauit illum an-  
num remissionis. non illius tamen cuius  
erat iubilus. In iubileo enim dimitte-  
bantur debita. in hoc differabant petere.  
Prohibuitque in primogenitis bob<sup>9</sup> ara-  
ri. et vellera primogenitorum tonderi. Per  
quod inuit nihil de primogenitis debe-  
re sumi vel fieri in usus proprios. quia le-  
uitarum erat. Quod si maculam haberet pri-  
mogenitum. poterat comedi in loco suo.  
sed non coram domino. Repetens quoque  
moyses de festo penthecosten ait. Septem  
ebdomadas numerabis tibi ab ea die que  
falcem in segentem miseris. et celebrabis  
diem festum ebdomadarum domino deo  
tuo. Hoc ut dicit hieronimus hebrei nec  
ad leam nec ad spiritum custodiunt. Tunc  
enim non eodem die fieret penthecostes.  
quia alij tardius. alij citius metunt. scdm  
statum regionum suarum. Fuerunt etiam  
qui dicerent queque agricolaz a prima die  
messiomis sue. l. dies computasse. et ea die  
sibi et suis epulum solenne parasse. et die  
festum egisse. Nec quidem penthecosten  
legalem sed p collectis omnibus quasi di-  
em agebant solenem. Tradit iosephus.  
quia. xv. luna phase die scilicet soleni azi-  
morum offerebant grana conficata do-

mino. Et hec erat missio prima falcis in  
segetem. et a. xvi. luna numerabant septem  
ebdomadas. post quas faciebant penthe-  
costen. Quidam tamen dicunt ut predictum  
est a die do-  
minica que est in  
festis azimorum  
debere numerari  
septem ebdoma-  
das. quia legitur in  
exodo. Ab altera  
die sabbati nume-  
rabis.

In veritate a. l. die  
azimorum prima est pri-  
ma dies penthecostes  
cuius festi secunda die  
duo panes noui offe-  
rebantur. et ita duos  
dies. l. intellige. i. pri-  
mo primum diem pen-  
thecostes. secundo secundum diem eiusdem festi.

De appellatione populi ad summum  
sacerdotem. C. VI.

**R**ecepit quoque  
iudices ciuitatum sedere in por-  
tis quasi iudicatos in intrinsec<sup>9</sup> et extrin-  
secus de finibus ciuitatis. et ut in ore duo-  
rum vel trium testium periret qui interfe-  
ceretur ab eis. et quod manus testium prima  
fieret in illum. Quod si coningeret iudices  
illos ambigere de sententia aliqua. ascen-  
derent ad summum sacerdotem. et quod ille  
iudicaret fieret. Quod si quis sententie ei<sup>9</sup>  
non obediret interficeretur. De his iudi-  
cibus ciuitatum dicit iosephus. quod septem  
eligerentur in singulis ciuitatibus. vir-  
tute et studio iusticie accepti. Unicuique  
duo eorum dabantur duo viri ministri de  
genere leuitarum. Testimoniū mulierum  
non admitterent propter leuitatem. nec ser-  
uorum ignobilitatem animi. pro qua de  
facili. vel pro timore poterant corrumpti vel  
lucro. In appellationibus non licebat pon-  
tifici iudicare sine propheta et senioribus loci  
illi<sup>9</sup> que elegerat dominus. Addidit quoque ne  
in obsidione succiderent arbores fructife-  
ras ad faciendas machinas.

De iusticia regis. C. VII.

**A**ddidit etiam quod  
si quandoque regem sibi crearet.

non alienigenā sed contribulem assume-  
rent. qui sine consilio pontificis et senio-  
rum nil ordinaret. In ocio semp deutro-  
nomiū legeret. vxores sibi nō multiplica-  
ret ne a netterent eum a recto. Equos autē  
aut opum pondera nō multiplicaret. ne  
potētiō factus seniret in subditos. termi-  
nos terre pprie vel aliene nō mutaret. Nō  
enim pcul est vt leges transcēdat. qui me-  
tas terrarū transmutat. Hoc pceptū plu-  
rimū transgressus est salomon qui glori-  
atus est. q tantū reliquerat in hierusalez  
auri et argenti. quantū inuenerat ibi eris  
et ferri. Tandem tamē penituit vt tradūt  
de quo post dicitur.

De maleficis abijciendis. C. VIII.

**I**nterdixit quoq3 se-  
cū habere ariolos. id est inspectores fibra-  
rū circa aras pro cognoscendis futuris. et  
cōiectores somniorū. et augures. id est ge-  
stus auisū. aut garitū attendētes male-  
ficos. id est immolantes pueros demoni-  
bus. vel saltē lustrantes. incantatores. id  
est pfrigos qui intuētes fallūt. phitones  
id est ventriloquos. qui p spiritū malignū  
loquūtur. a phitone. id est a polline sic di-  
ctos. diuinos. id est auruspices. id est astro-  
rū inspectores. nigromanticos qui sacrifi-  
cijs vel carminibz euocāt mortuos. quia  
pphetam suscitaret eis deus de gente eorū  
illum audirent.

De ratione legis. C. IX.

**D**e ratione quoq3  
legis occasione falsi testis appo-  
suit. vt si diligentissime pscrūtātes depre-  
henderēt falsum testē. redderēt ei qd cogi-  
tauerat facere. primo suo animā. p anima  
oculū. poculo. dērem p dente. pedem pro  
pede. De timidis et sollicitis re-  
mouendis ab exercitu. C. X.

**A**ddidit quoq3  
de exercitu pgressuro ad pugnā

dum. vt prius sacerdos exercitū admone-  
ret ne timeret hostes. et sperarent tantū in  
dño. nō in armis et robore suo. deinceps  
quisq3 princeps turme sue loqueret. et di-  
ceret. Qui ex vobis ē formidolosus reuer-  
tatur. ne pauere faciat fratres suos pter-  
ritus. etiā sollicitos p negocijs impfectis  
q reliquerant reuerti pcept. Specifica-  
batur tria negocia. quibz maxime affe-  
ctus tenet humanus. dices. Quis est ho-  
mo qui edificauit domū nouā. et nō dedi-  
cauit vel inuicauit eā reuertatur. ne forte  
moriā in bello. et alius dedicerit eā. Quis  
est homo qui respondit vxorem. et nō acce-  
pit eā. reuertat ne forte moriā. et alius ac-  
cipiat eā. Quis ē homo qui plantauit vi-  
neam. et necdū fecit eā cōmunē. de q om-  
nibus vsci liceat. reuertat. ne forte mori-  
atur. et alius fungat ei officio. Qd sic in-  
telligit. Si nouella vinee plantatio an-  
te quartū annū fructū faceret. immunda  
erat. quia pter naturaz tēpus vim fecisse  
videbat. nec ex ea primicias deo offerre.  
vel quippiā edere licebat. Quarto anno  
vindemiabat dño. Omnē enī fructū ei  
anni deferebat homo ad vrbem sanctā cū  
secūda decima aliarū frugū. vt epularef  
ex eis corā dño. Quinto anno fiebat ho-  
mo dñs vinee. et vindemiabat sibi. Se-  
xto anno et deinceps erat oibus cōmunis  
scdm cōsuetudinē eorū talē. Iter agētibz  
licebat intrare vineas et pomeria. et tanq3  
de pprijs satuari. s3 extra de portari fas nō  
erat. neq3 vindemiantes de his q ad tor-  
cular portabant gustare. phibebāt sibi oc-  
currētes. Alia translatio plana est. Quis  
est homo qui plantauit vineam. et de no-  
uella eius non bibit. et.

De fedus inirent cū gentibus. C. XI.

**A**ddidit quoq3  
ne cū gētibz terre pmissionis fe-  
dus inirent. sed penitus extirparent. In  
quo post grauiter peccauerūt. Cum finiti-  
mis autē gentibz pacifici quantū possent  
Ruij

et federati essent. Egressi vero ad pugnam si in numero captiuorum mulierem quis videret pulchram virginem seu iam nuptam. et voluerit eam habere uxorem. non prius cubile eius ascendet. donec illa raserit caput. et circumcidat ungues. et lugubre scema suscipiens desinat parentes et amicos. quos amisit in bello. xxx. diebus. ut tanquam de luctu satiata. ad epulas nuptiales conuertatur. Tunc liceat viro eam humiliare. Quod si satiatus fuerit. et necederit animo eius. dimittat eam liberam. Non enim licet ei. aut reuocare eam in seruitutem. aut venundare alij. **Maledictum** quoque suspensum in patibulo ea die iussit deponi. et cadauer ea die sepeliri. quia maledictus erat omnis pendens in ligno. id est sufficit ad penam. quia turpem et maledictam suscepit mortem. ne ultra ius tenderetur pena. **Abominabile** quoque dixit apud dominum. si aut mulier veste virili. aut vir veste feminea vteretur.

**De his quibus non erat pars intrare ecclesiam dei. C. XII.**

**A**ddidit quoque

de differentia ingredientium ecclesiam dei sic. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis vel abscessore retro ecclesiam dei. nec manzer vsque ad decimam generationem. **Amonites** et **moabites** post decimam generationem non intrabit in eternum. quia hi populi propinqui hebreis exeuntibus de egipto non occurrerunt eis cum pane tantum. cum sciret eos laborare siti in deserto. et conduxerunt aduersus eos balaam filium beor. **Preterea** quibus plures eorum seducti fuerunt per mulieres eorundem. **Potest** ingressus in ecclesiam dici ingressus in atrium mundorum. a quo arceban

tur quidam in eternum. quidam ad tempus scilicet vel vsque ad aliquem tem

Quatuor erant atria vnum leuitarum. secundum duum israhelitarum mundorum. qui tactu mor

minum dierum suorum. de quibus alibi. vel vsque ad terminum successorum de quibus hic agitur. **Hebreus** vero tradit dicens. **Ingressi** ecclesiam dei esse. de filiabus israhel ducere uxorem. et sic in se et in genere suo fieri de populo dei. **Tamen** secundum hoc frustra videtur promissum esse de eunuchis. sed nec si ille vellet uxorem ducere de israhel ob pecuniam vel hereditatem vel ob quamlibet causam. ei non liceret. **Forte** quia nisi solum manzerem nominauit. non excludebatur ab ecclesia spurius et nothus. **Manzer** autem proprie est de scorto natus. **Spurius** de concubina. per spurcicia incontinentie. **Nothus** qui de adultera. **Videtur** enim cum non fit verus de matrimonio filius. sicut et nothas febres dicimus. que vere quartane aut huiusmodi videntur. non sunt autem.

**Manzer** ergo non copulabitur filiabus israhel. nec filius eius etiam de legitima. nec nepos vsque ad decimum successorum. **Hic** poterat intrare ecclesiam. quia penitus extincta erat memoria antiqui opprobrij. ecclesia non solum manzeres sed et spurios excludit ab ordinibus. **De hoc** quod prohibiti sunt duo populi intrare. **Augustinus** dicit. quia in decima generatione poterant propter ruth moabitidem que intrauit. de qua boos filius salmon genuit oberis. **Sed** quia generationes ruth nescimus. abraham contemporaneo moab decem numerauimus generationes vsque ad matrimonium ruth. **Quod** autem additum est in prohibitione in eternum. per hoc quod ibidem promissum est debet exponi scilicet nisi post decimam generationem. **Vel** quia dixit amonites. et moabites. quod nomina sunt masculini generis. nec dixit amonitis vel moabitis. de viris facta est prohibitio. non de mulieribus. quia forte nec mulieres occurrunt hebreis in deserto.

**De prohibitione prostibuli. C. XIII.**

**De prohibitione prostibuli. C. XIII.**

**A**ddidit quoqz

Non erit meretrix nec scortator in israhel. Non offeres mercedē p̄stibuli. nec p̄cium carnis in domū dñi tui. quia vt dicit ioseph⁹. mercedē p̄ coitu carnis venaricij vel custodis gregum nō licebat offerri. quia ex his que de contumelia p̄cedunt diuinitas nō delectatur. Itē. Nō fenerabis pecuniam ad vsuram. nec fruges. nec aliquid aliud fratri tuo. sed alieno. Sed qđ dicitur est de fratre. p̄ceptū est. qđ de alieno p̄missio. sicut ⁊ p̄missio fuit. qđ sequitur de libello repudij. Vir apud quē vxor sua nō inueniebat gratiā p̄pter aliquā feditatem que multimode p̄ueniunt. scribebat qđ nunq̄ conueniebat cū ea. ⁊ causam ob quā displicebat ei mulierne conueniret. ⁊ tradebat libellum in quo scripta erant lxx mulieri. vt corā sacerdotibus legeret. Et cū iurasset verum esse qđ scripserat. licebat vtriqz alij copulari. Qđ si ingredereſ mulier ad alterū. qui iterū daret ei libellū repudij. viro priori nō licebat eā recipere. qz abominabile fecerat eā corā dño. Qđodo p̄ nulla fedira te excludit vxor. nisi ob solā fornicationē. neqz sic etiā licet eos migrare ad secunda vota. Namē quedā ecclesie modo introdurentur de nouo lepra. quia morbus serpens est ⁊ cōragiosus. Item. qui nup̄ acceperit vxorē. nō p̄ducetur ad bellū nec ei quicqz necessitatis publice iniungeſ. vt vno anno letetur cum vxore sua. P̄dest aut̄ intelligi ann⁹ iste nuptialis. nō vsualis decem mensū tantū. iuxta quē numerū dicitur annus luctus. qz mortuo viro nō licet vxori transire ad aliū. ante decē mēses. quia forte concepit de primo. ⁊ posset fieri dubiū. cui viroz⁹ ascribendus esset partus. Itē p̄hibuit quoqz ne liberi ancillas duceret vxores. De plagis q̄rū maior erat q̄dragenaria. C. XIII.

**T**erum si viderit in

ter reum dignum plagis tm̄. prosterneret eū coram se. ⁊ faciet eum verberari. Pro mensura peccati erit ⁊ plagarū mod⁹. ita dūtaxat. vt quadragenariū numerū non excedat. Sic ⁊ penitētes excomunicatos plagis cedimus scđm numerū versuum alicuius psalmi. quē dū cedimus cantamus. Iosephus dicit. xl. plagis vna minus habena publica verberandū. Liberū aut̄ hominem turpissimū erat penā hanc sustinere. De suscitatione seminis ⁊ modis discalciandi. C. XV.

**T**em. Que sine filiis a viro fuerit relicta. accipiet eā frater ei⁹. ⁊ primogenitū ex ea filiū fratri defuncto adnominabit. id est filiū fratri defuncti nō suū vocabit. ⁊ dimittet hereditatis successorē quē suscitabit. Qđ si noluerit frater suscipere relicta⁹ que sibi debet ex lege. interpellabit mulier iudices in porta. Et accersito eo. si accipe eā noluerit. mulier corā eis tollet calciamentū de pede ei⁹. ⁊ spuet in faciē eius. ⁊ dicet domus ei⁹ domus discalciati opprobriū in israhel. Alii bi legūt qđ qui ducturus erat eā alius discalciabat illum. scđm qđ iohannes dicit. Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Quod forte fiebat. si p̄festo erat alius ducturus eam si frater repudiaret. Quandoqz em̄ nullus ducturus erat eam. ⁊ tunc mulier discalciabat. Quandoqz etiā frater nō interpellate muliere p̄fitebat iudicib⁹. se nolle habere eā. ⁊ tunc ipse seipsum discalciabat. Cū alibi legitur qđ nolēs suscitare semen fratris se discalciabat. Item. Si mulier apprehenderit virilia alterius viri rixantis cū viro suo. abscides manū eius. nec flecteris sup̄ eam misericordia aliqua. Item. Non habebis pondus ⁊ pondus. mensuram ⁊ mensurā. id est maiorē qua emas. minorē qua vendas. Hoc enim abominabile est deo.

De femine agrozum. C. XVI.

**A**ddidit quoqz

moyses de quibusdam pmitio-  
nibus rerū diuersi generis cauendis di-  
cens. **N**ō seres vineam tuā altero semine  
grani vel leguminis. ne et semētis quā se-  
uisti et quā nascuntur ex vinea pariter sanctifi-  
centur. ne scilicet vnā decimā et singulares pri-  
mitias des tāqz de vno agro. cū de vtroqz  
fructu separim danda sint. vel ne hac oc-  
casionē velles primitias semētis vel vini  
nō dare. quia simul nō sanctificantur. **N**ā  
sementis primo anno. vinea quarto. **F**a-  
cta ḡ altera sanctificatione. forte putares  
sufficere ad vnius anni sanctificationē.  
**A**lia līa habet. **N**e pariter suffocent. **Q**uō-  
dā videt velle iosephus dicens hanc cōmu-  
nionē phibitam esse. quia dissimiliū con-  
iunctione natura nō letatur. **I**tem. **N**on  
arabis in boue simul et asino. cuius sensū  
ponit iosephus. bobus scilicet tantū arandaz  
terrā esse. vt noīe asini quelibet alia ani-  
malia excluda esse intelligamus. **H**ebrei  
tradūt ob hoc dictū. quia noluit dñs ser-  
uili iumento. id est asino regem iumento-  
rum copulari. **Q**uattuor enim quasi re-  
gia animalia ostendit dñs ezechieli. **H**o-  
mo enim rex omnium animalium ē. sub quo  
leo rex ferarum. aquila rex auium. bos rex  
iumentorum. **Q**uidam hebrei puerilius ex-  
ponūt. quia scilicet bos ruminat. putaret asi-  
nus ipsius comedere. et fame afficeret et de-  
ficeret. **I**tem. **N**ō indueris vestimēto quōd  
ex lino lanaqz contextū est. quia vt dicit iose-  
phus. **H**ec vestis solis sacerdotibus erat  
cōcessa. **H**oc scilicet adeo obseruabāt iudei.  
vt nec pelles nec aliquā laneā vestem nisi  
filo laneo cōsuant. **T**radit quoqz iosephus  
iumentā diuersi generis phibita cōmisce-  
ri. ne iniuria hec transiret ad homines. vt  
pecudibus commisceri licitum putarent.  
**M**ulta enim in minoribus prohibita di-  
cit. ne ad maiora p simile fieret accessus.  
**D**e deleatione amalechitarum. **C**api-  
pitulum. XVII.

**R**ecepit etiā do-

minus vt cū dominarent in ter-  
ra pmissionis. deleteret amalech de subce-  
lo. quia ipsis transeuntibus p desertū plu-  
rimū nocuerunt. **E**xremos scilicet agminis.  
id est fessos et leprosos et semine fluentes.  
eos scilicet quibus nō erat fas ingredi castra  
interficiēt. **E**t subdit dñs huic pcepto.  
**C**auē ne obliuiscaris. **Q**uōd quia transgressus  
est saul translātū est regnū a domo eius.  
**I**tem cū intraueris terram pmissionis tol-  
les de cūctis frugibus tuis primitias. et po-  
nes in quartallo. vale scilicet vimineo. ibisqz  
ad locū quem dñs elegerit. **E**t facta obla-  
tione stās e diuerso altaris gratias ages  
deo corā sacerdote. quia liberauit patrē tuū  
iacob a syro eū psequēte. scilicet laban. et fili-  
os eius de egipto. et tandē dedit ei terraz  
lacte et melle manantē. **H**oc semel factuz  
quidā tradūt in ingressu terre. sed singu-  
lis annis tradit iosephus has gratiarum  
actiones agēdas  
in scenophagia. **I**n huius rei memo-  
riā iudei etiā adhuc  
**I**mo bis i die. et  
vespe et mane iu-  
giter testificanda  
ab eis dona dei di-  
cit. **I**tem. **Q**uādo  
trāheris iordanē.  
edificabis altare dño de lapidibus quos  
ferrū non tetigit. et offeres hostias dño. et  
scribes super lapides omnia verba legis  
huius plane et lucide. **I**tem postqz enu-  
merauit moyses benedictiones obseruau-  
tium legem et maledictiones transgresso-  
rum. in fine maledictionum ait prophē-  
tando. **R**educet te dominus classibus in  
egiptum. ibi venderis hostibus tuis in ser-  
uos et ancillas. et non erit qui emat. **H**ec  
phētia postea impleta fuit. quando tri-  
ginta iudei etiam p vno denario emebā-  
tur. **I**n alexandriam enim vt dicit iose-  
phus. multa milia iudeorum sūt vēdita et vir-  
tū habueūt emptores. **I**n hac recapitulatiōe

ponit iosephus. Ne venenum aut mori ferum quid vllus israhelitarum habeat. r apud quem inuentu fuerit moriaf. hoc patientes q ille contra quem confectum probatur pateretur.

Moyses tradidit deuteronomium leuitis. C.XVIII.

**A**cta recapitulacione tradidit moyses deuteronomiu leuitis vt reponeret eam in archam domini. vt septimo anno remissionis legeretur. vniuersis vtriusq sexus audientibus in diebus scenoplexie. a summo sacerdotore in edito. vt ait iosephus. Itemq ait moyses. Scio intentionem vestram r ceruicem durissimam. Adhuc viuete me vobiscu semp contenti osegistis contra dominu. quantomagis cum mortu fuero. Ideo iteru moneo vos. ne faciais. Ideo do quia in testimoniū huius admonitionis. hominū mihi deest testimoniū. aut inutile esset quia mortales sunt. immortalia elementa in testimoniū inuoco.

Canticum testimonij. C.XIX.

**D**cutusqz est moyses audiente vniuerso ce tu verba carminis huius. Audite celi q loquar. audiat terra verba oris mei. Cuius carminis hunc versus ad liam tantū exponim. Cōstituit terminū populoz iuxta numerū filioz israhel. id ē scdm numerū psonarū que intrauerunt egiptū posuerat dñs nationes linguarū. Hebraus sic legit. Cōstituit dñs terminos populoz. sed terminos filioz israhel cōstituit iuxta numerū. q. d. Israhel tanquā carum numerauit. alios quasi viles numero non distinguit. Alia editio habet. iuxta numerum angeloz dei.

De morte moysi postqz benedixit populo. C.XX.

**D**cutusqz ē do

minus ad moisen eadem die. Ascendit montem abarim. in montem nabo. id est pillum transi in istum. r vide terrā chaanaan. r morere. Sed anteqz ascenderet moyses benedixit filios israhel. Benedictionem vero incepit in hunc modū. Dominus de syna venit. r de seir ortus ē nobis. Apparuit de mōte pharan in dextra eius ignea lex. Tradit hebrei. q dñs misit angelos suos ad idumeos. r ad israhelitas in pharan. r obtulit eis legem suam. Quam cum recipe nolent. venit ad iudeos in montem syna cum multis milibus angelozum. Datis benedictionibz singularum tribuum. ascendit moyses super nabo vsqz in verticem ipsius qui dicitur phasga. r ostendit ei dominus omnē terraz promissionis vsqz ad mare nouissimum. r partem australem. r latitudinē campi iericho. que alio nomine dicta ē ciuitas palmarum. vsqz segoz. Moruusqz est ibi moyses in terra moab iubente domino. r sepeliuit eum dominus in misterio angelozum in valle terre moab. r nō cognouit homo sepulchrum eius. vsqz in hodiernū diem. Qd ideo factū autumāt hebrei. ne ipsi moisen pro deo colerent. qz proni erant ad idolatriam. Moyses. c. xx. annorum erat quando mortuus est. nec dum tamen caligauerat oculus eius. nec dentes eius moti sunt. Et stauerunt eum filij israhel. xxx. diebus. Et nō surrexit vltra ppheta in israhel sicut moyses quē nos fer domin⁹ facie ad faciem. id est adeo familiariter. Doc capitulū finale vt ferunt apposuit esdras. sicut ab illo loco. Ascendit moyses vsqz ad hunc locum. ferunt iosephus apposuisse.

Incipit prefatio in historiā libri Josue.

De Josue. c. j.

De exploratoribus r raab. c. ij.

De transitu iordanis. c. iij.

De circumcisione in galgalis. c. iiij.

De euersione iericho. c. v.

De lapidatione achor. c. vi.

- De incendio bai. c. viij.
- De dolo gabaonitarū et mulctā. c. viij.
- De quinque regibus suspensis. c. ix.
- De xiiij. regibus percussis a iosue. c. x.
- De altari in bebal. et prima distributione terre. c. xi.
- Quod heron data est caleph. c. xij.
- Quomodo iosue sorte diuisit terram decem tribubus. c. xij.
- De irriguis are datis a patre caleph. c. xiiij.
- De reditu duarū tribuū et dimidie. c. xv.
- De federe quod statuit populus ad deum. c. xvj.
- De morte iosue et eleazar. c. xvij.

**I**ncipit p̄fatio in historiā libri iosue.

**L**iber iosue a nomine auctoris censetur qui et ielus dicitur est. Nam iosue et ielus idem est nomen. Cognominatus est autē a patre ielus naue. vel iosue bennum. id est filius naue vel filius numi quod idē est. Cognominatus est autē sic. ad differētiā ielū filij syrach pronepotis ielū magni sacerdotis qui scripsit ecclesiasticū. Et nota quod secundum hebreos hic incipit ordo veteris testamenti secundus. Qui distinguūt vetus testamentū in tres ordines. Primum vocant legem. secundū prophetas. tertium agiographa. In lege ponunt quinque libros moysi. In prophetis octo. iosue. iudicū. samuel. malachiam. esaiam. hieremiā. ezechielē. xij. prophetas. In agiographis ponunt novem libros veteris testamenti. Qui sup̄ sunt hi dicuntur agiographa. id est sanctorum scripta. quod nomen commune est omnibus sacre scripture libris. Et quia hi novē habuerūt emi-

nentiam pre ceteris secundum quā agnominauerunt. cōmuni nomine cōtenti sunt. sic hoc nomen confessor generale est omnium san-

Job. david. tres libri salomonis. daniel. paralipomenon. esdras. helter. et apocrypha sunt.

ctorum. et tamen quidam illorum secundum eminentiam aliquam quam habent alijs nominibus censentur. dicuntur alij apostoli. alij martires. et huiusmodi. In hūc etiam modum ultimus ordo angelorum cōmuni nomine omnium nuncupat. Origenes autē secundum grecos in primo ordine septem ponit libros. addens pentateuchum iosue. iudicium. et vocat ordinem illud eptateuchum. ab epta quod est septem. et theucos quod est volumen. In quocūque autem ordine sit liber iste historia nō mutatur.

**De Iosue. C. I.**

**F**actū est autem post mortem moysi et quiescente luctu populi qui pro eo factus est. locutus est dominus ad iosue filium nun. Moyses servus meus mortuus est. Surge et transi in iordanem hūc. tu et omnis populus tecum. Sicut fui cum moise ero et tecum. Eadem que moysi promiserat. eisdem fere verbis promisit ei. et eosdē terminos terre promissionis descripsit. Et nota. quia cū dixit. moyses mortuus est. suggillavit errorem quorundam dicentium moysen raptum cum helia esse et enoch quoniam nullum vestigium mortis eius relictum est. Quod autē addidit servus meus. destruit et aliorum errorem dicentium moysen damnatum eternaliter. propter aquas contradictionis. Quod vero dixit surge. locutio est et non sensus. Non enim credendus est sedisse vel iacuisse cū loqueretur ei dominus. Tūc precepit iosue populo per precones. Preparate vobis cibaria. quoniam post diem tertium transibitis iordanem. Quod de cibarijs alijs quibus de manna intelligendū est. quod in tertio die reservari nō poterat. Hoc de humano consilio dixit iosue. Neque enim transiet iordanem usque in diē. vij. Exploratores enim

quos tunc misit p̄ triduum morari sunt post quor̄ reditum tridue expectavit populus diminutionē aliquarū. ⁊ preparavit sibi cibaria iuxta mādātū iosue. **P**er misit ergo dominus ut ait augustinus et tate iosue ne teinceps simile aliquid sine diuino cōsilio aggredere. p̄sertim cū dominus dixisset moysi in electione eius iosue succedet tibi. p̄ eo si quid agere voluerit. eleazar consulat dñm. Quā aut̄ errauerit patet. Ignorabat enim vtrū in tricium diem nubes attolleretur. sine cuius motu nō mouerentur castra. Quidā tamen asserunt hoc p̄ anticipationē dictū. nec mandatum esse a iosue. donec redierunt nuncij.

**De exploratoribus ⁊ raab. C.II.**

**M**isit ergo iosue duos exploratores de sethim in iericho. ipse dō interim mouit castra. et metatus ē ea spacio. lx. stadior̄ a iordane. Exploratores aut̄ sub simulatione fatuitatis diligenter considerauerūt urbem. ⁊ imminuta ei. In vespa declinauerūt in domū raab meretricis. que iūcta erat muro ⁊ porte ciuitatis. Nunciatū est aut̄ regi iericho cenanti. viros exploratores esse. Qui cum misisset ad raab ut educret eos. absconderat eos in stipula lini. quam siccat supra murum. mentiens eos egressos cum clauderetur porta. Dixitq̄ nūcqs. **P**ersequimini eos p̄ viam iordanis. ⁊ cōprehendetis. Tūc ascēdens ad viros quos operuerat dixit eis. **N**oui q̄ tradet vobis terrā hanc et his que au diuimus p̄ vobis facta a dño. **I**urate ḡ mihi p̄ dñm. ut quomodo ego feci vobis misericordiam. sic ⁊ vos faciatis mecum. ⁊ cum vniuersa domo patris mei. ut saluetis animas nostras. ⁊ vniuersa q̄ possidemus. **A**t illi iurauerunt. Tūc dimisit eos mulier p̄ funem coccineū de fenestra domus. que hērebat muro. **E**t ait eis. **L**atete in montanis tribus diebus. donec re-

deant qui vos p̄sequuntur. **Q**ui dixerūt ei. **N**on tenebimur iuramento. si nō collegeris cum rapietur ciuitas omnem totum tuam tecum. ⁊ ligaueris funē iūc i fenestra. ut hoc signo domū tuā cognoscamus. **I**taq̄ post tres dies redierūt exploratores ad iosue. narrātes omnia que sibi acciderant. **J**osue dō ⁊ eleazar ⁊ maiores populi ratum habuerunt iuramentum eorum.

**De transitu iordanis. C.III.**

**P**rostea tribus diebus euolutis. dixit iosue ad populum. **S**anctificamini. **E**ras enim faciet dominus inter vos mirabilia. **D**iluculo vero dixit ad sacerdotes. **T**ollite archam ⁊ p̄cedite populum spacio cubitor̄ duorum milium. ut videri possitis ab vniuersis. **C**ūq̄ intraueritis p̄rem iordanis siccabitur instar pavimenti. **C**ūq̄ p̄cederent sacerdotes cū archa. sequebatur vniuersa multitudo. paruulis ⁊ mulieribus in medio collocatis. p̄cedebatq̄ ruben ⁊ gad. ⁊ dimidia tribus manasse scdm̄ q̄ p̄miserāt moysi. **E**t erant. xj. milia armorum. **I**n paralipomenon legitur tantū l. in quo multa vicia scriptor̄ deprauata sunt. **A**ccedentes aut̄ ad iordanem. repererunt eum immēabile. **P**lus enim solito tempore triticee messis excreuerat. tū pro solutione niuium facta in montibus. tum propter ymbrem ferorinum nouiter datur. **C**ūq̄ intrassent sacerdotes aqua steterunt aque ascendentes. ⁊ instar montis intumescentes. apparebant. paul vsq̄ ad locū qui dicitur sarthan. **I**nferiores vero aque descenderūt in mare mortuū. vbi quinq̄ ciuitates submersę sunt sodo ma ⁊ alie. **S**acerdotes autem stabant in medio fluminis cū archa. donec vniuersus populus p̄ arentem alueum p̄trāsseret. **T**unc elegit iosue duodecim viros. singulos de singulis tribubus qui tulerunt de loco vbi steterant sacerdotes. xij.

lapides iuxta numerum filioꝝ israhel in sicum. De sicco vero retulerūt in alueū. alios duodecim in aceruū memorialem transitus eorꝝ. Et sunt ibi vsqꝫ in hodieꝝ num diem. Ad quos iohannes creditur demonstrationē fecisse cū dixit. Potens est dñs de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Tamen sup martheꝝ legi. ad illos quos iosue trāsterni de iordane fecit. Cūqꝫ trāstisset populus ꝛ archa post eos. reuerse sunt aque in alueū suū. ascēditqꝫ populus de iordane. primo mēse quarta decima die primi mēis. tollentesqꝫ secū duodecim lapides fluminis. castrametati sunt in galgalis. ꝫ stadia decem ab iericho ad orientē. quinquaginta ꝛo stadijs a iordane. Josue autē cōstruxit altare dño de lapidibus quos tulerant de iordane. ꝛ sup illud postea sacrificauit deo. Et nota qꝫ sic legi in cronicis eusebij. scđm hebreos. ille annus erat iubileꝝ. ꝛ erat quinquagesimus primus inter iubileos quasi fluxissent ab initio mūdi anni duo milia. d. l. singulis iubileis ꝫ quinqꝫgenos annos depuratis. Scđm. lxx. ꝛo longe plures anni fluxerant ab initio mundi. Seda quoqꝫ in cronicis suis ponens numerum annoꝝ scđm hebraicam veritateꝝ ꝫbat de predicta summa annoꝝ septē annos defuisse. alias defluxisse.

**De circūcisione in galgalis. C. III.**

**E**t tēpore ex precepto dñi circūcidit iosue populum secūdo cultris lapideis. tamen hebreus habet venonaculis acutis. Nec intelligendū est. qꝫ idē homo iterū circūcidetur. sed puuli qui nati fuerant in deserto ꝫ quadraginta annos incircumcisi erāt. alij ex mandato domini. alij ꝛo ex negligentia parentū. alij ꝛo ex eorundē cautela. ne forte mox circūcisis attolleretur nubes. ꝛ necesse haberent ꝫgredi. ꝛ sic piderentur puuli. Facta autē circūcisione dixit dominus ad iosue. Hodie abstuli a

vobis opprobrium egipti. id est prepucium. quod apud hebreos erat opprobriꝝ immundicie gentium. Ob hoc vocatum est nomen loci illius collis prepucioꝝ. vel galgala. id est reuelatio. quasi sanctificatio scđꝝ illud. Facta ē uideā sanctificatio eius. Potest tamen dici. opprobrium ab eis ablatum seruitus egipti. ꝛ labor deserti. quod cōgruit scđm aliam nominis interpretationem. Interpretatur enim galgala libertas. Porro mansit populus in castrorū loco donec sanaretur. ꝛ fecerunt phase quartadecima die ad vesperam in campesribus iericho. qđ nōdum nisi bis factum fuerat. Primo in finibus egipti. circa ramesse. Secundo ad radicem montis syna secundo anno egressionis. Erāt intermissus fuerat cum circūcisione vsqꝫ ad terram ꝫmissionis. Et comederūt de fructibus terre die altero azimos panes ꝛ polentam eiusdem anni. Est autē polenta grana tosta ꝛ manibus confricata ad modū grani pilo tusi. Et dicitur polenta quasi pilenta. Quidam tamen tradunt polentam esse pulres de purgatissima farina factas. Et dictam polentā quasi polentam a polline quod est purgatissima farina. Cuius nominatiuus ē pollen vel pollens. Statimqꝫ defecit eis manna quo aliti fuerant quadraginta annis.

**De euerfione iericho. C. V**

**E**t eadem nocte cū esset iosue in agro iericho ad explorandum. vidit virum stantē contra se euaginato gladio ꝛ ait. Hostes an aduersariorum? Qui respondit. Nequaqꝫ sed princeps sum exercitus dñi. ꝛ nūc venio. Et docuit eū angelꝝ dō modo capiēdi

civitatem. et quod eam et universa eius fa-  
 ceret anathema. **Anathema**. id est  
 abusus hominum  
 seorsum remota. **Cum**q;  
 adorasset iosue pronus i ter-  
 ram dixit ei ange-  
 lus. **Solve** calci-  
 amenū te pedibo-  
 nus. locus enim i  
 quo stas sanctus  
 est. quod intelligit  
 dñi est sanctificat  
 est. **Qui** enim pol-  
 lutus erat in ha-  
 bitatione gentiū.  
 ad p̄sentia dñi p̄  
 angelū sanctifica-  
 tus est. **Dorro** p̄  
 nuditatem peduz  
 in huiusmodi locis sanctis et in penitenti-  
 bus potest norari innocentia q̄ talibus con-  
 gruit. **Eam** enim habuerūt primi paren-  
 tes nudi. **Diluculo** aut iuxta consiliū an-  
 geli. septē sacerdotes. septē buccinis dan-  
 gebant. ante archam. omnisq; armatus  
 p̄cedebat archā. et reliquū vulgus seque-  
 batur eam. circūierūtq; civitatem primo  
 die azimoz semel et sub silentio. et redie-  
 runt in castra. **Sic** fecerūt sex diebo. **Die**  
 aut septimo septies eam circūierunt. et in  
 circūitu septimo dixit iosue ad populum  
**Glo**ciferamini et ascēdite. sitq; hec civitas  
 anathema p̄ter aurū et argentū et es et fer-  
 rum quod conferuabitur dño in primitias  
 opum nostrorum. sola raab cum suis sal-  
 uabitur. **Igitur** vociferante populo et dā-  
 gentibus sacerdotibus cū buccinis muri  
 funditus corruerunt. **Et** ascendit quisq;  
 p̄ locum qui contra se erat. et interfecerūt  
 omne viuens in ea. et cōbusserunt eam. et  
 omnem suppellectilem in ea in tumulum  
 domino sempiternum. **Raab** vero hono-  
 ratam muneribus cum omni domo sua

receperunt in israhel in perpetuum. **Quā**  
 p̄cedete tpe durit salomon in vxore prin-  
 ceps in tribu iuda. **Qui** genuit boos a/  
 da. **Tunc** impca-  
 tus ē iosue dicēs.  
**Maledictus** qui  
 reedificauerit ie-  
 richo in primoge-  
 nito suo fundamē-  
 ta illius iaciat. et  
 in nouissimo liberorū ponat portas eius.  
 quod impletum est vt post liquebit.  
**De** lapidatione achor. C.VI.

**Dorro** achor vel  
 achar alias achim fili⁹ charim  
 de tribu iuda tulit aliquid de anathema-  
 te. clamidem scilicet coccineā contextā au-  
 ro. habentem scdm iosephum auri pon-  
 dus mazan. id est massam. id est ducenti-  
 tos siclos. tulitq; toridem siclos argenti.  
 regulamq; auream vel ligulam quinquā-  
 ginta siclorū. **Visit**q; iosue viros de ierich-  
 cho. qui explorarent civitatem hay que ē  
 iuxta bethel. **Qui** reueriētes dixerūt. **Nō**  
 ascendat omnis popul⁹. **Sufficiunt** tria  
 milia ad capiendam urbem. **Ioseph⁹** ta-  
 men dicit triginta milia. **Qui** cum ascen-  
 dissent terga vertentes. percussi sunt a vi-  
 ris urbis hay. et corruerunt ex eis triginti  
 et sex viri. **Josue** vero scidit vestimen-  
 ta sua. et iacuit pronus coram archa. vsq;  
 ad vesperam. et senes populi cum eo sac-  
 cis induti. et liquefactum est cor populi.  
**Crebantes** enim ne timor eorū qui euaserat  
 chananeos transiret in audaciā. adeo vt  
 imperum facerent in ipsos. **Dixit**q; dñs  
 ad iosue. **Pollutus** est populus anathe-  
 mate. nec ero cum eo donec mundet. **Ap-  
 plica** cras populum ad te. et fac sortem p̄  
 tribus et familias et domos et capita. **Et**  
 quemcunq; fors inuenerit. comburetur  
 igni cum omni substantia sua. **Quo** fa-  
 cto. inuenit fors tribum iude. deinde sa-  
 miliam zare. tandem domum charim.

ad vltimum caput achor. Et dixit ei iosue. Fili da gloriam deo. confitendo quid feceris. Quo confesso. missi sunt nūctj ad tētorijū ei⁹. qui p̄fātā pecuniā reconditā ī terra reuulerūt ad populū. Tollens itaq; iosue illū cū vniuersa domo ei⁹ vniuersa suppellectili ⁊ iumētis. duxit eū in vallē pfundā. lapidauitq; eū omnis popul⁹. ⁊ cuncta que illius erant igne cōsumpta sunt. Feceruntq; sup eū aceruū lapidum qui p̄manet vsq; in p̄sentem diē. Vocatumq; est nomen loci illius vallis achor. Nec putandū est populū neglexisse mandatū dñi quo p̄cepit eū comburendum. Nam in facta scriptura ignis p̄ vehemēti pena accipi solet. vt ibi. de fornace ferrea. Durant tñ hebrei dñm p̄cepisse lapidari ipm. ⁊ alia q̄ lapidib; obrui possent cetera q̄ lapides nō sentirent igne cremāda. Tradit tñ augustin⁹. iosue fecisse hoc. quadā cōsideratione. Aut enim penituit achor. ⁊ is dignus nō erat igne gehennali. ⁊ sic illū noluit vrere. qui dignus igne nō erat. Vel si nō penituit. ⁊ dignus erat igne eterno. reseruauit dño penam ignis. Punivitq; eū alio genere pene. ne videretur bis punitus in idipsum.

De incendio haij. C. VII.

**D**ostrea surrexit iosue. et omnis popul⁹ cū eo vt ascenderet in hay ⁊ p̄misit triginta milia viroz inter bethel ⁊ hay ad occidentē. Qui dimissis in locū insidiorū. v. milib; redierūt ad exercitū qui erat ad aquilonē. Rex autē hay festinauit mane egredi cū omni populo suo ignorans qd post tergū laterēt insidie. Josue xō fugies cū lōgus p̄traxisset eos ab vrbe. eleuauit dipuz que gerebat. Quo vi

Er eo qd dipos habebant. conici pōt qd equos habebāt. Clipos enim ferre pedes vix possent.

Quibus egressis post hostes. ⁊ iosue faciente impetū in eos. ex vtraq; pte cedebatur aduersarij. ⁊ interfecerūt omnes a vtro vsq; ad mulierem duodecim milia hominū. p̄dam vero sibi diuiserūt suspendentes regem hay in paribulo vsq; ad vesperam. ⁊ tūc deponentes eum. piecerunt eū in introitu ciuitatis. cōgesto sup eum aceruū lapidū. succendentescq; vrhem fecerunt eam tumulū sempiternū. Dic pe occupat historia de altari illo qd factum est inter garizim ⁊ hebal. sup que scripsit iosue deutronomiū. ⁊ de benedictionib; ⁊ maledictionibus factis sup montes illos de quibus loco suo dicemus.

De volo gabaonitarum ⁊ mulcta. Capitulum. VIII.

**G**abaonite vero audientes que fecerat iosue duabus vrbibus. ⁊ qd ex mandato dñi nulli parceret habitantium in terra promissionis. nec amicitias cum eis faceret. callide cogitauerunt inire fedus cum israhel. miseruntq; nuncios quasi de longinquo venientes. qui in argumentū longi itineris vres ferebant ⁊ sotulares veteres. ⁊ piratij cōsutos. panesq; in sistracis eorum duri erant ⁊ musci. ⁊ in frustra cōminuti. qui cum venissent in galgalis dixerunt ad israhel. De terra longinqua venimus que est extra terram que forte vobis debetur. serui vestri sumus inite nobiscum fedus. Credideruntq; eis filij israhel. ⁊ os domini nō interrogauerunt. Inuitq; cū eis federe iurauerunt eis iosue ⁊ eleazar ⁊ omnes principes multitudinis. Post triduū vero cognouit israhel se circūuentū esse a gabaonitis. mouētēsq; calitra vnerūt vt euernerēt ciuitates eoz. egressiq; sūt gabaonite obuiā eis ⁊ ait iosue. Quare imposuistis nobis? Qui dixerūt. Timuimus valde. ⁊ de cōsilio puidim⁹ amimab; nostris. facite qd bonū vobis ⁊ reatū videret. Tūc acclamauit populus non

esse standum iuramento. qđ p surreptio-  
nem factū erat. 7 pserim cū dñs in bibu-  
isset talibus cōfederari. **M**aiores vō qui  
iurauerāt p religione iurifuradi seruan-  
da. 7 murmure populi sedando. sic dispē  
sauerunt. vt nō haberēt eos socios. sed ser-  
uos aquarios. et lignarios. qui sez ligna  
cederēt. 7 aquas cōportarent in vsus alta-  
ris in locū quē sibi dñs elegisset. **Q**uo fa-  
cto redijt israhel in galgalis.

**D**e quinqz regibz suspensis. C. IX.

**H**etepore regna-  
bat i hierusalē adonisedech. qui  
interpretat dñs iustus. forte sic vocaban-  
tur reges hierosolimoz. **M**ā 7 melchise-  
dech sonat regem iustū. **Q**ui cū audisset  
gabaonitas federatos cū israhel timuit  
valde 7 vocauit quatuor reges secum. et  
ascenderūt quinqz reges amorreoz. 7 ob-  
federūt gabaon. **O**bsessi autē miserūt ad  
iosue dicentes. **A**scende cito 7 libera nos.  
**Q**ui collecto exercitu. irruit repente sup  
hostes. 7 versi sunt in fugā p descēsum be-  
thoron. **E**t dñs misit grandinē sup eos.  
7 plures occidit grando qđ gladius. **V**i-  
dens autē iosue solē descendentem ad occa-  
sum. 7 lunā ascendētem timēs ne bñficio  
noctis euaderent hostes. clamauit ad do-  
minū dicens. **S**ol cōtra gabaon existens  
ne mouearis. 7 luna contra vallē hailon.  
**S**tereruntqz sol

7 luna spacio viii **S**ub ezechia. quiqz  
us diei. nec antea **h**ore addite sunt hic  
nec postea fuit tā **v**nus dies.

longa dies. **Q**uinqz vō reges absconde-  
rūt se in spelunca vrbs maceda. **P**rece-  
pitqz iosue socijs suis. 7 ait. **V**oluite saxa  
ad os spelunce. 7 apponite custodes. vos  
autē psequimini hostes. **C**elis itaqz aduer-  
sarijs plaga magna. redijt exercit⁹ ad io-  
sue in maceda. vbi tūc erant castra sana 7  
integro numero. **E**t ait iosue. **P**roduci-  
te quinqz reges de spelunca. **Q**uib⁹ edu-  
ctis. dixit ad principes exercitus. **N**onite

pedes sup colla regum istoz ne timeatis  
**S**ic faciet dñs cunctis hostibus vestris.  
**Q**uo facto suspenderūt reges in patibu-  
lis. depositosqz ad vesperam piecerunt in  
speluncam in qua latuerant 7 posuerunt  
sup os eius saxa in tumulū sempiternū.  
**E**adem die percussit macedaz. 7 regem ei⁹  
in ore gladij. **P**ostea vō vastauit lebna.  
7 lachim. eglon quozqz 7 hebron 7 abir. et  
reuersus est cum omni israhel ad locum  
castrorum in galgala. **D**e xxiij.  
regibus suspensis a iosue. C. X.

**Q**uod cū audis-  
set jabin rex asoz. misit ad oēs re-  
ges circuitantes. **E**gressiqz vigintiquat-  
tuor reges cū turmis suis. habentes secū  
trecenta milia armatorū 7 duo milia cur-  
ruū conuenerunt ad aquas meron alias  
meroy. vt pugnarent contra israhel. **D**i-  
xitqz dominus ad iosue. **N**e timeas eos.  
cras tradam tibi eos vulnerādos. equos  
eoz subneruabis. 7 currus igne cōbures.  
**F**actūqz est ita. **P**ercusseruntqz omnes  
filij israhel preter eos qui in ciuitates mu-  
nitissimas se receperūt. **F**ecerāt enim cha-  
nanei plures munitiōes pualidas. a die  
qua audierant egressū israhel ab egipto  
aduersum se. neceas nisi longo tpe. 7 gra-  
ui labore obrinuit israhel **V**astauit tamē  
circa vniuersam regionem. nulli etati ho-  
minū parcens aut serui. ditatusqz est su-  
pra modum ex hostium preda.

**D**e altari in hebal. 7 prima distributi-  
one terre. C. XI.

**Q**uintus iam an-  
nus transierat. 7 transtulit iosue  
locū tabernaculoz in sylo. 7 ibidem tran-  
stulit tabernaculū cum omni ornatu suo  
pro loci oportunitate. **E**t inde processit i  
sichem cum omni populo. 7 constituit in  
monte hebal altare domino de lapidibus  
impolitis. obtulitqz sup eo holocausta et  
pacifica. **S**cripsitqz sup illud deumono

mium. quod quidam intelligunt mandata tantum deutronomij. Posuitque mediam partem populi sui super montem hebal cum sacerdotibus et leuitis. aliamque mediam in montem gazarim. cum sacerdotibus et leuitis. Et acclamauerunt sibi alternatim benedictiones et maledictiones sicut mandauerat illis moyses. Porro ioseph tradidit maledicta et benedicta in altari conscripta reliquisse. Quo facto redierunt in sylo. Concessit autem iosue tribui iudam montana ad meridiem. que iam adquisierant sed nondum sorte tradidit. Effraim quoque concessit montana ad aquilonem. inter utrumque mediam tribum manasse collocas. His tribubus commisit terram. alijs in castris manentibus. tum quia bellicose erant. tum quia digniores. Sciebat enim iude regnum esse promissum. et manasse et effraim benedixisse iacob pro beneficio ioseph patris eorum. Sed ipse quoque iosue effraimata erat. Dedit autem effraim extra sortes aliorum agrum sicheem. quem dederat iacob singulariter ioseph filio suo. et sepeluit in eo ossa ioseph. Hieronimus tamen testatur se vidisse in sicheem sepulchra aliorum undecim patriarcharum. et credibile est quod queque tribus suum patriarcham reuulit in suam sortem.

**E**bron data est caleph. C. XII.

**A**ccessit autem caleph filius ieplione ad iosue coram omni populo et ait. Nostique locutus sit dominus de me et de te ad moisen. et quod iurauit mihi moyses in reditu ab exploratione dicens. Terra quam calcauerit mihi pes tuus erit possessio tua in eternum. Pollicitusque est mihi dominus terram in qua inuenimus enachim te audiente. Quadraginta et quinque anni sunt ex quo locutus est dominus verbum hoc. et hodie. lxxv. annorum sum. sic valens ut eo tempore valebam. Benedixitque ei iosue et tradidit ei ebron in possessionem. et

quienit terra a prelijs.

**Q**uomodo iosue sorte diuisit terras decem tribubus. C. XIII.

**T**erum conuocauit iosue ecclesiam in sylo. et ait. Serui. bonum est ut terras quam promisit nobis dominus sorte diuidam. Et assumpsit de singulis tribubus tres industrios viros ad considerandam terram. deditque eis decem viros merendi peritos. quos propter artem veritas non lateret. mandans eis ne secundum quantitatem terram metuerent. sed secundum estimationem felicitatis terre. et que minus esset idonea. nam sepe plures sunt decem iugera quam centum. et quod in scriptis redigerent terre diuisionem. Viri autem circueuntes terram et estimantes septimo mense reuersi sunt ad eum in sylo. proiectisque fortibus prima sortis iude egressa est. Secunda symeonis. tertia beniamin. Hec sortis angustissima fuit propter terre fertilitatem. tulerunt enim iericho et hierosolimam. Quarta effraim. Quinta medietati manasse. Sexta isachar. Septima zabulonitis. Octaua aseritis. Nona nephtalim. Ultima danitis. Et notandum quod secundum concessionem terre prius factam duabus tribubus et dimidie. et traditionem postea factam secundum sortes nouem tribubus et dimidie. varie quandoque loquuntur auctores. Legitur enim quod iudas habuit terram sine sorte. et quod obtinuit hierusalem. nec potuit inde eicere iebuseum. que de concessione dicta sunt. Alibi legitur quod beniamin possedit hierusalem. quod de traditione dictum est. Iterum legitur quod iosue locutus est septem tribubus dicens. Quisquo torpens ignauia. Date mihi viros qui diuidant vobis terram. Cumque hoc omnibus dixisset. septem tantum legitur hoc dixisse. quod due tribus et dimidia terram concessam quasi traditam possidebant. Inde est quod hoc nomen iudea diuersis modis accipitur. Quandoque dicitur iudea tota terra

promissionis. et tunc a iudeis dicit. secundum quod dicitur pompeius iudeam fecisse tributariam. quandoque iudea tantum regnum iuda. ut ibi. Audiuisti ioseph quod archelaus regnaret in iudea. quandoque pro sola sorte iude. ut ibi. Iudea et hierusalem. id est fors iude et beniamin. Si ergo circa hoc sibi obloqui videtur auctores. Determinandum est secundum terram concessam vel traditam. Nam iudas et effraim maiorem habuerunt concessam vel traditam. Solum autem duo iosue et caleph quasi priuilegiati sine sorte

terram habuerunt. Potuit esse ut nunc Caleph ebron habuit. Josue tam natha vel tamna fara etiam sicheem secundum iosephum. Hanc partem ele

git sibi iosue post distributionem omnibus factam tanquam bonus dispensator. Sed et leuitis separauit quadraginta et octo ciuitates ad inhabitandum. quarum decem prius acceperant in amorrea. De reliquis triginta octo tres constituit ciuitates refugij. ebron de iuda. sicheem ex effraim. de neptalim cedez. Tunc locuti sunt filij ioseph ad iosue. Cur dedisti nobis quasi possessionem vnius funiculi. cum simus tante multitudinis. Responditque iosue ad effraim et manasse. Populus multus es et fortis. non eris contentus sorte tua. sed transibis ad montem. et poteris ultra terminos terre promissionis procedere et parare tibi locum.

De irriguis are datis a patre caleph Capitulum. XIII.

**A**d tempore ascendit caleph in terram sibi traditam. et percussit ebron tres filios enach. et ascendens inde obsedit ciuitatem dabit. que prius vocabatur cariathsepher. id est ciuitas litterarum. Ciues enim eius

scriptores erant. Quam cum inuenisset municam. ait. Qui primus percussit urbem hanc et cepit. dabo ei axam filiam

meam uxorem cum ea. Et cepit eam orthoniel filius cenez. frater caleph minor eo. Erant autem vterini fratres ratum. Nam ille filius iephone. iste vero filius cenez dicitur. nisi forte pater eorum binomius fuerit. Dedit itaque caleph filiam suam axam fratri suo in uxorem.

Que cum pergeret cum viro ad urbem traditam sibi suasa est a viro suo a vtereret a patre suo agerem in conualibus. Suspirauitque et fleuit ut federat in asino. Cui caleph

Quid habes inquit. At illa. Dabo tibi benedictionem. Terram arenam dedisti mihi iunge et irriguaz. Deditque caleph ei irriguum superius et irriguum inferius. id est agros irriguos circa ciuitatem ab oriente et occidente.

De reditu duarum tribuum et dimidie. C. XV.

**E**odem tempore cum iam quattuordecimus transisset annus. dixit iosue ruben et gad et dimidie tribui manasse. Fecistis que precepit vobis moyses famulus dei. Et quod dedit dominus fratribus vestris quietem. reuertimini ad terram possessionis vestre. ita dimittat. ut custodiatis legem dei.

In paralipomenon dicitur ebron cariatthiarim. id est ciuitas siluarum. vel cariatthbaal. id est ciuitas muscarum vel virozum.

Hec nota determinat obiectionem que de eo fieri potest. et caleph obuiabat legi iam date. dando fratri nepoti suo filiam suam.

Nota quod caleph maluit seruare verbum suum quam legem. que interdicit matrimonium cum filia fratris nisi forte lex intelligatur de filia fratris ex patre.

et colatis cum nec eatis post deos alienos  
quia archam et tabernaculum non habe-  
bitis. **F**rateres sumus et serui vnius dei.  
licet interiecto flumine separemur. **I**n  
multa substantia reditis. diuidite eam cum  
fratribus qui remanserunt. **Q**ui reuer-  
tentes venerunt ad tumulos iordanis. **S**ic  
enim dictus est locus per quem transie-  
runt. alius per quem transierunt filij isra-  
hel dicitur vada iordanis. **E**t edificaue-  
runt iuxta iordanem altare infinite mag-  
nitudinis vocates hoc nomine illud. **T**e-  
stimonium nostrum quod dominus ipse est  
deus. **V**ideturque velle iosephus quod altari  
superinscripsissent illud. **C**umque redisset  
ad propria. nunciatum est iosepho et his qui  
remanserant de edificatione altaris. et au-  
bitrati sunt illos erexisse illud. ut immo-  
laret super eo victimas. quod non licebat  
nisi super altare quod statum erat deus an-  
te tabernaculum. **C**umque arripuissent ar-  
ma ut deleterent eos de consilio missus est  
ad eos finees. et decem honorati cum eo.  
qui dixerunt ad eos. **Q**ue est ista trans-  
gressio? **C**ur reliquistis deum israhel et cul-  
tum eius. edificantes vobis altare sacile-  
gum? **A**t illi responderunt. **A**bsit a nobis  
hoc scelus. alioquin deus ipse querat et iu-  
dicet. **S**ed nimium ne cras dicerent fi-  
lij vestri filijs nostris. quid vobis et no-  
bis? **Q**uid vobis et domino deo israhel?  
**T**erminum posuit dominus inter nos et  
vos. **Q**uamobrem memoriale hoc erexi-  
mus in signum. quoniam fratres vestri  
sumus. et deicole vobiscum. **H**is dictis.  
placatus est finees. **E**t cum retulisset ver-  
ba hec ad omnem populum laudauerunt  
deum. **H**oc videtur quibusdam factum  
esse quod legitur in libro iudicum. quod an-  
gelus domini transiret de galgala ad lo-  
cum silentium. **S**ed quia potius videtur  
augustino hoc factum esse post mortem io-  
sue. non enim ausi fuerunt filij israhel eo  
vivente aperte recedere a deo. nos illud  
loco suo explicabimus.

**D**e federe quod statuit populus ad  
deum. C. XVI.

**R**esoluto autem  
multo tempe congregavit ioseph  
omnem israhel in sichem. et ait. **E**go ho-  
die ingredior viam vniuersę terre. et scio  
vos pronos ad irritandum deum. **E**ligi-  
te hodie quod placet. cui potissimum ser-  
uire debeatis vtrum dijs quibus serui-  
erunt patres nostri in mesopotamia. an dijs  
amorreorum. in quorum terra habitatis  
ego autem et domus mea seruiemus do-  
mino. **E**t ait populus. **D**omino serui-  
emus. absit ut ab eo recedamus. **E**t dixit  
ioseph. **T**estes vos estis. quia hodie elegi-  
stis vobis dominum? **E**t responderunt.  
**T**estes sumus. **E**t ascenderunt in sylo.  
ut statet coram domino. **P**ercussitque po-  
pulus in die illa fedus cum domino et in  
signum federis effudit ioseph aquam sup-  
terram. **N**os erat gentibus in signum fe-  
deris et robur iuramenti. sanguinem suillum  
effundere. quasi diceret. **S**ic effundet san-  
guis illius qui violauerit hoc fedus. **D**e-  
bzei vero aquam fundentes. atrociorę pe-  
nam in violatozem iudicabant. **A**lij enim  
liquores non effunduntur de pbase. quin  
aliquod vestigium sui in eo relinquunt.  
**S**olus aque liquor proflus effunditur.  
**Q**uod faciebant hebrei in federe iuramento cum  
domino. quasi dicerent. **N**on solum vio-  
lator huius federis peribit. sicut in alijs fit  
federibus. sed tota progenies eius peri-  
bit cum eo. ut nullum vestigium eius ap-  
pareat super terram. **S**cripsitque ioseph in  
die illa verba hec in volumine legis dei.  
id est in libro hoc. et tulit lapidem pgran-  
dem. posuitque eum subter quercum que erat  
ante sancuarium domini. et ait. **E**n lapis  
iste erit vobis in testimonium. **S**olebat  
enim veteres huiusmodi durabilia erige-  
re. ut sui diuturnitate veteres huiusmo-  
di posteris iuramentum fedus in memoria re-  
uocarent. **D**imisitque ioseph populum. sine

gulos in possessionem suam.

**De morte Iosue et eleazar. C. XVII**

**D**ixit hec mortuus est iosue cum esset centum et decem annorum. Quadraginta quattuor annorum erat cum accessisset ad moysen. et quadraginta annis seruiuit ei in deserto. Et quo colligitur. quod vixit sex annis et sex menses et quatuordecim diebus. Et sepelie runt eum in ramnasa que sita est in monte effraim. Eleazar quoque mortuus est et sepelierunt eum in gabaam fines et filij eius. que data est ei in monte effraim. qui successit patri in sacerdotium. In diebus

**G**abaa fines polit esse nomen cuius tatis a fines ibi sepulto. vel possit esse due dictiones.

iosue ericonius primus iunxit quadrigam in greciam. erat quippe apud alias nationes. Busiris tyrannidem exercuit in hospites. senix et cathmus de thebis egyptiorum in syriam profecti. in regione thiri et sidonis regnauerunt. Sed cathmo recedente in greciam. terra a plenicia plenicia dicta est. Europe filie plenicis iupiter mirtus est. Danaus per quinquaginta filias. quinquaginta filios egisti fratris sui interfecit. vno tantum superstiti qui regnauit post eum.

**Historia Iudicum. C. I.**

**Quomodo iudas pugnavit contra chanaanum. c. ij.**

**De cineis et transgressione populi. c. iij.**

**De loco flentium in galgalis. c. iij.**

**De orthoniele. c. v.**

**De aiorb et sangar. c. vi.**

**De delboza et barach. syfara. iahel et iabin. c. vij.**

**De gedeone. c. viij.**

**De abimelech. c. ix.**

**De thola. c. x.**

**De iair galaadite et morte eius. c. xj.**

**De icpre. c. xij.**

**De abessam. c. xij.**

**De abilon. c. xij.**

**De abdon. c. xv.**

**De sampson. c. xvj.**

**Quomodo interfecit leonem. c. xvij.**

**Quomodo interfecit multos cum mandibula asini. c. xvij.**

**Quomodo deceptus fuit sampson. c. xvij.**

**Incidentia. c. xvij.**

**De micha. c. xvij.**

**De vxore leuite. c. xvij.**

**De ruth. c. xvij.**

**I**ncipit historia Iudicum. C-I.

**I**ber iudicū  
 hebraice sopher dicitur. qui  
 iudices describit vsq; ad  
 heli sacerdotem. et ob hoc  
 dicitur iudicum tanq; a materia. Videi  
 tamen quibusdam ab auctorib; sic uoia/  
 tus. ut quasi cronice scribendo quisq; iu/  
 dicum tempus suum in actis redegerit.  
 Quis autem in vnum compegerit. dubi/  
 um est. Dicunt quidaz q; samuel. alij q;  
 esdras. Verisimilius videtur. q; ezechial  
 qui parabolas salomonis et librum regū  
 in vnum collegit. Si queritur quare io/  
 sue et moyses inter iudices non annume/  
 rentur. dicimus. quia non solum iudica/  
 uerunt populum. sed et rexerunt. Ceteri  
 vero nil iuris in populo habuerunt. nisi  
 q; in tribulationib; suis consilio et prudē/  
 tia eor; populus utebatur.

**Q**uomodo iudas pugnavit contra  
 chanaanem. C-II.

**F**actum ē  
 post mortem iosue con/  
 suluit populus dominū  
 per fructes. Quis ascen/  
 det ante nos cōtra cha/  
 naneum et erit dux belli: Et dixit domin;  
 Iudas. Non personam: sed tribum desi/  
 gnans. Creditur tamen caleph presuisse  
 populo. sed pro modicitate temporis nec  
 rectoribus nec iudicibus annumerat; ē.  
 Et ait iudas simeoni. Ascende mecum in  
 sortem meam. et pugna contra chanaanē  
 et ego pergam tecum in sortem tuā. Non  
 tamen legitur simeon ppriam postea ha/  
 buisse sortem. sed adxerit iude ut implere/  
 tur quod predixerat iacob: de simeon et le/  
 ui. Diuidā eos in iacob. et dispergam in  
 israel. Ascenderuntq; iudas et simeon in  
 bethel besed. et percusserunt in eo decem  
 milia virorum. Comprehendenteq; ado

nibesed. id est dominum besed. adonay  
 enim dominum sonat. incidēt summi/  
 rates manuum et pedum eius. Hebreus  
 tamen sermo videt sonare pollices. Qui  
 bus celis nō est idoneus homo ad arma  
 ferenda. Et ait adonibesed. Verito pa/  
 trior hoc. id ipsum enim fecerā septuagint/  
 ta regib; qui colligebant sub mensa mea  
 ciborum reliquias. Et ascendentes ī hier/  
 usalem percusserunt eam. tradentes in/  
 cendio et reliquerunt ibi adonibesed. et  
 mortuus est. Nec intelligendum est. q; fi/  
 lii israhel tunc habuerunt hierusalem in  
 ditione sua expulso iebuseo. Hoc em̄ sa/  
 ctum non est vsq; ad tempora dauid. qui  
 expulsis iebuseis sedit in ea. et transfudit  
 eam de beniamin in sortem regum. Hoc  
 videtur a quibusdam recapitulando di/  
 ctum. et factum esse viuente iosue. ante di/  
 stributionem sortium. quando concessaz  
 sibi iudas habebat hierusalem. et totum  
 recapitulando dictum vsq; ibi. Et surre/  
 xerunt alij qui non nouerant dominum.  
 Alij tradūt eo ordine dictum esse quo fa/  
 ctum. et ibi demum inchoant recapitula/  
 tionem. dimisit ergo populū. Et vult  
 augustinus hoc ordine suo dictum. in io/  
 sue preoccupatū. Ascendit et caleph in eb/  
 ron. terram scilicet gigantum. et percussis  
 hostibus plenius possedit eam. Et reca/  
 pitulat hic historia. quod supra diximus  
 factum in carithseph. Cepitq; iudas  
 gazam et ascalon et acharon cum finibus  
 suis. Nec potuit delere habitatores val/  
 lis. quia falcatis curribus abundabant.  
**D**e cineis et transgressione populi. Ca/  
 pitulum. III.

**H**lij autē ietro  
 cynei cognati moysi ascenderūt  
 de ciuitate palmarum cum filijs iuda in  
 desertum sortis eius. quod est ad meridi/  
 em. Isti sunt filij obal fratris sephoreyo/  
 ris moysi. qui relicto patre et patria secu/  
 tus ē moysen. et teinceps habitauit ime

dio filiorum israel. Ciuitas autem palmarum dicitur hic engaddi. Vel quia iericho sic solet appellari. forte de campestribus eius ubi erant cum beniamin transfulerunt se ad iudam. Beniamin autem post iudam ascendit in hierusalem. Hinc putant quidam eam fuisse comunē. Nec potuit eicere iebuseuz. sed permisit eū habitare secuz sub tributo. Effraim quoque ascendit i betxel. que prius vocabatur luz. Cidentescque hominem egredientez de obfessa ciuitate dixerunt ei. Ostende nobis introitum ciuitatis. et faciemus tecuz misericordiam. Quo ostendente. percusserunt eam. hominem vero et domū eius dirauerūt. Qui transiēs in terrā ethim. edificauit ibi ciuitatem et uocauit eam luzam. Nec deleuit effraim chananeum. sed passus est eum uiuere sub tributo. Similiter et relique tribus cum essent confortate. maluerunt eos habere tributarios. quā delecte transgredientes mandatum domini. et cōuerterūt se ad agriculturas. Qui ad diuitias se tradentes. per epulas et libidinem iam imbelles facti in conuersatione legum integri non erant.

**De loco silentium in galgalis. Capitulum. III.**

**A**ngelus autem domini apparuit i galgala. et cū conuenissent ad eum de finibus suis. transfulerunt se ad alium locum. et secuti sunt eum. Cūque improperasset eis dominus per angelum beneficia que eis contulerat addidit. Cur in istis fedus cum habitatoribus terre huius. et seruastis aras eorum. et nolulistis audire uocē meā. Quā obrem dii eorum erunt uobis in ruinam. Hec angelo loquente eleuauerunt uocē suam et fleuerunt. et uocatum est nōmē loci illius locus silentium. cognominat⁹ ab euentu. sicut galgala collis prepuerorum. Immolaueruntque ibi hostias domino. Porro hic recapitulat historiā de iosue.

ad continuandam ordinis seriem dicēs. Dimisit ergo iosue populum. et abierunt filij israel unusquisque in possessionē suam seruiueruntque domino cunctis diebus iosue et seniorum qui post eum uixerunt et nouerunt opera domini que fecerat euz israel. Mortuus est autem iosue et omnis illa generatio seniorum. et congregata est ad patres suos.

**De Othoniele. C. V.**

**E**t surrexerunt alij qui nouerunt dominum. id est non uiderant uirtutes eius. quas fecerat eis in exitu de egipto in deserto. et in ingressu terre promissionis. Feceruntque malum in conspectu domini et seruiuerunt baal et astaroth. et dijs terre. contraxeruntque coniugia cum alienigenis. Quamobrem indignata diuinitas. non deleuit gentes de medio eorum. ut essent eis in aculeum et laborē. Et tradidit eos dominus in manibus chusan rasathaum regis mesopotamie et syrie. Seruiueruntque eis octo annis. et clamauerunt ad dominum. qui suscitauit eis liberatorem othoniel fratrem caleph. quem iosuephus cenez uocat quasi equiuocum patri. Vel dicitur cenez quasi cereneus a loco. Et fuit dominus cum eo et pugnauit aduersus cusan rasathaum. et oppressit eum et quietuit terra quadraginta annis. Et mortuus est othoniel. Hic dicit Iosephus occisionem in beniamin factam. pro urore leuite. quod nos infra ponemus. sequentes ordinem huius libri. Et nota quod hebrei sub hoc numero cōprehenderunt annos seruitutis et quietis et similiter sub alijs iudicijs. Aliiter non staret historia. In diebus othoniel captiuus regnauit thebis. ex cuius filia semele natus est dionisius liberpater. Birbinia condita est a phenice. qui phenicibus quasdam tradidit litteras.

et ad scribendum vermiculum instituit. **U**nder color ille plexiceus dictus est. qui postea littera mutata punice? dicitur. **E**pirra. que nunc chorintus dicitur a siphio condita e. **S**inos filius europe re? gnauit in cetera.

**De aioth et sangar. C. VI.**

**A**ddiderunt autem filij israel facere malum in conspectu domini. **Q**ui confortauit aduersus eos eglon regem moab. et copulauit ei filios amon et amalech. **Q**ui transiens iordanem percussit israel. et posuit idola sua in galgala. et fecit sibi domum in urbe palmarum. id est iericho. et seruerunt ei filij israel decem et octo annis. et clamauerunt ad dominum. **Q**ui suscitauit eis saluatorem aioth. filium gera. filij gemini. **Q**ui utraque manu utebatur pro dextera. **J**e-

minu quidam dicunt fuisse quemdam vitem in beniamin. qui postea suis sepe legis impuleratus ob ignominiam. **D**e brei tradunt hunc fuisse beniamin.

**E**t quasi pafferem. vbi nos ponimus ieminus ipsi ponunt iemin quod sonat dextrarium vel dextrale. qui latine geminus dici posset. quia geminatur cum trahente. nisi ieminus a iemin p. i. consonantem scriberetur. **D**icitur autem a iamin proprie ieminus. sicut a dextera dextrari. **M**iseruntque filij israel per aioth munera eglon regi qui fecit gladium anticipem longitradinis palme manus et aculeus est eo i dextro femore subter sagum. quod est quadrata forme militare indumentum. **E**rat autem eglon crassus nimis. **C**umque obtulisset ei munera. persecutus est socios qui cum eo venerunt. et reuersus ad regem ait. **V**erbum secretum habeo ad te o rex. **E**gressisque omnibus qui cum eo

**I**n regum vbi incipit agere de saul dicitur vir fortis robore. ob hoc quidam putant dictum geminum quasi binomium.

erant. accessit ad eum aioth et ait. **V**erbum domini habeo ad te. quod intelligendum est de somnio ex mandato domini. **Q**ui statim surrexit de throno. **E**xtenditque aioth manum sinistram. et tulit siccam de dextro femore. et infixit eam in ventrem eius valde. nec duxit eam. sed reliquit in corpore. **I**psa vero clausis diligenter ostijs cenaculi. per posticam egressus est. et au fugit. **S**erui autem regis post longam moram intrantes. inuenerunt eum mortuum. et iacentem in terra. **V**enitque aioth in sayrat. et insonuit buccina in monte effraim. et descenderunt cum eo filij israel ad vada iordanis que transmittunt in moab. **E**t volentes transire moabitas percusserunt circiter decem milia. et humiliatus est die illa moab sub manu israel. et quiete terra. lxxx. annis. **E**t mortuus est aioth. **E**t tunc de philisteis volentibus intrare terram israel. sangar occidit. de viros vomere vno. **I**psa quoque defendit israel. et eodem anno vitam finiuit. **I**n diebus aioth cyrene ciuitas condita est in libia. et triptolemus longa nauis veniens eleusim. frumenta ibi distribuit. **P**roserpinaque rapuit rex molosorum orchus. cuius ingens canis et cerberus pirithoum deuorauit. qui cum theseo ad raptum proserpine venerat. **S**ed et theseum deuorasset. nisi hercules superueniens eum liberasset. **F**rius et helles insidias nouercales euaserunt in nauis. cuius insigne fuit aries. **I**n dardania regnauit tros a quo troia condita fertur. **P**erseus occidit gorgonem meretricem. que ob nimiam pulchritudinem spectatores suos mentis imposites reddebat. **D**ionisius in india nilam condidit. et a suo nomine eam appellauit. **De delbora et baracio sifara iabel et iabin. C. VII.**

**P**ost mortem aioth addiderunt filij israel facere malum coram domino. **Q**ui tradidit eos in manus

# Judicum.

iabin regis chanaan. qui regnauit i asor  
et habuit ducem exercitus sui sfsaram.  
**I**pse autem habitabat in aserorb genti-  
uum que sic dicebatur. quia non ab vno  
populo. sed a multis collectis gentibz ha-  
bitabatur. et oppressit filios israel per vi-  
ginti annos. **Q**ui clamauerunt ad domi-  
num. **E**rat autem delbora propheta vxor  
lapidoch. que posuerat tentorium suum  
in monte effraim sub arboze palme. que  
dicebatur palma delboze. et ascendebant  
ad eam filij israel in omne iudiciu. **Q**ue  
vocaui barach filium abinoe de cedes  
alias cades neptalim. **M**ulier enim iu-  
ra ad prelium vocauit virum suum qui  
supra dicitur est lapidoch. **C**reditur enim  
fuisse idem barach et lapidoch. quia eade  
est vtriusqz nominis interpretatio. **I**n-  
terpretatur enim vtriusqz choruscario. del-  
bora vero hebraice apis. **Q**ue dixit ad eu  
**P**recepit tibi deus israel. **D**uc exerci-  
tum in montem thabor decem milia de  
neptalim et zabulon. ego tradam sfsaram  
in manum tuam iuxta torrentem cyson.  
**C**ui barach. **N**isi veneris mecum no per-  
gam. **Q**ue ait. **I**bo. sed victoria tradetur  
in manus mulieris. **N**unciatum est sfsa-  
re. qd ascēdissent delbora et barach in mo-  
tem thabor ad pugnandum. **E**t congre-  
gauit exercitum ad torrentem cyson tre-  
centa milia armatorum. vt ait iosephus.  
et decem milia equitum. et quingētos cur-  
rus falcatos. et alios currus duo milia. et  
centum. **E**t ait delbora ad barach. **D**e-  
scende. hac die dabit tibi dominus sfsara  
in manus tuas. **E**t descendit cum decez  
milibus delbora stante in monte ad ora-  
tionem. **E**t perterruit dominus sfsaram  
et vniuersam multitudinem eius. **V**en-  
tus grando et pluuia irruerunt in facies  
eorum. arcus et fundibule inutiles fiebat  
plurimi de equis et curribus excussi con-  
terebantur. **S**icqz conuerso in fugam  
exercitu. sfsara de curru exiliens. et fugi-  
ens. peruenit ad tentorium iahel vxoris

abner cinei. **A**bner enim cum omni do-  
mo sua recesserat a fratribus suis qui ha-  
bitabant vt diximus in sorte iude. et tene-  
bant tabernaculum in valle semijm iux-  
ta cedes. et erat fedus inter regem asor et  
domum abner cinei. **D**orro iael suscepit  
fugientem et rogantem vt celaret eum. et  
petenti poculum dedit ei lac. vt grauius  
obdormiret. **I**lla vero dormienti clauū  
ferreum percussit malleo per vtriusqz tē-  
pus immisit vsqz in terram. **E**t barach  
post paululum venienti ostendit eum in  
terra confossum. **E**t sic impletum est qd  
dixerat delbora qd per mulierem triūphus  
accideret. **B**arach vero agens exercitum  
super asor obuiam venientem iabin in-  
terfecit. ciuitatem funditus eiciens. vt  
ait iosephus. **C**ecineruntqz delbora et ba-  
rach canticum domino. i quo hortantur  
victores ad benedicendum deum. reme-  
morando beneficium. qd fecerat dominus  
israeli. dum daret legem in terre moris  
et pluuia. addendo et quomodo per san-  
gar vt diximus qui euerit hostes a semis-  
tis israel. et quomodo defecerat fortitu-  
do israel. donec surgeret delbora. quan-  
do noua bella elegit dominus. vt mulier  
de viris triūpharet. **Q**uod sequit in can-  
tico. surge delbora et loquere canticū non  
est in hebreo. **A**d-  
didit quoqz de a. **Q**ui primus infesta  
malech victo i rā uic israel i deserto  
phidim. ab effra-  
im. id est a iosue effrata. et phetanis eun-  
dem postea vincendum per saul ex benia-  
min. **E**t comēdauit eos qui de manasse  
et ysachar et zabulon et neptalim cum eis  
venerant ad prelium. vituperans ruben  
et gad. et dan et aser. qui noluerunt cum  
eis venire. **Q**uod etiam dicit ruben con-  
tra se diuisus. intelligit. qd sepauit se a pu-  
gnaturis. vel qd rubenite inter se diuisi  
erāt. quibusdā hortantibus ad plium. alijs  
delhortantibus. **Q**uod autem dicit pugnas-  
se eos in thane iuxta aquas mageddo.

intelligendū est regione esse secus cyson qui preterfluit imagedon. **H**ebzeus habet in ramazach. quod interpretatur super altitudinem campi. et significat quod in campo ubi preliatum est hostibus superiores facti sunt. Quod autem sequitur stelle pugnauerunt aduersus syfarā. non mathematice intelligendum est. quasi fatali constellatione hoc factum fuerit. **S**ed quia coruscationes et fulgura ita de sublimi ferebantur in eos. ac si stelle ruerēt. et est yperbolicos. Sequitur torrens cyson traxit cadauera eorum sicut torrens cadumin. supple traxit cadauera egiptiorum. Cadumin interpretatur antiquorum. et ponitur pro mari rubro. eo quod antiqua miracula ibi facta sunt. Quod sequitur. conculca anima mea robustos. **G**lor est populi sese adhortantis. Sequitur. **V**alē dicite terre merorb. dixit angelus domini. Merorb fuit vnus de principibus chanaan. delboza vero seipsum dixit angelū domini vel michalhel qui preerat israheli. **D**ixit ut malediceret merorb. quod sonat archanum. id est angelis apostatis. qui aduersabantur ei in archano. **P**ostea benedixit iahel. quoniam fortiter egit. et qui euit terra per quadraginta annos. **E**o tempore regnū defecit apud agros. et traslatū est in micenas. **O**bjit liber pater cuius sepulchrum est apud delphos iuxta apollinem aureum. **S**ingulū vero muliebz corpore. quia mulieres militantes cum viris habuit in exercitu. **I**lium ab ilo condidit. **M**ilenus condita.

**De Gedeone. C. VIII.**

**A**ccerunt iterū filij israhel malum coram domino. qui tradidit eos in manibus madian septē annis. **A**scēdebant enim madian et amalech singulis annis in israhel. vastantes

**S**exto suscitauit dominus spiritum gedeonis in israhel.

segetes eorum. et vniuersa iumenta trahebentes in predam. **C**umq; clamasset israhel ad dominum. misit ad eos virum prophetam per quem exprobrauit eis dominus beneficia que contulerat eis. et tamē noluerunt audire vocem eius. **V**enit autem angelus domini. et sedit sub quercu quę erat in effra. **H**ic est vir quem dominus miserat. **L**apis autem super quem sedebat et quercus et ager pertinebant ad ioas patrem familie ezi. id est honorabiliorum inter alios illius familie. **G**edeon vero filius eius timens hostes qui irruerant super terram. in occulto excubiebat frumenta in torculari. ut haberet viaticum ad fugam. **I**osephus dicit. hoc maximum fuisse diuine propiciationis indicium. quod tunc videretur torculari pro area. **F**urnū enim per eum erat. ut aree replerentur et torcularia. **E**t ait angelus ad eum. **D**ominus tecum virosum fortissime. **C**ui gedeon. **S**i dominus nobiscum. cur apprehenderunt nos hec mala? **E**t respexit in eum dominus in angelo et ait. **G**ade. **E**go mitto te in hac fortitudine tua. quam scilicet confero tibi respiciendo vel mittendo. percuties madian quasi virum vni. **C**ui gedeon. **S**i gratiam inueni coram te non recedas donec reuertar. **E**t corit gedeon hedu. posuitq; carnes et azimos panes in canistro. et misit ius in ollā. offerens ea angelo. **C**ui angelus. **N**one carnes et panem super petram. et ius desuper funde. **Q**uo facto tetigit illa angelus summitate virge quam gerebat. **E**t ascendit ignis de petra et combussit omnia. **A**ngelus autem euauit ab oculis eius. **T**u mensq; gedeon ait. **D**eu mihi domine. quia vidi angelum dei. **C**ui dominus. **N**e timeas. **N**on morieris. **E**adem nocte ait dominus ad eum. **D**estruē aram baal quam erexit pater tuus. et neminem circa eam succide. et occide taurum quem saginatur idolis. alium vero taurū septēnem quem ciues dedicauerūt idolo offeres mihi in

# Judicum.

holocaustus sup altare qd edificabis mihi in summitate petre. sup quã ante sacrificium posuisti. Gedeon timens patrem et ciues. et cum decem seruis omnia nocte compleuit. et vocauit altare par domini et lauit. In crastino ciues dixerunt ad iohas. Educ filium tuum vt moriatur. quoniam tu fecisti hoc. Quibus ille ait. Nūquid vltiores estis baal? Si deus est baal vin diceret. Et inde dictus ē gedeon. ieroboal. id est fortitudo baal. quasi fortis cōtra baal. Igitur madian et amalech transito iordane federunt in valle israhel quasi locuste. Spiritus autem domini induit gedeon. vocauitq; domum abiezer de cuius familia ipse erat. et ipse misit nuncios ad manassen et azer et zabulon et nepralim. Qui occurrerunt ei trigintaduo milia. Et petijt gedeon signum victoriae in velle reposito in area. si nocte illa vellus rore complueretur. area sicca manente. Et factum est ita. Et expressio vellere rore concham impleuit. Sequenti nocte ne casu factum putaretur petijt signum in cōtrarium. vt area irrigaretur. et vellus siccum esset. Quod factum est. Venit autem gedeon cum suis ad fontē qui dicitur arad. Et ait dominus ad gedeon. Populus multus est tecum. ne dicat israhel. viribus meis liberatus sum. clama ad populū. Qui formidolosus est reuertatur. Tamen intelligendum est alia tria que mandauit dominus clamanda in populo eum non tacuisse. que moyses dixit i deutronomio. Qui edificauit domum et non dedicauit eam. reuertatur. Similiter. Qui plantauit vineam. et nondum fecit eam communem. et qui desponsauit uxorem et nondum accepit eam. Et reuersi sunt de populo vigintiduo milia. et tantum decem remanserunt. Et ait dominus ad gedeon. Adhuc populus multus est. duceos ad aquas i calore meridiei. eos qui lambuerint aquam manu et lingua sicut canes. existimans magnanimos separabis. Et

inuenti sunt tantum ex eis trecenti viri. Et ait dominus. In his trecentis tradam madian in manus tuas. Quibus assumptis et cibarijs p numero et tubis. gedeon se certaminum dedit. Eadem nocte dixit dominus ad gedeon. Descēde in castra madian. tu et pharan puer tuus tecum. et audes quid loquantur. et confortabuntur manus tue. Dissolutum enim erat cor ei. Qui descendens stetit in partem castrorum vbi vigilie erant. et audiuit quendam narrantem somnium commilitoni suo in hunc modum. Videbatur mihi qd panis ex ordeo subcinericeus et comestibilis descendebat in castra madian. vsq; ad tabernaculum et subuertit illud. et terre funditus coequauit. Et ait is cui loquebari

Vile est ordeum inter grana. et inter gentes israhel videtur abiectū. et in israhel vilis est familia gedeonis. Non est hoc

forte tabernaculorum dicit verillum quo ducebantur. vel habebant tabernaculum i quo idolis suis sacrificabant. aliud nisi gladius gedeonis. tradidit dominus in manus eius madian. Quod audiens gedeon adorauit. Et reuersus ad socios ait. Eamus. tradidit nobis dominus castra madian. Et diuisit eos in tres partes. et dedit tubas in manus eorum dexteras. lagenas vacuas. et lampades i medio lagenarum in sinistras. Et ait. Qd me facere videbitis facite. Et ingressi sunt per gyrum castrorum in tribus locis in vigilia noctis medie. Et cum confregissent hydrias. tenuerunt lampades in manibus. et insonātes tubis clamauerunt. Gladius domini et gedeonis. Scdm iosephum vacuas quoq; pharettas portauerunt. Quibus simul complofis. terribilis audiebatur sonitus. Quo subito hostes excitati. turbati sunt. nec cognoscētes se se. plurimi muris vulneribus ceciderunt. alij in fugam cōuersi vsq; bethra

Viri autē de neptalim. et asser. et manasse  
 qui redierant conclamantes. persequen-  
 tur madian. Effraim quoque descendit in  
 occursum fugientium. et occupauit iorda-  
 nē usque bethera. et occidit duos reges ma-  
 dian oreb. et zeb. Oreb in petra quadam  
 zeb vero in torculari. Et vocatum est no-  
 men loci illius torcular zeb. et nomen al-  
 terius petra oreb. Que modico apice lit-  
 tere differt a nomine oreb unde aque flu-  
 xerunt per manum moysi. Et forte disse-  
 rentia est in interpretatione. Et portauit  
 effraim capita regum ad gedeon. et ira-  
 scentes dixerunt ad eum. Cur contempsi-  
 sti vocare nos ad pugnam? Qui ait. Ne  
 forte indignaremini. Melior est enim ra-  
 cemus effraim vindemius abiezer. sed et  
 in manus vestras dati sunt reges madi-  
 an. Quid tale facere potui sicut vos feci-  
 stis? Quo audito requieuit spiritus eo-  
 rum. Transiuitque gedeon in iordanez cū  
 trecentis viris. nec poterant persequi fu-  
 gientes pro lassitudine. Et ait ad viros  
 sochor. Obsecro date nobis panes vt  
 possim? persequi zebec et salmana. Qui  
 negauerunt ei et subsannauerunt eum.  
 Id ipsum responderunt ei viri phaniel.  
 petenti panes ab eis. zebec autem et sal-  
 mana in valle quiescebant. nil aduersi su-  
 spicantes. cum duodecim milibus tantū  
 cessis de exercitu centum viginti. Gede-  
 on autem repente irruit super eos. et tur-  
 bato exercitu eorum. duos reges compe-  
 hensos secum reduxit. Et reuertens appre-  
 hēdit puerum de sochor. et quesitum ab eo  
 nomina seniorum de sochor. Et descrip-  
 sit ei septuaginta octo viros quos spinis  
 et tribulis comminuit. tāquam auctores  
 predictę subsannationis. Lurrim quoque  
 phaniel subuertit. occisis habitatoribus  
 ciuitatis. Cūque redisset in effra regio-  
 nem suam dixit zebec et salmana. Qua-  
 les erant viri quos occidistis in monte  
 thabor? Qui dixerunt. Similes tui. Et  
 ait eis. Fratres mei erant vterini. Et ait

primogenito suo. Interfice eos. Qui nō  
 eduxit gladium. timens quia puer erat.  
 Surgēs gedeon occidit eos. Et dixerūt  
 omnes viri israel ad eū. Dominare no-  
 stri tu et filius tuus. et filius filij tui. Qui  
 bus ille. Non dominabor vestri nec filij  
 meus. sed dominus dominabitur in vos.  
 Unum postulo a vobis. date mibi inau-  
 res aureas de preda. Qui dederunt. Et  
 fuit pondus auri mille et septingenti sici  
 Et fecit ex eo gedeon ephod. et posuit il-  
 lud in ciuitate epza et fornicat? est omnis  
 israel in eo. Et factum est gedeon et om-  
 ni domui eius in ruinam. Per ephod quō  
 est dignius indumentum pontificis. in-  
 telligitur quod gedeon fecerit omnia indu-  
 menta pontificalia. et fecit in effra taber-  
 naculum et altare preter illud quod erat in  
 sylo. Et factus est sacerdos. et immolauit  
 super illud hostias domino. Quamob-  
 rem offensus dominus omnem domum  
 eius fere deleuit. Habuit enim septua-  
 ginta liberos de vxoribus. et vnum natu-  
 ralem ab imelech de concubina derbonia.  
 quam habebat in sictm. Sic occidit om-  
 nes fratres suos preter vnum. Et quie-  
 nit terra post septua-  
 ginta annos qui-  
 bus presuit gede-  
 on. Qui mortu? egerit. qui alibi quō  
 est in senectute bo-  
 na. et sepultus est  
 in sepulchro patris sui in effra. Tem-  
 poribus gedeonis mercurius inuenit si-  
 ringas trahens hoc nomen a siringa vxor-  
 re cathmi. et armonica. que propter zelū ar-  
 monie a viro suo recesserat. Inuenit etiā  
 litram hoc modo. Reperit etiam concham  
 testudinis mortue et putrefacte. cui? neu-  
 uuli arentes et extensi in ore conche ad au-  
 ram tenuem sibilum reddebant. Incer-  
 tum est autem quis fuerit iste mercuri-  
 us. vtrum hermes an trimegistus philo-  
 sophus an mercurius minor. Tres enim  
 leguntur fuisse scōm iosephum. **Lirus**

condita est ante templum hierosolimo-  
rum annis ducentis quadraginta. De-  
datus aues fecit metallinas quas volare  
fecit artificiose spiritu incluso. Dicitur  
etiam fecisse simulacra se mouentia. Pri-  
mus enim omnium pedes statuarii a se in-  
uicem sepauit. alijs coniunctim eos fabri-  
cantibus. Qui cum filio in naue fugiens.  
propter inuestigabilem fugam penis auo-  
lasse estimatus est. Argonautarum histo-  
ria facta est. Orpheus clarus habitus ē.  
Cuius discipulus fuit museus. Linus ma-  
gister herculis claruit. Minos credit cre-  
tensibus legē dedisse. quod plato negat.  
ydrum deo callidissimum fuisse sophista  
asserit plato.

De abimelech. C.IX.

**D**edit mortem ge-  
donis filij israel fornicati sunt  
cum baalim. nec fecerunt misericordiam  
cum domo ierobaal. Ascendit autem abi-  
melech in sicheem ad omnem cognationē  
marris sue. et ait. Considerate quod os vestrum  
et caro vestra sum. Loquimini ad omnes  
viros sicheem in hunc modum. Quid vo-  
bis melius est. ut dominentur vestri septua-  
ginta viri filij ierobaal. an ut dominetur  
vnus vir? Et locuti sunt de eo ad omne  
populum. et inclinauerunt cor populi post  
abimelech. et iurauerunt ei omnes in sa-  
nobaal. Quamobrem vocatum est deum  
ceps idolum baal berith. Berith enim con-  
iurationē sonat. Et tollentes de fano. lxx.  
pondo argenti dederunt ei. Qui condu-  
xit ex eo viros inopes et vagos. et ascēdēs  
in effra. occidit omnes fratres suos super  
lapidem vnum. excepto vno ioathan. Tūc  
omnes sicheemite constituerunt abimelech  
regem iuxta quercum in sicheem. Si que-  
ritur quomodo ergo saul primus dicitur  
rex in israel. potest dici. hoc dictum esse  
propter regnū vniuersale. hic autē tantū re-  
gnauit in sicheemite. Quod cum nuncia-  
tum esset ioathan. stetit in vertice montis

garram. et exclamauit ad omnes sicheemite  
tas qui conuenerāt ad diem festum. Au-  
dite me viri sicheem. Ierunt ligna siluaz.  
ut vngerent regem supra se. et dixerunt oli-  
ue. impera nobis. Que noluit deserere  
pinguedinem suam. qua diu vtuntur et  
homines. Idipsum dixerunt ad ficum.  
que noluit deserere dulcedinem fructus  
sui. Idipsum dixerunt ad vitem. que no-  
luit deserere vinum quod letificat deū et  
homines. Dixeruntque ad ramnum. Im-  
pera sup nos. Qui respondit. Venite quod  
requiescite sub vmbra mea. alioquin egre-  
diatur ignis de ramno. et deuoret cedros  
libani. Est autē ramnus genus rubi quod  
vulgo senticem appellant. asperū nimis.  
et aculeatum sicut sentes. Iosephus dicit  
hoc inter ligna habere naturam ignem p-  
ferēdi. Tunc exposuit eis paradigma di-  
cens. Interfecistis filios ierobaal. et fili-  
um ancille eius sup vos constituistis re-  
gem. Si recte egistis cum ierobaal do-  
mo et filijs eius. recte sit vobis. Sinaur  
puer se. Egredietur ignis de abimelech.  
qui deuoret ipsos et vos. Que cum dixis-  
set aufugit. Factum est autē cū regnasset  
super sicheem tribus annis abimelech.  
dedit ei dominus spiritum malū aduer-  
sus eum. et expulerunt abimelech ab orbe  
et a tribu. Qui exercebat latrocinia super  
eos agens predam ex eis. Tempore vero  
vindictarū increauit gaal cū fratribus suis  
in sicheem. Quo descendente ad eos. de-  
scēderunt sicheemite ad vineas. vnaque cal-  
cauerunt. Et ingressi fanum dei sui inter  
epulas et pocula maledicebāt abimelech  
Gaal quoque dicebat. Quis enim est abi-  
melech ut seruamus ei? Nūquid nō est fi-  
lius ierobaal? yronice dictum est. quasi  
nō est. sed spurius. Et addidit. Utinā da-  
retur populus hic in manu mea ut aufer-  
rēt abimelech de medio. zebul quoque quē  
fecerat abimelech principem in ciuitate.  
clam nūciauit abimelech omnia. Surre-  
xit itaque abimelech cum exercitu nocte. et

tetēdit insidias iuxta urbem. Egressusq; est gaal mane et zebul cum eo et steterunt in porta. Cūq; ascēdisset abimelech cum exercitu. dixit gaal ad zebul. Ecce de mō/ribus multitudo descēdit. Cui zebul. Umbras montiū vides. quasi hominū capi/ta. et hoc errore deciperis. Rursus quoq; gaal. Ecce populus quasi de umbilico ter/re descēdit. Cui zebul. Ubi est os tuū nūc quo cōtra abimelech loquebaris. Egredere et pugna cōtra eū. Qui pugnavit et victus est. et fugiens recepit se in urbem. zebul autē expulit eū et socios ei⁹. Sequē/ri die abimelech expugnauit urbem. et in/terfectis habitatoribus eius. eā destru/rit ita vt sal in ea dispergeret. Habitātes dō in turre sichimoz ingressi sunt phanū dei sui. qz locus munitus erat. Iosephus tñ dicit pfugos p puinciam cōgregatos supra petra munitissimā. et nitebant eam munire. Qd videns abimelech ascendit in montē selmon. et p̄cisum ramū ferens. dixit socijs. Facite qd ego ago. Qui tol/lentes ramos et circūdantes p̄sidiū succē/derunt illud. et igne et fumo pierunt in eo mille viri. p̄ter mulieres et puulos. Et re/cedēs inde abimelech obsedit opidū the/bes. Erat autē t̄nris in medio in qua rece/perant se thebite. Et nota q̄ a thebis egi/pnorū dicunt thebei. A thebis grecor the/bani. A thebe iudeor thebite. Cūq; abi/melech expugnaret urbem. et ignē suppo/nere niteret. mulier fragmē mole iaciēs desup. fregit cerebrū eius. qui ait armige/ro suo. Percute me ne dicar interfectus a femina. qui interfecit eū. Hanc pestem dicit iosephus accidisse effatis. eo q̄ iur/gati sūt aduersus gedeonē ad aquas ior/danis. Eodem tpe corus inuentus est in grecia. qd instrumentū dicit strab⁹ pellē esse cū duabus cicutis. p alteram inspira/tur. p alteram reddit sonum. Et scribitur scdm quosdam sine aspiratione. pro voce autem canentium et mēsurā et vento cum ch aspirato.

**De thola. C. X.**

**P**ost abimelech

iudicauit israhel thola d isachar fili⁹ p̄hua patris abimelech. Nec mouet at rephua et ioas fratres esse cum alter de isachar alter de manasse ortus fuerit. Si/lij enim fuerūt vnius maris. et duoz pa/trū. de diuersis tribubus. Hic iudicauit israhel in sanit. xxij. annis. et mortuus est. **C**o tpe hercules anthēxū vicit in pale/stra. et ilū vastauit. bellū fuit inter lapbi/tas et centauros. quos palefactus in libro de incredilibus nobis esse describit equites thessaloz. **B**riam⁹ filius laome/donis regnauit in troia. Androge⁹ athe/nis dolo interficit. Theleus in agone mi/nobaurū occidit. p̄ter q̄ atheniēses pu/eri tributarij a pena liberati sūt. Fuit autē minobaurus vir quidā inhuman⁹ et va/lens in palestra magistrat⁹ minois. Cū et sic dictus est. quasi minois taurus. id ē minois carnifex. **D**e iair galaadite et morte eius. C. XI.

**P**ost tholam iair

galaadites de tribu manasse iu/dicauit israhel. xxij. annis habens trigin/ta filios quos fecit principes. xxx. ciuitatū quas vocauit nomine suo athorbai. id est opida iair. et mortuus est. Co tpe the/seus rapuit helenaz. quā rursus receperunt fratres ei⁹ castor et pollux capta matre the/sei. eo pegre p̄fecto. **B**ilistius scribit a ci/uibus t̄rijs 3020 et karragine karraginez conditā. Carmentis nimpha litteras la/tinas inuenit.

**De ierte. C. XII.**

**T**erū filij israhel ser

uierūt idolis circūstantiū gentiū. et tradi/dit eos dñs i manus philistim et amon. Et afflicti sunt vehementer. xviij. annis. omnes qui habitabant trans iordanē in terra amorrei. Amonite quoq; iordane

transmisso vastabant iudam et beniamin et effraim. **Q**ui afflicti clamauerunt ad dominum. **Q**ui cum dure respondisset eis. ite et inuocate deos quos elegistis. piecerunt omnia idola de finibus suis. et voluit dominus super miseras eorum. **C**ongregatiq; sunt filij israel in masphar. contra amonitas qui fixerant tentoria in galaad. **F**uit eo tempore iepte galaadites vir fortissimus pugnator. sed filius meretricis. **H**ic habuit uxorem de galaad de qua suscepit filios. **Q**ui cum adoleuissent. eiecerunt eum tanquam spurium. dicentes. **N**on poteris esse heres in domo patrum nostrorum. **E**t abiit in terram iob. **E**t congregati sunt viri inopes ad eum. et latrocinantes. et eum quasi principem sequebantur. **D**escenderuntq; ad eum maiores natu de galaad dicentes. **E**sto princeps noster. et pugna contra filios amon. **Q**ui ait. **N**one vos estis qui odistis me et eiecistis? **Q**ui dixerunt. **N**on odimus te nec venimus ut persequamur te. sed ut sequamur. **E**t ait iepte. **J**urate mihi. **E**t iurauerunt. **E**t ascendens cum eis in masphar. humiliavit se coram domino. et factus est princeps populi. **E**t misit nuncios ad regem amon in hec verba. **E**ri de terra mea. cur vastas eas? **Q**ui respondit. **T**ulit israel terram meam. cum ascenderet de egipto et recepit eam. **C**umq; iepte dixisset eam iure belli acquisitam et multo tempore possessam. **cccc.** annis noluit acquiescere amon ut exiret. **E**t ait iepte. **J**udicet hodie dominus inter israel et amon. **E**t factus est spiritus domini super iepte. et egrediens ad pugnam. **v**otum voluit domino dicens. **S**i tradideris filios amon ad pugnam in manus meas. qui cumq; de domo mea primus occurrerit mihi reuertenti. eum holocaustum domino offeram. **E**t percussit iepte filios amon plaga magna nimis et humiliati sunt coram filiis israel. **R**evertenti autem iepte in masphar. occurrit ei unigenita filia eius cum timpanis et choris. **Q**ua visa scidit vestimenta sua et ait. **D**eum filia decepisti me. et decepta es.

**A**perui os meum domino contra te. **F**ilia vero dolens in hoc casu pro victoria patris ait. **F**ac mihi pater quodcumq; pollicitus es. **H**oc solum presta mihi ut duobus mensibus circumueam montes et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. **E**t ait pater. **G**ade. **E**t expletis duobus mensibus rediit ad patrem suum. et fecit ei sicut uouerat. **E**rinde mos incepit in israel. ut annuatim veniant filij israel. et plangent filiam iepte quattuor. **A**rguit iosephus iepte. quia obrulit holocaustum non legitimum nec deo carum. **Q**uid si canem obtinuit habuisset immolasset eum domino? **F**uit ergo in uouendo stultus. et in soluendo impius. **P**otuit tamen ante votum esse bonus. quia irruit super eum spiritus domini. et post votum. **N**am et apostolus ponit eum in cathalogo bonorum. **Q**uidam tamen excusantes eum. familiari consilio spiritus sancti dicunt eum hoc fecisse. **T**unc ueniens ad eum effraite dixerunt. **C**ur contempsisti nos vocare ad pugnam? **I**ncendemus domum tuam. **Q**ui ait. **G**locui vos et uenire nolulistis. **E**t uocatis uiris galaad pugnauit contra effraim. **O**cupauerunt autem galaadite uada iordanis. **C**umq; uenisset ad eos quidam fugiens de effraim. et obsecrans ut pmitterent eum transire. dicebant ei. **N**unquid eufrateus es? **Q**uo dicente non sum. interrogabant eum. **D**ic ergo theboleth quod interpretatur spica. **Q**ui respondit. theboleth. eadem littera. spicam exprimere non uales. **S**tatimq; iugulabant eum. **E**t ceciderunt eo tempore de effraim. **xlj.** **E**t nota quod effraiteus ponitur hic pro effrata. **E**ffraiteus enim proprie dicitur betheleemita. **E**t iudicauit iepte israel sex annis. et mortuus est. et sepultus in ciuitate sua seber. que est in galaad. **H**ic ab etate moysi usque ad seipsum ait computari annos. **ccc.** **A**nnis his non adduntur decem et octo anni afflictionis qui precesserant. **E**o tempore hercules flammis se iniecit. **N**am in morbum inciderat pestiferum.

De abessan. C. XIII.

**D**ist septem iudi-  
cauit israhel abessan vel essebon  
bethleemita de iuda septem annis. **E**o tē-  
pore agamenon regnavit micenis. **D**e-  
nelaus lacedemonie.

De abilon. C. XIII.

**D**ist abessan abi-  
lon zabulonites iudicavit isra-  
hel annis. x. **H**ic cū decem annis suis in  
lxx. interpretibus non habet. **P**ro quoz  
dāno suppleudo eusebius iosue filio nun-  
samueli et sauli. quoz annos scriptura sa-  
cra non dicit plures annos q̄ in iosepho  
legebat annotauit. quatenus ab egressu  
israhel ex egipto vsq; ad edificationē tem-  
pli. cccc. et lxx. annoz summā quam scri-  
ptura predicat haberet. **E**o tpe alexan-  
der helenam rapuit bellum decennale sur-  
rexit. **V**ennon et amazones priamo tute-  
re subsidium.

De abdon. C. XV.

**D**ist abilon ab-  
don thecutes de effraim iudica-  
uit israhel. viij. annis. **S**ub his tribo iu-  
dicib; nō recessit israhel a domino. et quie-  
uit terra. **E**t ideo nil memoriale fecisse  
leguntur. **T**amen quidā tradunt sub ab-  
don cladem factam in beniamin pro vxo-  
re leuite. **H**uius anno tercio capta ē tro-  
ia. et fluxerunt vsq; ad primā olimpiadē  
anni. cccc. vi. **T**unc greci ad gloriam vi-  
ad eum? Panis defecit in fistarculis nrīs  
et sportulam non habemus. id est argētū  
in sportula. Errabat vt ait iosephus pu-  
tans prophetam accepturum munera. cū  
nec saul legitur obtulisse. nec ille accepisse  
Cui puer. Habeo in manu mea quartaz  
partem stateris argenti. et ascenderūt in  
ramatha. in qua erat vir dei. et dixerunt  
puellis egredientibus ad aquam. Nun-  
quid est hic videns? Quer. sponderunt.  
Est hic hodie sacrificiuz populi in excelso  
Cūqz ambula-  
rent i vrbe me-  
dio apparuit eis  
samuel. cui pri-  
die dixerat dominus.  
tam ad te virum de beniamin quē vnges  
super populum meum. Cūqz samuel a-  
sperisset saul. dixit ei dñs. Ecce vir quem  
dixeram tibi. et ait ad saul. Ego sum vi-  
dens. ascende vt comedas mecuz. cras di-  
mittam te. et que sunt in corde tuo indica-  
bo tibi. et de asinis non sis sollicitus. qz i-  
uente sunt. Possit videri saul habuisse  
sollicitudinez in corde pro asinabus. nisi  
hic determinasset ppheta. Unde aiunt he-  
brei saulem vidisse per somniū se colloca-  
tum in vertice palme. quod est signum ve-  
gnaturi. et inde sollici⁹ erat. et ob hoc dixit  
ei samuel. Cuius erāt optima queqz in is-  
rael. Nōne tibi? Et ascendeit in excelsum  
ante templum enim dicebatur sacrificia-  
re in excelso Cūqz recūberent int vclino

# Historia lib. reg. i.

redit ei samuel locum in capite xxx. virorum qui fuerant inuitati. Et posuit ante eum armum quasi partem regalem. quem de industria seruauerat ei. Cuius mane surrexissent et egressi essent ciuitatez. dixit samuel. Antecedat nos puer. et tu subsiste. vt indicez tibi verbu dñi. Tulit aut samuel lenticulam olei quod e vas fictile quadrangulum habes forame in latere. et effudit super caput ei? et osculatus est eum. et ait. Inxit te in principem deus super hereditate sua. et hoc tibi signu. Cum recesseris a me iuenies duos viros iuxta sepulchrum tachel. qui dicent tibi. q inuente sunt asine. Cuius veneris ad quercuz thabor. Et e thabor nomen luis non motis. Inuenient te tres viri. vnus portans tres hodos. alius tres tortas panis. et alius lagenam vini. et accipies de manu eorum duos panes. Post hec venies ad locum qui dicitur statio philistinorum eo q quondam ibi philistei castrametati sunt. et habebis obuiu cuneu pphetarum descendentiu de colle dñi. psallentiu in instrumentis. et pphetantiu. Et insiliet in te spiritus dñi. et pphetabis cum eis. Et nota q samuel primo instituit couentus religiosoz iugiter psallentiu dño. et dicebatur conuentus eoz cuneus. quasi coueus. Et dicebantur pphetare. i. iugiter deu laudare. Et forte aliqui quandoq pphetabāt ex eis. Et addidit samuel. Cui videris hec signa. scias q dñs tecuz est. et descendes ante me in galgala. qz ibi coueniemus cu opus fuerit. Ego quippe descendam ad te vt offeras oblatiōem vii. dieb In consecratione enim sacerdotis et regis tot diebus fiebat oblatio fm quosda. Et addidit. Expectabis donec veniam ad te. et ostendam tibi que facias. Tamen quidam vii. dies referūt ad expectatoz vt sit

sensus. Septez diebus expectabis donec venia. qd postea explicabitur. Cuius venisset saul ad cuneu pphetaru pphetavit cum eis saul. Aiunt hebrei eu pphetasse de gog et magog. et de premijs iustoz et penis malozum. Et ammirantes qui nouerant eu dixerūt. Nunquid est saul inter pphetas et cis pater eius. q. d. cum non sit de genere pphetaru. Alia litera habet. Et quis pater eius. sub eode sensu. Vel ita. Et quis pater eoz? Quasi dicat. Solus deus e pater pphetaru. et spiritus vbi vult spirat non tm in filios pphetaru. Et inde versum est in prouerbiu. Num et saul inter pphetas? Qd forte de solo saule dicebatur vel de quocunq repente sublimato. Et intravit ad ner patru suum. Qui cuius que sisset ab eo de verbis samuelis. De regno tacuit. cetera indicauit. Vocauit aut sa muel populu in masphat. et ait ad illos. State coram domino. et faciemus sortes per tribus et familias et capita. et inuenit fors tribuz beniamin et descendit vsq ad saul filium cis. Et creditur samuel tempe rasse sortes iuxta cor suum. Sciens aut saul q querebatur. latuit. quasi nolens suscipere principatum. Quem inuentu stauerunt in medio populi. et fuit altior vni uersis ab humero et sursum. Et ait samuel. Ecce quem elegit domus. non est ei similis in omni populo. Et exclamauit ois populus. Giat rex. Et scripsit samuel legem regni. et legit vniuersa audiente populo et rege. Et reposuit libellum in tabernaculo. qd erat ad bucin sylo cu altari. et redierunt ad ppria. et saul abiit in domuz suam in gabaa. Quidam vo despererūt eum. et saul dissimulabat.

**D**enaas et secunda vinctōne **S**anctus

**H**actum est autē quasi post mensem naas ammonites obfedit iabes galaath. Cuius petissent ab eo obfessi fedus ait. In hoc feriaz vobiscum

## Historia libri.

fedus vt eruat omnibus vobis oculos  
terros. **E**is enim quos bello capiebat  
terros oculos eruebat. vt sinistros scu-  
tis celantes ad bellum forent inutiles. **E**t  
responderunt ei. **C**oncede nobis vij. dies  
et mittemus in oēs terminos israel. et si  
non fuerit nobis defensor egrediemur ad  
te. **V**enerunt at nūcij in gabaath faulis.  
**E**t cum nunciasset hoc. fleuit populus. et  
ipse saul veniebat de agro sequens boues  
**E**t promisit iabinis se tertia die venuruz  
eis in auxiliuz. **E**t iussit aliquos eoz pro-  
ducari itineris sustinere. et diuinitus in-  
spiratus concidit vrrunqz bouē in frustra.  
et cōminatus est in oēs terminos israel  
dicens. **Q**ui non erit post saulem et sa-  
muelelem. sic fiet bobus eius. et egressi sūt  
oēs quasi vir vnus tricenta milia arma-  
torum et constituit saul populum in tres  
partes. et ingressus est castra i vigilia ma-  
tutina. et percussit amō plaga grandi. **E**t  
ait populus ad saul. **Q**uis est qui dicit.  
**N**on regnabit saul super nos? **D**ate no-  
bis vt interficiatur. **E**t ait saul. **N**ō inter-  
ficietur quispiam hodie. qz fecit dñs salu-  
tem in israel. **E**t ait samuel. **E**amus in  
galgala. et inungamus regem. et inun-  
gerunt saul in regem secundo in galgala.  
**E**t ait samuel ad populum. **E**cce rex gra-  
ditur ante vos. **N**e abiiecastis et dñm  
et hoc vobis signuz. qz dedit dñs vobis re-  
gem in ira. **E**cce messis triticea est hodie.  
**I**nuocabo dñm. et dabit tonitura et cho-  
ruscattiones. grandines et pluuias. et sic  
factum est statim contra naturam terre il-  
lius. **E**t populus timens ait. **O**ra pro fr-  
uis tuis. **A**ddidimus em peccatis nostris  
malū vt peteremus nobis regē. **E**t ait sa-  
muel. **P**eccastis. nolite deinceps recede-  
re a dño. et viuetis. **A**lioqui peribitis vos  
et rex vester. **F**ilius vnius anni erat saul  
cum regnare cepisset. id est humilis tāqz  
paruulus. **D**uobz aut annis regnavit su-  
per israel. id est iuste rexit populum. **I**n re-  
liquis annis quasi tyrannus fuit et nō rex

**Q**uidam hoc legunt de hysboseth filio es-  
ius. dicentes eum anniculum eē in prin-  
cipio regni paterni. et de eodem dictum ē  
qz duobz annis regnavit in israel. qd aūt  
duobz annis regnavit hysboseth. cer-  
tum est. **Q**d aūt anniculus eēt cuz regna-  
re cepisset pater eius stare n̄ potest. **S**aul  
em̄ circiter. xx. annos regnavit. hysboseth  
vero regnans post patrem. iam quadrage-  
narius erat. **Q**uod tñ ipi determinare co-  
nantur. dicentes saul cepisse regnare post  
hely. et ponūt in regno faulis annos samu-  
elis. **H**ebreus sic habet.

**Q**d samuel predixit sauli de re. **A**gressi  
one regni **C. XII**

**F**ilius vnius an-  
ni erat saul cum esset in regno. et  
duobz annis regnavit. **E**legit sibi tria  
milia in israel cum regnasset per annum et  
post duos annos quasi post tres annos e-  
legit sibi. et. **E**t  
erāt duo milia **D**uplex potest esse in-  
cum saul in ma-  
chmas et in be-  
thel. mille autē  
cū ionatha i ga-  
baa beniamin. que fuit vrbs phinees filij  
eleazari. **E**t percussit ionathas statōnem  
philistinor. que erat in gabaa. i. locū mu-  
nitum. in quo posueit philistei custodes  
tanqz dominantes in israel. et tunc erit  
se israel aduersus philistim. **Q**uo audi-  
to philistei cōgregati sunt ad pugnandū  
contra israel. xxx. milia currū. et vi. milia  
equitū et vulgus innumerabile. **E**t ascen-  
dēs saul in galgala conuocauit plim et sa-  
muele ad psulendū dñm. **E**t cū expectar-  
z samuele vij. diebz iuxta cōdictū. dilap-  
sū est ab eo plim. et timentes absconderunt  
se in speluncis et in abdītis et in antris. he-  
brei quoqz transierunt iordanem. **Q**uidā  
erant in israel sic appropriato vocabulo vi-  
cti. **Q**ui pre timore credunt descendū  
se in castra philistim ad obsequendū eis

# Regum primi.

Cunq; vidisset saul morā sibi damnosam  
vij. die obrulit holocaustū ⁊ pacifica. Cū  
q; compleisset. ecce samuel veniebat et ar-  
guens saulem ait. Quid fecisti? Respon-  
dit saul. Populus subterfugiebat. et tu  
non venies iurta placitos dies. timui ne  
hostes ascenderent ad nos prius q̄; placa-  
rem faciē dñi. et necessitate cōpulsus ob-  
tulit dño. Videtur saul peccasse. q̄; sine sa-  
muele obrulit holocaustū dño ad consu-  
lendum. vnde quidam vt supra diximus  
dicūt vij. dies quos dixit samuel non esse  
expectatōis sed oblatōnuz in consecratōe  
regis. et dicūt nunq̄; sine eo esse offerēdū  
ad consulendum dñm. Verū tamen vt ob-  
latōes vij. dierū fierent pro sacerdote le-  
gitur. pro rege vero nō memini me legisse  
Ad hoc valde mirandum est. cuz iam bis  
inunctus eēt saul in regē. q̄; in neutra illa  
rum fuit oblatio talis pro rege. Et ideo di-  
ci potest samuelē sic mandasse. vt cum vel-  
let saul imolare ad p̄sulendum dñm cita-  
ret ip̄m. vt ostēderet ei que facturū esset  
et post citatōem si morā faceret. expectaret  
eum vij. dieb;. Saul vero diē citationis  
annumeravit in his septē. et non expecta-  
vit eum nisi. vi. dieb;. Et addidit samuel  
Nequa q̄; regnū tuū ultra consurget. sed  
quesivit dñs virū iurta cor suuz. vt regat  
populum eius. Abijt samuel in gabaa be-  
niamin. et egressus est saul cū populo ob-  
uiam philisteis. necerant cum eo nisi sex-  
centi viri. et ionathas filius eius. Por-  
ro faber ferrarius nō erat in israel. Caue-  
rant enī philistei ne facerent hebrei gladi-  
um aut lanceaz. Et descendebat israel ad  
philistim. vt eracuerent acies oīm ferra-  
mentoz vsq; ad stimulum corrigendum  
id est ad emendandum et eracuendū. Vel  
ita. Ad stimulum qui est ad corrigenduz  
subaudi boues. Cūq; venisset dies prelii  
non est inuentus ensis vel lancea ī manu  
totius populi excepto ense saul et ionatha.  
Et fecit saul archam dñi afferri in castra.  
et achias filius achitob fratris icaboth.

portabat ephod.

De clade philistim ⁊ fauo q̄; p̄medit  
ionathas C. XIII

**A**ccidit autez vt  
quadam die exiret ionathas cū  
armigero suo. vt exploraret stationē phi-  
listinorum patre suo ignorante. et transi-  
re voluit ionathas ad philisteos per val-  
lem preruptam scopulis hinc et inde emi-  
nentib; in modum dentium. Et ait iona-  
thas ad puerum. Cum apparuerim⁹ eis.  
si dixerit manete donec veniamus ad vos  
stemus. Quod si dixerint. ascendite ad  
nos. ascendamus. qz tradidit eos domin⁹  
in manus n̄as. hoc erit nobis signum.  
Cunq; dixissent philistei. ascēdite ad nos  
ascendit ionathas. reprans manib; ⁊ pe-  
dibus et armiger eius post eum. Et exter-  
ruit eos dñs ante ionathan. et percussit io-  
nathas cum puero ex eis. xx. viros in me-  
dia parte iugeri. Et cōturbata sunt castra  
et diffugiebāt mutuo se pimentes. et in-  
dicauerūt speculatores fugam hostiuz sau-  
li. Cūq; quesisset quis ex nobis abiit. rep-  
tum est abesse ionathan. et armigerū ei⁹.  
Et ait ad achiam. applica. id est prepara  
archam dñi ad consulendum dñm. Cun-  
q; tumultus crebesceret in castris. ait ad  
sacerdotem. Contrahe manum tuā. Et ex-  
clamans saul cum populo cepit persequi  
fugientes. Sed ⁊ hebrei qui trāsierāt ad  
castra philistim. reuersi sunt vt essent cū  
israel. omnesq; qui se prius abscederāt re-  
dierunt in preliuz. et iam erant cum saul  
quasi decem milia. Vidensq; saul morā  
damnosam si comederet. adiuravit po-  
pulum dicens. Maldictus vir. id est.  
dignus erit morte. qui comederit panem  
vsq; ad vesperam. donec vlciscar de inimi-  
cis meis. Cunq; transiret populus per  
saltum. apparuit mel fluens. et nullus  
gustauit ex eo. Ionathas vero qui non  
audierat maledictum patris tinxit vir-  
gam in fauo. Et cum gustasset illuminati

## Historia libri.

sunt oculi eius. id est facies exbilarata est  
resumptis viribus. **Dicit** q̄ tanta copia  
mellis est ibi i cānis arbor̄ et cauernis pe  
trari. et abditis terre. q̄ plures reperian̄  
fauit decedentes sup̄ terrā. **Dicit** iosephus  
inuenisse ionathan apud cubilia in quer  
tu que erat in sorte effraym. **Cunq̄** indi  
casset ei quidam maledictū patris. edere  
cessauit. nō approbans maledictū patris.  
**Nam** fumente populo cibum. maior pla  
ga fuisset in hostib̄. **In** vespera vero popu  
lus festus nimis. et p̄ fame moram non  
sustinēs. pecora mactauit i terra. et come  
dit cum sanguine. **Docet** quocunq̄ mo  
do occidit et corit. anteq̄ sanguis bene di  
lueretur nondum purgatis carnibus ve  
scens. nō scdm̄ morē patrum guttura cul  
tro. laniauit. et eliquauit sanguinem. **Di  
cunt** quidam q̄ de preda hostium nemini  
licebat edere. **Quis** erat. q̄ in prelio  
nec immolasset non edebant. donec sa  
vicinaz comi crificium vespertinum  
no. aliter edens fieret. peis. **Alioquin**  
q. cum sanguine edebat cum sanguine  
edebat. **Et ait** quem fuderant in bel  
faul p̄lo. **Dec** lo.  
castis. **Uoluit** ad me sacrum grandem  
et precepit vt oēs sup̄ illud sacrum et coraz  
ip̄o scdm̄ morē patrum pecudes laniarēt  
ne forte quis aliter faceret occulte. **Tunc**  
primū edificauit saul altare dño **Quōd** pa  
ter. q̄ non super recens altare saul iaz bis  
obtulit in galgala. **P̄**durant tñ quidam  
eum quorūcunq̄ obrulerit nouū altare  
construxisse. **Doc** vero dictum primū. q̄  
nunc plene iuxta dei placitū obtulit. **Cun  
q̄** nocte irruere vellet super hostes. ait sa  
cerdos. **Consulam**us dominum. **S; cō  
sulent** non respondit dñs in die illa. hoc ē  
nec nocte nec die sequēti. **Et ait** saul. **La  
tuitas** hęc est latentis causa peccati.  
**P̄**er viuētem dominum etiam si perio  
nathan factum est. absq̄ retractatōe mo  
rietur. **Et** statuit populum in parte vna.  
et se et ionathan in parte altera. et cecidit

fors super ionathan. **Et** ait saul. **Quid** fe  
cisti. **Cui** ionathas. **Nil** mihi consci⁹ suz  
nisi q̄ heri nesciens maledictū mel come  
di. **Et** ait saul. **Morieris** ionatha. qz nisi  
hoc fecero hęc faciat mihi deus. et hęc ad  
dat. **Et** ait popul⁹. **Ergo** ne ionathas mo  
rietur qui fecit salutē in israel. **Viuit** dñs  
id est per viuēte dñm. vel sicut deus est  
viuēs. et nō dñi gentiū. si ceciderit capill⁹  
de capite eius in terram. ap̄ syopesis est.  
vel legitur si pro non. **Et** eripuerūt iona  
than a manib⁹ p̄ris. et rediit ad propria  
**Saul** vero confirmatus in regno. quocū  
q̄ se venterat sup̄ ab hostes israel. et per  
cussit quē deleter amalech. **Prolempis**  
est. **Vel** forte p̄ri⁹ percussit quē deleter et  
toto ex mandato dñi. **Fuerūt** autē filij sau  
lis ionathas et iesui et melchisua. **Quar  
tus** tacetur hysbosetis tanq̄ puer. et non  
dum militans. vel tanq̄ inept⁹. **Filie** ve  
ro eius merob et michol. et vxor eius a  
chinoe. et princeps militie abner fili⁹ ner  
patruelis eius. **Nam** cis et ner fratres fu  
erunt. et filij abiel. **Legit** tñ in paralipo  
menon. q̄ ner fuit pater cis. qd̄ pro etate  
dictū est. et qz nutruuit eum.

**Quōd** saul vicit amalech. **C XIII**  
**Quōd** ait samuel  
ad saul hęc dicit dñs. **Demolite** ama  
lech et vniuersa eius et restitit israeli cū a  
scenderet de egipto. **Iumenta** quide; vo  
luit dominus interfici. vt nec i aliquo me  
moriam amalech superesset. **Sunt** qui di  
cant illos maleficos fuisse. et in pecudes  
severtendi habuisse peritiā. et ideo ne sub  
forma pecudum euaderent. etiā pecudes  
peritisse. **Et** recensuit saul esse pedituz. du  
centa et decem viroꝝ iuda. **Et** nota. q̄  
fere vbiq̄ dicuntur viroꝝ iuda. tanq̄  
poriores ceteris. **Unde** alibi. **Carulus** le  
onis iuda. **Cunq̄** inuaderet saul ama  
lech dixit cyneo. **Recede** ab amalech. ne  
inuoluam te cum eo. quia tu fecisti mite  
sericordiam cum israel. **Ferro** enim

# Regum primi.

qui et raguel et cis dictus est. Bonuz con-  
filium dedit moyfi. cuius domus habita-  
bat in amalech. preter filios obal. et egref  
si sunt cinei. et teinceps habitauerunt in  
israel. **Ex** his ortus est rechab vt in para-  
lipomenon legitur. **Hi** sunt cinei qui ve-  
nerunt de calore domus patris rechab. **Tunc** p-  
cussit saul amalech in ore gladij. id est in  
vastatione quasi deuoratione. **Uel** est lo-  
catio. id est in gladio. et percipit saul agag  
regi amalech et optimis armatorum. et ait  
dominus ad samuelem. **Denitet** me quod fecerim  
saul regem et orauit samuel pro eo domi-  
num tota nocte. **Cum** accepisset quod saul  
erexerat sibi fornicem triumphalem in car-  
nello iuxta superbiam gentium que faciebatur  
sibi arcum de mirtis et palmis et oliuis in si-  
gnum victoriae descendit ad eum in galga-  
la. et occurrit ei saul. **Cum**que culpasset eum quod  
quipiam reseruasset de amalech. in excu-  
sationem sui dicebat. **populus** reseruasse o-  
ptima ad offerendum domino in gratiam actio-  
nem. **Cui** samuel **Uel**ior est obediencia quam vi-  
cime. **Super** bonos delectatur deus. et non  
super sacrificia. preferunt si obrulerint quod  
decreuerat deus perire. et ait saul. **Pecca-**  
**ui.** **Sed** hac vice porta peccatum meum. id est  
ora et satisfac pro me vel dimitte michi.  
**Cui** samuel. **Proiecit** te deus? ne sis rex su-  
per israel. **Cum**que vellet abire samuel app-  
hendit eum saul per summitatem pallij e-  
ius. que scissa est. et ait samuel. **Sic** scidit  
dominus regnum a te hodie. id est a tua potesta-  
te. **Cum**que simul adorassent dominum precepit  
samuel adduci ad se regem agag. et oblat-  
us est ei piguis et tremens. **Et** dixit samuel ad  
agag. **Sic**ne separat amara mors quod d-  
icitur. **Uiz** est quod sicte concurrit mors. et separa-  
uit animum tuum a te. **Quidam** dicunt  
duas dictiones separauit. et supplet aduer-  
sum te. vel secundum aliam litteram. et di-  
xit agag. **Sic** me separat amara mors. quod  
diceret. **Mors** que separauerat a me me-  
os amarissime separat me ab hominibus.  
et concidit eum samuel in frustra. et abiit

in ramatha **Saul** vero ascendit in domum  
suam in gabaa. et non vidit samuel ultra  
saul in habitu scilicet regio. nam in pro-  
phetico postea vidit. **De** uictione da-  
uid in domo patris **Capi.** **XV.**

**S**amuel autez lu-  
gebat saul. et ait dominus. **Uis**quo  
luges saul. cum ego proiecerim eum? **Imple**  
coruum oleo. et vade ad domum ysai. ut in-  
ungas regem unum de filiis eius. et quia ti-  
mes saul fer vitulum quasi ad immolan-  
dum. **Cum**que venisset in bethleem dixerunt  
seniores ad eum. **Fac**ificus ne est ingres-  
sus tuus? **Ti**mebant enim ne propter aliquam  
correctionem misisset eum rex. vel quod offe-  
sus forte fugisset. et non auderent eum re-  
cipere. **Qui** cum dixisset se venisse ad im-  
molandum. sanctificauit ysai et filios eius?  
et statuit eos coram altari. et videns heli-  
ab primogenitum procerum et optimuz  
estimauit regem futuruz. et ait dominus  
ad eum. **Ego** non corporis pulchritudinez  
apicem facio regalem. sed animi virtutez.  
**In** eundem modum reprobaui dominus ali-  
os. **Statuerat** enim ysai filios coram samu-  
ele. vi. proprios. et natura adoptatum fi-  
lium samaa filij sui. et ait samuel ad eum.  
**Quid** completi sunt filij? **Qui** resp-  
dit. **Adhuc** reliquus est paruulus et pa-  
scit oues. et iubente samuele adductus est  
dauid rufus. id est rubicundus et pulcer  
et inuictus est in medio fratrum. et dire-  
ctus est spiritus domini in dauid a die illa et  
teinceps. **Et** recessit spiritus domini a saul. et ex-  
agitabat eum spiritus nequam missus a domi-  
no. **Dicit** ioseph? dauid tunc accepisse spi-  
ritum propheticum. sicut et ille quidem prophetare  
cepit sancto super se spiritu veniente. **Sed** quod dictum  
est spiritum recessisse a saul. et directum in da-  
uid. videtur quod de eodem spiritu dicatur.  
id est de gratia spiritus. qua hucusque saul  
victor hostium extiterat. **Tunc** dixerunt  
ad saul serui eius. **Spiritus** malus exa-  
gitat te. adhibe tibi saltim puerum in cythara. et

## Historia libri.

leuius ferens. Tradunt philosophi. quod armonia letum reddat letiozem. et tristem tristiozem. Tradunt mathematici quod multi demones armoniam ferre non possunt. et quoniam nulli. et indicatum est regi quod dauid esset sciens psallere. et vir bellicosus. Cumque misisset rex ad ysai pro filio eius. tulit ysai asinum plenum panibus. et vinum et hircum. et misit ea regi per manum dauid. Dicitur autem asinus plenus. id est sufficenter oneratus. vel forte sicut ex boue et hircoco fiunt vitres. ita de asino fiebat sacci ad aliqua ferenda. Igitur cum spiritus arripiebat saul. dauid psallebat in cythara et leuius erat ei. et quandoque recedebat ab eo spiritus. Cumque aliquandiu cessisset spiritus a saul. remissus est dauid ad patrem.

De morte golie C. XVI.

**F**actum est ut congregarentur philistei aduersus israel in prelium. Porro saul et israel castrametati sunt in valle terebinti sub qua abscondit iacob ydola. et egressus est vir spiritus de castris philistinorum goliath gethus. de semine giganteo. altitudinis sex cubitorum et palmo. Iste spiritus dictus est. quod de ignobili patre id est gentili et nobili matre id est iudea natus erat. Spiritus et hybrida dicitur ignobilis ex patre. sicut manzer et nochus ex matre. hic exprobrabat israel. quod sui essent philistinorum. et proponebat eis monarchiam. ita ut quorum vinceretur athleta serui essent aliorum. Hebrei autem stupebant. et metuebant eum nimis. Sic dicebat goliath xl. diebus. Erant autem quatuor maiores fratres dauid in exercitu. et misit eis ysai per manum dauid ephipolente. et x. panes. et tribuno sub quo militabant decem formellas casei. id est. x. caseos paruos et recetes. hircobreus habet. x. sectiones casei. hoc est. x. genera et diuersitates casei. et precepit ei. ut secum afferret pignora fratrum. id est. libellos repudij. Quos erat euntribus ad

bellum. ut libellos repudij darent vxoribus ut si caperentur nec redirent vsque ad tres annos. liceret vxoribus nubere. Cumque dauid venisset ad locum certaminis. egrediebantur enim singulis diebus aliqui preliantes. ecce ascendebar goliath exprobrans ut lxxi. et nudius tertius. et fugiebat israelite a facie eius. et ammirans dauid audiuit a pluribus viris. Qui percussit istum. ditabit eum rex. et dabit ei filiam suam. Cumque audiret eum eliab frater eius talia sciscitantem. increpabat eum timens ne pugnaret et occuberet. et respondit dauid. Quid feci. Nunquid non verbum est? Supple dignum increpatione. q. d. Cur pro solo verbo increpas me? Vel ita Verbum tantum est et non res. id est non animo pugnandi hoc dico. sed ut rem scias. Nunciata sunt autem verba dauid ad saul. et ait ad regem. Ego seruus tuus pugnabo aduersus philisteum. Cumque prohiberet eum saul. quia puer esset addidit. Ego seruus tuus interfeci leonem et vrsum cum inuasissent gregem. Erat igitur hic incircumcisus quasi vnus ex eis domino me liberante. Tunc induit eum saul armis suis. et deposuit ea dauid. quia non habebat armorum consuetudinem. et tulit in manu baculum pastoralem. et elegit de rosete. v. lapides limpidissimos. id est planos et volubiles et misit eos in peram pastoralem. i. vas quo lac mulgebat vel ferebat panem et fundam manu tulit. et processit aduersus philisteum. Qui contempsit dauid et ait. Nunquid ego canis sum. quia tu venis ad me cum baculo? Cui respondit dauid. Tu venis ad me cum armis ego autem venio ad te in nomine domini ut sciat hodie vniuersa ecclesia hec. quod non in gladio saluat dominus. Cumque iecisset lapidem funda. percussit eum in fronte. Secundo quoque et tercio lapide percussit eum in eodem loco. et tercio iactu deiecit eum. et currens eduxit gladium illius. Et percussit caput eius. Sic fabulantur quidam

# Regum primi.

iudei. q̄ ferrum galee et lorice obsequiuz  
 prestint domino. dans locū lapidi. vt in/  
 traret ad hominem occidendū et ob hoc  
 deiceps circūcisio facta est cultello ferreo  
 que prius fiebat perrino. Fugierunt ita/  
 q̄ philistei. et israel per secutus est eos vs/  
 q̄ ad portas accaron. Tulit aut̄ dauid ca/  
 put ⁊ gladiū. et posuit in tabernaculo suo  
 longo tpe. post tulit illa in iherusalē. De/  
 breus nō habz suo. Ob hoc creditur q̄ in  
 trophēū posuit ea in tabernaculo domini.  
 Unde postea ab abimelech accepit gladiū  
 Cūq̄ redisset dauid a prelio. ait saul ad  
 abner. de q̄ stirpe est hic adolescens? For/  
 san volens scire. cui daturus esset filiam.  
 Nec recognouit eum saul. qz aliquādiu  
 absens fuerat et  
 alteratus pera  
 gitatōem mali  
 spūs fact⁹ erat  
 debilis mēorie.  
 Et respondit ab  
 ner. Cuius aīa tua rex si noui eum. i. p vi/  
 tam tuā non noui eum. vel per execratōez.  
 Hebrei em̄ sepe nominant mala a contra  
 rijs eoz. vt ibi. B̄ndic dño ⁊ morere. Cū/  
 q̄ quesisset saul a dauid quis esset ait. Fi/  
 lius sum fui tui ysai. Et tunca iā ionathe  
 conglutinata est anime dauid. et inierūt  
 fedus. et dedit ionathas dauid vestimēta  
 sua vsq̄ ad arcum ⁊ gladium ⁊ baltheū.

Quod saul persecutus est dauid.  
 Capitulum. XVII.

**A**ctum est cum  
 redirent triumphātes de prelio.  
 et dauid disposeret ferre caput golie in  
 iherlēm. nā vt ait ioseph⁹ hoc secū habebat  
 sed hastam iā dicauerat deo. Egre dieban  
 tur mulieres ex vniuersis vrbib⁹ et instru  
 mētis p̄cinebāt mulieres. Saul percussit  
 mille. et respondebāt v̄gines. et dauid. x.  
 milia. Audiens saul causam victoriae po/  
 tius attribui dauid quaz sibi. dolens in/  
 tra se ait. Quid ei sup̄ est. nisi solū regnū?

Et timuit nea domo sua transferretur re  
 gnum. et inuidebat dauid. neciam rectis  
 oculis respiciebat eum. Post dies pau/  
 cos inuasit spiritus malus saul. et quasi  
 prophetauit. et missa lancea quā tenebat  
 dauid psallentem putauit configere pari  
 eti. Dauid autem declinauit ab eo scdo.  
 Primo enim recesserat bello imminente  
 et postea statuit eum saul cyliarchum. et  
 ait. Filiā merob dabo tibi. tm̄ modo esto  
 vir fortis. et preliare prelia domini. Tra/  
 ctabat enim apud se. Non sit manus  
 mea in eum. sed manus philistinorū. Cū  
 autem debuit merob dari dauid. data est  
 adzieli molartyte Dilexerat dauid michol  
 et placuit saul. et ait ad eum. In duabus  
 rebus gener meus eris hodie. qd̄ est i dua  
 bus filiabus meis. Nam alteraz habuisti  
 sponsam. alteram habebis vxorem. vel ita  
 pro duabus reb⁹. quia strauisti gygantē ⁊  
 dabis. C. prepuria. hoc enim significauit  
 ei saul p̄ seruos  
 suos non habet  
 rex necesse habe/  
 re sponsalia. id  
 est munera vel  
 donationē pro/  
 preter nuptias.

Iheronimus dicit du/  
 as res fuisse. C. prepu/  
 cia que prius dederat  
 regi pro merob. et. CC  
 que prius dedit pro mi/  
 chol  
 nisi tantum centum prepucia philistino/  
 rum. Et abiit dauid cum viris quorū tri  
 bunus erat in acharon. et percussit de phi  
 listim ducētos viros. et afferens prepu/  
 cia eorum annumerauit ea regi. Ioseph⁹  
 tamen dicit. abscondens sexcenta capita ve  
 nit ad regem. ⁊ nuptias exigebat. et dedit  
 ei saul filiā suā licz inuitus. Cūq̄ videret  
 eū apud dñm ⁊ hoīes approbati timuit. ⁊  
 tractabat de morte ei⁹. neciā metū celare  
 valens. dixit ionathe ⁊ seruis suis vt occi  
 derēt dauid. Qd̄ indicauit ionathas da/  
 uid dicēs. Abscondere vsq̄ mane. cras lo/  
 quar p̄i. p̄ te. In crastinū locut⁹ est iona  
 thas ad p̄m Cur peccas in sanguine in/  
 norio. qui fecit salutē in isrl. ⁊ opa ei⁹ tibi  
 vald̄ sūt necēria. ⁊ morte filia tua vidua

# Historia libri.

verabitur. et placatus saul iuravit. **U**iuu-  
it dñs. qz non occideretur. et introduxit iona-  
thas dauid ad regem. et stetit corā eo sicut  
prius.

**Q**uod michol exposuit dauid per fene-  
stram C. XVIII.

**R**ursum in introcer-  
tamine percussit dauid philiste-  
os plaga magna et inuidit saul. et iterum de-  
monstrabat eum. et dauid psalente vo-  
luit sicut prius perforare. et fugit dauid in  
domum suam. **V**isit autem saul satellites no-  
cte circa domum ut mane egredientes oc-  
ciderent. **Q**uod cum presensisset michol. de-  
posuit eum per fenestram et aufugit. **M**ichol  
autem stravit lectulum quasi egorantis. in quo  
posuit statuam. et pellem caprarum ad caput  
eius. similitudinem capilloz exprimens.  
et sagis supposuit iecur capre suspirans. ex-  
primens anxiantem. **C**umqz saul depre-  
hendisset se esse illudum. dixit ad michol.  
**C**ur dimisisti inimicum meum? **Q**ue re-  
spondit. **L**imui. dixit enim mihi. **D**imit-  
te me. alioquin interficiam te. **D**auid autem fu-  
giens venit ad samuelem in ramatha. et in-  
dicauit ei omnia que fecerat ei rex. et abi-  
erunt ambo in nabaioth qui est collis in ra-  
matha. ubi erat cuneus prophetarum. **Q**uod  
cum accepisset saul misit lictores in nabai-  
oth. ut raperent dauid. **Q**ui cum vidissent  
prophetas. et samuelem stantem super eos. fa-  
ctus est in illis spiritus domini et prophetabant. **V**i-  
sitqz saul scotos et tercios nuncios. qui et ipsi  
prophetauerunt. et iratus saul. abiit post eos.  
et antequam veniret in nabaioth ingrediens  
prophetabat et quasi amens factus est. et erunt re-  
stet regia. tota die et nocte canebat cum cete-  
ris. dauid et samuele clamantibus.

**F**ugit autem inde et **Q**uid est ergo quod super le-  
xit ad ionatham **g**itur non vidit samuelem  
et querebat ei. **s**aul usque in die mortis  
**C**ui ionathas. **s**ue nisi quod non vidite usque  
**N**on morietis. **i**n habitu regio.  
**N**ihil graue vel paruū faciet pater meus

quod non indicet mihi. **C**ui dauid. **S**cit pater  
terrens quod diligis me. et dicit. **N**esciat  
hoc ionathas. uiuit anima tua. quia uno  
tantum ut ita dicam gradu ego et mors di-  
uidimur. **G**radum unum dixit parietes  
domus sue. quo interposito euaserat ma-  
nus apparitorum. **H**ebreus habet. unum tantum  
passum. et est sensus. **M**inimum interual-  
lum fuit intra me et mortem. **F**ac ergo ob-  
secro quod dicam. **C**ras erunt kalende. et ego  
abscondar in agro usque ad vesperam ter-  
cie diei. **S**i requisierit me rex. quod confede-  
re profueram iuxta eum ad resendum. di-  
ces ei. **R**ogauit me dauid ut iret in bethle-  
em. quod victime solennes sunt ibi omnibus  
contribulibus eius. **F**orte erat neomenia  
solennis aliqua per triduum. quod si dixerit tibi  
rex. bene. pax erit seruo tuo.

**S**in autem fuerit **H**ebrei tradunt dauid  
iratus completa est non comedis. nec ap-  
i me malicia eius? **t**e legitur hoc quod comes  
et ait ionathas **t**erit.

**E**grediamur in agrum. **C**umqz egressi es-  
sent. iurauit ei ionathas. quod quicquid bo-  
ni vel mali inueniret apud patrem indica-  
ret ei. et iurauerunt sibi mutuo fedus inter  
se et semen suum. **A**ddidit etiam ionathas  
deierare id est plurimum iurare. **Q**uod autem in-  
terpositum est et requisit dominus de ma-  
nu inimicorum dauid. hoc de suo addidit  
scriptor in spiritu. et addidit ionathas.

**I**n die qua ope **E**sdras vel alius. quia  
rari licet. id est. **d**auid exhereditauit po-  
pulum kalenda- **s**itea filium ionathe  
rum ut quidam volunt. sed melius est ut  
de sequenti die intelligatur. egredieris et se-  
debis iuxta ladipem ezel. et veniens ad  
tempus solennitatis iaciam tres sagittas  
iuxta eum quasi exercens me quasi ad si-  
gnum. **S**i dixerero puero qui tollet eas ce-  
ce sagitte intra te sunt. pax tibi est. veni ad  
me. **Q**uod si dixerero. sagitte ultra te sunt  
vade dominus sit inter me et te usque in  
sempiternum. **H**oc primo die solen-  
nitatis apparuit locus dauid vacuus.

# Regum primi.

et filius saul estinās dauid nondū purifi-  
cātū. Altera die requisitum a rege. excu-  
savit eū ionathas. et iratus saul dixit ad  
eū. Fili mulieris virū vltro rapiētis. eo  
quod in confusione tuā diligis filiū tuum  
ysai non stabiliēris eo viuente tu neq; re-  
gnū tuū. Adducē eū ad me. quia fili⁹ mor-  
tis est. et ait ionathas. Quare moriet⁹? et  
arripuit saul lanceā. vt pcuteret eum. et  
declinavit ionathas ab eo cōtristat⁹. nec  
comedit panem in die illa. et egressus in  
agrū fecit secūdū quod dixerat dauid. Et cū  
dixisset puero vltra resunt sagitte. remi-  
sit puez in ciuitatē eū arcū et sagittis. Et  
surgēs dauid de latibulo. adorauit tercio  
deū. s. vel ipsum ionathan. Et fleuerunt  
valde. et ait ionathas. Quēcūq; iurani-  
mus stent in sempiternum inter nos et se-  
men nostrum. Glade in pace.

**Defuga dauid in nobe. C. xix.**

## Et fugit dauid

in nobe. ad abimelech sacerdotē  
fratrē achie. Qui cū miraret⁹. quod quasi so-  
lus venisset gener regis ait ad eū dauid.  
Secretus sermo regis vrgebat me. et id  
priuate veni et cū paucis. vel ferecuz nul-  
lis. Nūc si quid habes ad manū. faltem.  
v. panes da mihi. **Fortee** numero pa-  
num. numer⁹ intelligit sociorū. nec ē mē-  
titus dauid. **Nō** enim animo fallēdi hoc  
dixit. Et rēdit sacerdos. **Nō** habeo pa-  
nes laycos ad manū. sed tantū panē san-  
ctū. panes. s. ppositionis. **Si** mūdi sunt  
pueri. et maxime a mulierib⁹ manducēt.  
q. d. **Necessitas** nō habet legē. **Si** tamē  
in mūdi sunt pro coyru. nec in necessitate  
dabo eis. **Et** ait dauid ad eū. **Continui-**  
**mus** nos abheret nudi iustētis. et fue-  
runt vasa pueroꝝ sancta id est corpora ē  
quibus cōtinent aīe vel ipsi pueri. **Por-**  
**to** et via hec polluta ē. sed ipsa sanctifica-  
bit hodie. in vasis. q. d. **Fortē** in via hac  
aliquid imundicie contraximus. sed mū-  
dicia corporum sufficit ad eam mundā-

dam. hebreus habet. **Sunt** vasa pueroꝝ  
rum sancta. et dicit de vasis ad edendū.  
q. d. **In** vasis mūdis licet tibi ponere pa-  
nes mūdos. **Sequit.** **Porro** via hec lai-  
ca est. et interrogatio

tua laicalis est. q. **Iterū** dicit ipsum  
d. **Cur** queris de hūisse achiam filioꝝ  
mundicia. cū etiā achitob. filij finees  
si mundi essent ve filij elezari.

sci nō deberēt. **Sed** et ipsa sanctificabitur  
hodie i vasis. i. in cōsciētis nostris. **Sci-**  
**mus** enī. quia necessitas que nō habet le-  
gē excusat nos. et quasi sanctificat. et de-  
dit eis panes ppositionis. qui sublato fue-  
rāt vt ponerent calidi **Ex** hoc ppendit.  
quod sabbatū erat. **Cūq;** quesisset ab eo da-  
uid si haberet arma. dedit ei gladiū golie  
ioseph⁹ dicit lanceā que erat in voluta pal-  
lio i tabernaculo. **Erat** enī tūc ibi archa  
cū aliquo suo tabernaculo. **Et** considera-  
uit hec oīa doeb ydume⁹ potētissim⁹ pa-  
storū saulis. qui erat ad orandū obligat⁹  
voto. **Defuga dauid ad achis. C. xx.**

## Et fugit autē dauid

in die illa ad achis regē geth.  
**Et** indicauerūt serui sui regi. quod quasi rex  
erat in israhel qui latebat apud eū. et de vi-  
cino hostē reciperet. si saluū eū seruaret. et  
timuit dauid. presertim quod miserat saul  
ad achis vt redderet ei seruū suū fugi-  
tiuū. **Cūq;** traheret ad regē simulauit fu-  
rorem. et impingebat in ostia porte. qua-  
si p clausam portā ingredi volens. et que  
furiosi faciūt agebat. vt fidē regi vere pas-  
sionis ostēderet. et ait rex. **Nō** ingrediet  
hic arrepticus domū meā. et dimisit eū.  
et abiit inde dauid. et latuit in spelunca  
odolla. non tamen statim. sed prius ve-  
nit ad naas regē amonitar. vt dicit **Die**  
romimus in sequentibus in quadam glo-  
sa **Et** cōuenit ibi ad dauid omnis cogna-  
tio eius. **Sed** et alij quibus aut odiū aut  
timor saulis erat. vel qui ere pmedant  
alieno. conuenerunt ad eum. et fuerunt

## Historia libri.

cū eo quasi quadringenti armati. Et profectus est dauid cū eis in masphar. quē ē moab. Est enī altera in iuda. et deposuit apud regez moab patrem et matrē suā. et manserūt apud eum quōdiu dauid fuit in presidio id est in expeditione. in qua sibi querebat munitiones ad manendum.

De morte abimelech et sacerdotū. C. xxi.

**Et monēte gad**

propheta. ut inde recederet. et iret in terram iuda. profectus in terram iuda venit in saltū areth. Et audiuit saul quod apparuisset dauid. et cū esset saul in nemore. quod est in rama. tenens hastā. ait ad seruos suos. Nunquid dirabit vos oēs filij iemini. filius ysai. Non est ex vobis qui doleat vicem meam. et ait doech ydu meus. vidi euz in nobe apud abimelech filiū achitob. qui consuluit pro eo dominum. et dedit ei cibaria. et gladiuz golie. et iratus rex conuocauit abimelech. et oēs sacerdotes qui erant in nobe. et ait ad eū. Cur cōiurasti aduersum me cū filio ysai. Dedit enim ei panes et gladium. Qui respōdit. Absit a me. Non fuit rex huiusmodi in vniuersa domo patris mei. Rescivi quod a te fugisset. et ait rex emissarijs Iruiute in sacerdotes. Qui noluerunt manus extendere in christos domini. et ait rex ad doech. Irue in eos. et trucidauit in illa die. lxxx. v. viros vestitos ephod lineo. Forte tunc erant induri. ut per habitum religionis mouerent animum regis. Aiuunt hebrei non omnes fuisse sacerdotes. nec indui ephod. sed omnes dignos esse. Percussit quoque saul nobe vitulum sacerdotum. et mulieres. et viros et iumentā. secundum quod deus belli sacerdoti prophetauerat. prolem eius radicatus euellendam. Solus abiatbar sacerdos filius abimelech euasit. et fugit ad dauid. ferrens ephod secuz quod fecit moyses. et nunciavit ei interitum patris et suorum. et ait dauid. Ego sum reus omnium ani-

marū patris tui. Mane me cū. Qui que fuerit animā tuā. queret et meā. Et nuntiatum est dauid. quod philistii oppugnarent ceila. et diriperent areas id est annonā de areis. vel quod vastarent segetes. Consuluit igitur dominū. Gadā. et percunā philisteos. Et ait dominus. Gade et percunies eos. et saluabis ceila. Cūque timerēt viri eius ire cū eo. rursus consuluit dominū. et accepit nūsum ab eo quod et prius. et abiit dauid. et percussit philisteos plaga magna. et intrauit ceila. Quod cum accepisset saul ait. Conclusus est dauid in vrbe. Et congregabat exercitum. ut obsideret dauid et viros eius. Quod cum audisset dauid. cōsuluit dominū per abiatbar. descendet huc saul. et tradet me viri ceile in manus eius. Et ait dñs. Descendet. et tradet te. q. d. Hec ē volūtas regis et illorū. que teū latere non poterat. Et egressus ē dauid et viri eius cū eo. q. sexcenti. et vagabatur incerti. Quod cū accepisset saul dissimulauit exire. Transiuit autē dauid in montē solitudinis ziph. et abiit ionathas ad eū in locū silue. qui vocabatur nana. et confortauit manū eius in deo. et ait. Tu regnabis in israel. et ego ero secundus. Sed et pater meus scit hoc. Et inuocauerūt iustitiam in terra se coram domino id est coram gad propheta. et abiatbar.

De ziphis et quod dauid iacuit in spelunca. Capi. xxij.

**Ascēderūt autē**

ziphei ad saul in gabaa dicētes. dauid latet apud nos in colle achile. Veni et tradem eum in manus tuas. et bene dixit eis saul. et ait. Considerate curiosi vbi sit pes eius. et renunciate mihi et sequar vos. Dauid autem et viri eius erāt in deserto maon. Cūque egressus esset saul ad querendum eum. ascendit dauid ad perram locū. s. munitissimum. ut dicit Jeronimus. vbi que sibi erāt oneri repositus. et versabat. dauid in deserto maon

in monte opaco. Porro viri saul in montem corone cingebant montē. Cūq; de speraret dauid se posse euadere. venit nūcius ad saul. Redi festinus. quomā infuderunt se philistei super terram. Et desijt saul persequi dauid. pergens in occursum philistinorum. Ob hoc vocauerūt locum illum petram diuidentem. eo q; ibi separatus esset saul a dauid. Ascendit ergo dauid inde et habitauit in locis certissimis engaddi. hoc est oppidum in quo erat vinea balsami. Assumens autē saul tria milia electorum insequēbatur dauid. etiā super abruptissimas petras que solis ibicibus sunt perue. Et intravit saul spe  
**I**bi equiuocū est ad luncam. ut purgaueret ventrem. ad capream. Porro dauid et viri eius in interiori parte spelunce latebant. Et dixerunt serui dauid. Tradidit eū dñs in manus tuas. Et precidit dauid orā clamidis saul silenter. Et rediens ad viros percussit cor suum. metonymice. id est pectus suū in quo prietur cor suū. vel momordit eū conscientia sua de eo quod fecerat. Cūq; murmuraret socij eius aduersus eū timens ne iruerent in saul ait. **Q**uirit dñs. q; nisi percussit eū in obitu aut in prelio. aposiopesis est. q. d. de cetero nō parca ei. Propicius mihi sit dñs id est hāc miā faciat mecum. ut nō mittā manū meā in xpm domū. Et confregit viros suos his smonibus. Porro saul egressus ibat cepto itinere. Egressus dauid post eū clamauit. Dñe mi rex. Cūq; respexisset saul. adorauit dauid in terram et ait. Quare audis dñe mi rex vba hoīm loquētū aduersum me mala dicētū. dauid querit malū aduersus te. Cognosce orā clamidis tue in manu mea quā cū preciderē pepit tibi oculus meus. Quē persequeris? Canē mortuū et pulicē vnū. His auditis fleuit saul et ait. Iustior es me. reddat tibi dñs. Scio q; regnaturus sis. Jura mihi in dño. ne deleas se

miē meū p' me. Et iurauit dauid sauli. Abijt saul in domū suā dauid autē ascendit ad turiora loca in angustias maspha.

De morte samuelis et nadab. Capitulum. XXIII.

**E**t tempore mortuus est samuel et fleuit eum vniversus israel. singuli tanq; propriū filiū lugentes et sepelierūt eū in ramatha. Certū est itaq; q; ab hoc loco usq; ad finē secundi libri nō scripsit samuel. Cur ergo noīe ei? pretitulantur hi duo libri. Quia reliqua scripsit vnus pphetarū de discipulis eius cuius opus ascribit mgō. Quidā tñ dicit nathan scripsisse sequentia. quidā dauid. Dauid autē descendit in desertū pharā. Pharan opidū est in arabia. Erat autē vir in ciuitate aman in solitudine maon. et possessio eius erat in carmelo. Mons est i sorte iude. Alter carmelus est. in cōfinio palestine et phenicis. vbi helias occidit pphetas baal. et hie erat de genere caleph. In paralipomenon sic legit. Caleph genuit orcham. orcham genuit tezem. hie vti iudei putāt nabal. Cum gaudisset dauid q; ascendisset nabal ad tondēdos greges misit ad eū. x. iuuenes. ut mitteret ei aliquā bñdicōem in die bona. Et ulubāt eū ut epulabant iudei in tonsione ouū. ob memoriā patrū suoz qui fuerāt pastores ouū. Et ait nabal nūcqs dauid. Nō mittam. Quis est filius ysai? Hodie increuerunt sui fugitiui. Nescio eos. Cūq; audisset dauid q; ipoperauerat ei nabal. accinctus est gladio cum quadringētis viris. et ait. Nec faciat dominus inimicis meis. et hęc addat. si reliq; de omnibus que ad eū pertinet. vsq; mane mingentē ad parietē id est saltem canē vel infirmū. Porro abigail vxor nabal formosa et prudens hęc ignorabat. Et indicauit ei custos ouū quanta presidia tulisset ei dauid in deserto. Festinauit igitur abigail et tulit in occursum dauid panes et vinū

## Historia libri.

et arietes coctos .sata polēte .et ligaturas  
vnepasse .et massas caricarum . et adorās  
dauid ait. **I**n mesit dñe mi hec iniquitas .  
.i. dona mihi hanc iniquitatem viri.

**Al**ira. Si putas esse iniquitatez . nisi de  
leas eum qz iurasti . mihi imputes. **Por**  
ro fecit vir meus scdm nomen suum. **Na**  
bal em̄ stultus interpretatur. **Con**stituit  
te dñs ducem sup israel . non debes funde  
re sanguinem innocuum . **N**ichil em̄ tibi  
nocuit . sed sua tibi nō dedit . et erit anima  
tua custodita quasi in vasciculo viuentiū

**H**ebzeus habet in vinculo vite quod idē  
est id est . in collegio sanctorum. **A**lia lite  
ra habet in vasciculo vitii . q. dicit. **S**ic  
custodiet dominus animam tuā ad multi  
plicandum . sicut vasciculus vitii custo  
ditur in aqua ad transplātandum. **E**t re  
spondit dauid. **B**enedictus domin⁹ qui  
misit te hodie in occursum meum. **G**ladi  
in pace. **A**udiui vocem tuam iniuriam . s.  
remittendo . et honoraui faciem tuam . re  
mia de manu tua recipiendo. **C**um ḡ indi  
casset abigail omnia hec viro suo emortu  
um est cor eius pre timore . timuit em̄ ne  
forte dauid noller deſerare . et mortuus ē  
post decem dies. **Q**uo audito dauid ait.

**B**enedict⁹ deus qui custodiuit man⁹ me  
as a sanguine . et reddidit maliciāz nabal  
in caput eius. **E**t vocauit abigail . et dixit  
eam in vxorem. **A**cepit quoqz dauid ter  
ciam vxorem achinoē deiezechel

**D**e fuga dauid ab achis CXXIII

**T**erum nuncia

**A**uerunt ziphei ad saul . **E**cce ab  
lconditus ē dauid in colle achile. **E**t abiit  
saul post eum cum tribus milibus electo  
rum. **E**t descendit dauid nocte ad castra  
saulis . ducens secum abyſai filiuſ ſaruie  
sororis sue. **H**uius fuerunt tres filie ioab  
et abyſai ⁊ aſahel nepotes dauid **C**ūqz clā  
intraſſent tentorium regis cunctis domi  
entibus dixit abyſai. **P**erfodiam saul lan  
cea in terra. **E**t prohibuit dauid dicens.

**Q**uis extendet manum suam in christum  
domini . et erit innocens? **S**ed tolle hastā  
que est ad caput eius fixa in terra ⁊ vas a  
que . et ecce eamus. **E**t egressi sunt nullo  
euigilante . quia sopor dñi irruerat super  
eos. **C**ūqz tranſiſſent torrentem . et steriſ  
ſent in vertice montis . vnde poſſent audi  
ri . exclamauit dauid ad abner et ad omnē  
populum. **F**ilij mortis vos estis . qz non  
custodistis dominum veſtrum christum  
domini. **I**ngreſſus est quiſpiam . vt inter  
ficeret regem. **C**idete vbi hasta regis ſit ⁊  
ciphus aque. **E**t agnoſcens saul negligē  
tiam ſuorum et beneficiū dauid exclama  
uit. **N**um vox tua eſt hec fili mi dauid?  
**Q**ui reſpondit. **C**ur perſequit dominus  
ſeruum ſuum? **Q**uid feci? **S**i dominus  
incitat te aduerſum me . odoretur ſacrifici  
um . i. placari eum oportet ſacrificio ⁊ pre  
ce . vt oſtendat nobis ſuper hoc quid velit  
**E**clita. **T**uipe occidas me . qz erit quaſi  
ſacrificium deo in odore ſuauiſſimo. **Q**ui  
dam ita legunt. **O**doretur ſacrificiū ſi do  
minus incitat te aduerſum me . i. ſacrifi  
cantes probemus iudicio dei ſi dominus  
hoc facit. **S**i autem filij hominum inci  
tant te . maledicti ſunt qui cogunt me tra  
ſire ad ydolatraſ . ne fuiam deo israel. **E**t  
ait saul ad dauid. **D**eccaui. **R**euertere fi  
li mi. **N**on vltra male faciam tibi. **E**t re  
ſpondit dauid. **I**udicet domin⁹ iter nos  
**E**cce hasta regis . veniat qui tollat eam  
**Q**ui saul. **B**enedictus tu fili mi. **E**quidē  
faciens facies . et potens poteris . et saul re  
uerſus eſt in locum ſuum. **E**t dixit dauid  
in corde ſuo. **A**liquando incidam in vna  
die in manuſ ſaul . melius eſt vt ſaluet in  
ter philiſteos. **A**biit ergo dauid et ſexcen  
ti viri cum eo ad achis filium maoth re  
gem geth. **I**ſte fuit ſupradictus achis cu  
ius mater dicebatur maoth. **E**t erant cū  
dauid due eius vxores achinoe ⁊ abigail  
**E**t dixit dauid ad achis. **N**olo oneroſus  
eſſe regi . det mihi rex locum in quo habi  
tem. **E**t dedit ei achis ſyceleg . que exinde

# Regum. i.

facta est regum iuda Et habitauit dauid in ea. iij. mensibus. et. xx. diebus. et agebat dauid predas de viris philistinorum circumstantibus qui non erant sub potestate achis. Cirum et mulierem non adducebat captiuum. ne forte loquerentur aduersus eum. Cuius quereret achis quos percussisset aiebat se depopulatos esse habitantes ad austrum iudee et in campestribus.

**De suscitacione samuel C XXV**

**F**actum est eo tempore congregati sunt ad prelium contra israel philistei. Et ait achis ad dauid. Nec egredieris tu et viri tui. Ego custodem te pono capitis mei pre cunctis.

Congregauit et saul vniuersum israel. et venit in gelboe. Samuel autem mortuus erat. Hoc ideo repetit hic ut angustia saulis ostendatur. in qua plurimum esset ei necessarius samuel. Vel ostendatur samuel recenter mortuus. qui in proximo erat suscitandus. Tradunt enim neminem posse suscitari arte phitonica nisi receter mortuum. et adhuc integris vitalibus. Timuit itaque saul. et consuluit dominum. Qui non respondit ei neque per somnia. neque per prophetas id est per discipulos samuelis. neque per sacerdotes. Hebreus habet. neque per doctrinam. per ephod scilicet in quo erat doctrina et veritas. Et ait saul seruis suis. Querite mihi mulierem habentem phitonem. Ipse enim occiderat magos et artilos. et phitonicos. Unam tradidit iheronimus referuaram materteram abner. que latens habitabat in endor que ciuitas est iuxta fontem endor. Phitonem quidam tradunt esse artem suscitandi mortuos quam phitius adinuenit. q. d. Querite michi mulierem peritam artis illius. Quod congruit hebreo in quo legitur mulierem baladoph. Balad enim interpretatur domina. oph est nomen artis illius. Iurauit itaque saul habitum suum et venit ad mulierem nocte cum duobus viris. et ait.

redibunt ad te uniuersi quasi unus homo. Et ait absalon. Vocemus chusi. et consulamus eum. et ait chusi. Non est bonum consilium achitophel hac vice. Posti patrem tuum et uiros eius esse fortissimos. Si modo percusserit aliquos de tuis. qui cunctq; audierit dicet. Facta est plaga in populo qui sequebatur absalon. et timebunt esse tecum. Sed hoc est consilium bonum. Congregetur ad te omnis israel. et irruamus super eum. Et ubicunq; fuerit operietur mus eum. Et placuit omnibus consilium chusi. Et dixit chusi sacerdotibus ut nunciarent dauid ne maneret in deserto nocte illa. sed transiret iordanem. Et abiit ancilla ad filios sacerdotum qui latebant iuxta fontem rogel. ferens pannum. quod ad abluendum. et indicauit eis uerbum chusi. Vidit autem eos quidam puer filius ancille ut dicitur et indicauit absalon. Ioseph autem dicit quosdam equites uidisse eos et nunciasse absaloni. Qui misit post eos ut comprehenderentur. At illi ingressi in baurim domum mulieris rogabant ut celaret eos. Que dimisit eos in puteum. et expandit uelamen super os putei. quod siccans in pisanas. id est ordeum ad tripsanas et sic res latuit. Cunctq; reuersi fuissent qui missi fuerant. illi ascendentes de puteo. nunciauerunt dauid que tradita eis fuerat. Et transiit dauid iordanem cum suis prius quam dilucesceret et uenit in manaim. Porro achitofel sciens regnum rediturus ad dauid. et timens incidere in manus eius. descendit in domum suam in sylo. et laqueo se suspendit.

**De morte absalon** C. XVII  
**A**bsalon autem collegit exercitum et transiit iordanem. et statuit amasiam super exercitum pro iobab. Dixerat filius abigail. filie nazas. id est ysai sororis dauid. quez ioseph abigeam uocat. et erat consobrinus iobab. Porro uini trans iordanem. et maxime be-

zella galadites obrulerunt dauid cibaria multa nimis. et stratoria. et tapeta. et vas ficulnia. Porro dauid diuisit populum qui cum eo erat in tres partes. vnam dedit iob. secundam abisai. terciam ethay gericho qui putatur fuisse filius achis amici dauid. Cuncti uellet egredi rex cum eis ad pugnam. dixerunt. Non ibis. te solum querunt. alios non curant. Cuncti egredere rentur cunei ad pugnam circiter. vij. milia. stabat dauid iuxta portam et dicebat. Seruate mihi puerum absalon. Et factum est prelium in die illa iuxta saltum effrai et fugit exercitus absalon cecidit ex eo. xx. milibus. et plures interfecerunt bestie saltus quam gladius. Fugientesque absalon super mulum venit ad quercum condensaz. et intercepto capite eius ramis mulus pertransiuit eo suspenso. Quod cum quispiam nunciasset iob ait ad eum. Quare non confodisti eum? Qui respondit. Non mittere manum in filium regis. prefrim cum audierim eum dicentem. fua rem mihi puerum absalon. Infixitque iob tres sagittas in corde absalon. Quem adhuc palpitantem interfecerunt armigeri iob. et proiecerunt eum in foueam grandem. et coportauerunt super eum aceruum lapidum. ut duplici morte periret. tanquam facinorosus. Israel autem fugit in tabernacula sua. Porro absalon adhuc uiuens exerat sibi titulum in valle regia. que duobus stadiis distat a iherusalem. in monumentum nominis sui. et exerat nomen eius manus absalon. In duntaxat titulum quidam putant fuisse arcum triumphalem. in quo sculpta erat manus absalon. Sed iosephus dicit statuam fuisse marmoream. Luc autem achimaas ad iob. Curram et annuncio regi. Qui respondit. Nolo te hodie nunciare. Filius enim regis mortuus est. Et ait iob ad chusi. Glade et nuncia regi quam uidisti. Et cucurrit chusi. Currens quoque achimaas post eum per uiam compendij transiuit eum. Dauid autem sedebat inter duas portas. speculator uero in uastigio porte exclamauit. Uideo hominem currentem

solum. Et ait rex. Si solus est bonus est nuncius. Erit enim ait speculator. Apparet mihi homo alter currens solus. Dixitque rex. Et iste bonus est nuncius. Et ueniens achimaas adorauit dicens. Benedictus deus qui concludit homines leuantes se contra regem. Et ait rex. Est ne puer absalon? At ille noluit indicare. Chusi uero superueniens indicauit. Et pro status rex ascendit cenaculum porte flens super capite. et clamans. Fili mi absalon. Quis mihi tribuat. ut ego moriar pro te absalon fili mi fili mi absalon. Quod audiens populus. timuit ingredi ciuitatem. et ingressus iob ad regem dixit. Confudisti hodie uultus eorum qui saluam fecerunt animam tuam. Diligis odientes te. et odio habes diligentes te. Porro cedere et alloquere suos tuos. alioquin. nec vnus remanebit tecum hac nocte. et erit hoc malum tibi super omnia que unquam passus es. Sedit ergo rex in porta lota facie. et uenit ad eum omnis multitudo benigne locutus est.

Hereditu dauid i iherusalem. C. XVIII.

**P**orro qui secuti fuerant absalon mutuo se hortabantur. ut reuocarent regem. memorantes beneficia eius in israel. Dauid autem misit ad sadoch et abiathar. ut loquerentur ad viros iuda. Hec dicit rex. Os meum et caro mea uos. Quare nonissimi reducitis regem? q. d. Videte ne tardiores ceteris sitis. et per eosdem iurauit amase. quod principem milicie eum uellet constituere pro iob. Et miserunt viri iuda ad regem ut rediret. Et uenit rex usque ad iordanem. et uenit omnis iuda in occursum eius in galgala. Semei quoque de baurim descendit cum eis habens secum contribules et mille viros de beniamin. Siba quoque et filij eius et serui trans iordanem uenerunt ad eum. ut transducerent domum eius. Isti secundum iosephum fecerunt pontem iordanis ut facilius rex transiret cum exercitu. Cuncti

## Historia libri.

transisset rex adorauit semei dicens. **N**e memineris domine iniuriarum serui tui. **S**cio enim peccatum meum. et ideo hodie ueni in occursum tuum primus de omni domo ioseph. non quod esset de tribu ioseph. sed quia habitabat in sorte effraym. **C**umq; diceret abisay semei occidendum dixit dauid. **A**n ignoras me hodie factum regem super israel? **E**rgo ne hodie interficietur uir in israel? q. d. **I**llos occidam qui me hodie fecerunt regem super se. **T**imebat quoq; si interficeretur semei. quod reliqui qui similiter regem offenderant nolent eum sibi facere regem. et ait ad semei. **N**on morieris. **S**iphiboseth quoq; uenit in occursum regis illotis pedibus et intonsa barba. **N**am et vestes non lauerat a die qua egressus fuerat rex. **H**ebzeus habet infectis pedibus. tradens quod sibi fecerat pedes ligneos. **E**t ait rex ad eum. **C**ur non uenisti mecum. **Q**ui respondit. **S**eruus meus contempsit me. nolens mihi sternere a sinum ut irem cum rege. in super et accusauit me. tu autem qui iustus es fac quod tibi uidetur. **E**t ait rex. **S**icum est quod locutus sum. **T**u et syba diuidite possessiones. q. d. **U**triq; uerum dederat. sed quod uterq; totum habere non potest. inter uos diuidatur. **P**icitur quod dauid immemor iuramenti cum ionathan iniuste iudicauit. et ideo roboam et ieroboam diuiserunt eius regnum. **M**ortuo enim salomone roboam filius eius et ieroboam armiger ipsius diuiserunt regnum quod habuerat dauid. **B**ezellai quoq; qui prebuerat alimenta regi descenderat cum eo. **E**t ait rex ad eum. **V**eni mecum in iherusalem. et honorabo te. **Q**ui respondit. **O**ctogenarius sum hodie. nunc indigeo hac uicissitudine. **C**hamaa. alias chanaan filius meus uadat te cum. et fac ei quod tibi uidetur. **E**t ait rex. **V**eniat et faciam ei quod tibi placuerit. **E**t rediit bezellai in locum suum. **T**unc concurrerunt apud regem omnes uiri israel. et indignantes dixerunt. **Q**uare te fura-

ti sunt fratres nostri uiri iuda et traduxerunt te sine nobis? **E**t respondit iudas. **Q**uia propior est michi rex. **E**t ait israel. **D**ecem patribus ego maior sum. ideo magis ad me pertinet dauid quam ad te. presertim cum primogenitus sim. **C**umq; respondissent dauid uiri iuda. syba filius bochri. filius generi mini cecinit bucina et ait. **N**on est uobis pars in filio ysai. **R**euertere in tabernacula tua israel. **E**t recedentes a dauid secuti sunt sibam. **U**iri autem iuda reduxerunt regem suum in iherusalem.

**D**e morte amase et syba C. XIX.

**R**EX autem decem concubinas ad quas ingressus fuerat absalon reduxit in custodia uiduitatis. nec est ingressus ad eas. **E**t ait rex. amase qui erat princeps militie. **C**ongrega mihi uiros iuda in tertium diem. **A**bijt ergo amasa et moratus est extra placitum. **E**t ait rex ad abisay. non ad ioab quem iam amouerat a principatu. **T**amen iosephus dicit eum dixisse ad ioab. **T**olle seruos domini tui. et persequere sybam ne fugiat uos. et egressi sunt cum eo omnes robusti de iherusalem. et occurrit ei amasa residens iuxta lapidem grandem qui est in gabaon. **P**orro ioab vestitus erat tunica stricta. iosephus tamen dicit lorica. et accinctus erat gladio fabricato. qui leui motu egredi poterat. et arte quadam simulans quasi cecidisset gladius et recepsisset eum dextera manu tenuit mentum amase quasi osculans eum. et sinistra percussit eum in latere. et effudit ei in intestina. **I**oab autem et abisay persecuti sunt sybam. et subsistebant uenientes ad mortuum in

via. **U**ir autem quidam amouit eum in agrum et operuit eum. ne subsisteret transeuntes. clamans quod iuste occisus esset. qui in dolo moram faceret redire ad regem. **J**oab vero cum exercitu obsedit sybam in abela. et morabatur destruere muros urbis et exclamauit ad eum mulier sapiens de ciuitate. **S**ermo dicebatur in veteri prouerbio. **Q**ui interrogant interrogent in abela. q. d. hec est urbs consilij ab antiquo. **Q**uare queris euertere matrem ciuitatum israel. **Q**uare precipitas hereditatem domini. **H**ebrens non habet prouerbio. et est sensus secundum eum. **S**ensus est. **F**acite secundum quod preceptum est a domino offerre prius pacem hostibus quam si resisterant. tunc eos impugnabant. **S**ermo dicebatur in veteri. i. quondam in lege dicum est. ut israel prius offerat pacem hostibus quam aggrediatur eos. **Q**uare ergo precipitas hereditatem domini. i. cur non fuas legem in israelitis. que seruata est in alienigenis. **P**ostea legit hebreus quod interpositum est ad commendationem urbis secundum priorem expositionem. **E**t respondit ioab ad eam. **N**on quero euertere urbem sed sybam filium bochri. qui leuauit manus suas contra dauid. **E**t locuta est mulier ciuibus sapienter. qui abscisum caput sybe proiecerunt ad ioab. **T**unc reuersus est exercitus in iherusalem ad regem. et restituit rex ioab super exercitum. et alios ministeriales in officijs suis sicut supra. **H**oc addito quod aduerbium statuit super tributa colligenda. et quod yram factus est sacerdos dauid prius.

**D**e septem uiris suspensis in ultore gabaonitarum. **Cap. XX.**

**F**acta est quoque fames in diebus dauid tribus annis iugiter. et consuluit dauid dominum. **Q**ui respondit hoc fieri propter saul. et domum eius. qui occidens gabaonitas quasi pro zelo filiorum israel irricum fecerat iuramentum iosue et seniorum. **E**t ait dauid ad gabaonitas. **Q**uid faciam uobis. ut benedica-

tis hereditati domini. **Q**ui dixerunt. **U**irum qui attriuit nos delere debemus. ut ne uirum nus quidem residuus sit de stirpe eius. **S**ed quia dauid hoc facere non poterat propter iuramentum quod iurauerat ionathem temperauit petitiones dicentes. **D**etur nobis. vii. uiri de filijs eius. ut crucifigamus eos domino. **D**eprecatusque rex in prohibito filio ionathem. et tradidit eis duos filios saul. quos peperit ei respba. **I**sti ad huc pueri cum doech occiderunt sacerdotes nobe. et postea gabaonitas. **D**edit eis etiam. v. filios michol adoptiuos. quos genuerat merob adrael. **G**abaonite vero crucifixerunt eos in diebus messis prime id est incipientem messione ordei. **I**nduens autem respba cilicium substravit sibi supra petram cubans iuxta eos die ac nocte ut amoueret ab eis aues et bestias ab initio messis. donec stillaret aqua super eos. id est usque circiter kalendas septembris. **T**unc enim iuxta naturam terre primus post messem pluuia descendit. **H**anc respbam quidam non bene putant fuisse orpham nurum noemi. **A**udiens autem dauid que fecerat respba deposuit eos de patribus. et tollens ossa saul et ionathan de iabis galaad. et ossa eorum qui affixi fuerant sepeliuit eos in sepulchro patris eorum. **Q**uo facto reddidit deus uertentem terre.

**D**e quattuor prelijs dauid. **C. XXI.**

**F**actum est autem iterum prelium philistinorum aduersus israel. et pugnabat dauid cum suis aduersus eos. **C**umque fere dauid desisset pugnando. cum iesbinedob qui fuit de genere arapha nisus est percutere dauid. et interposuit se abisay. et interfecit philisteum. **H**uc tradunt hebrei fuisse de genere giganteo. arapha uero dicunt fuisse orpham nurum noemi. que peperit uiro getheo. iiij. gigantes qui hic memorantur iesbinedob. sephi goliath. et quartum

## Historia libri.

habentem senos digitos in manibus et pedibus. Tunc iurauerunt viri dauid dicentes. Jam non egredieris nobiscum in prelium ne extinguas lucernam in israel. Occasione huius ultimi prelii epiloga historia hic tria superiora prelia dauid nominata non tamen eo ordine quo gesta sunt. Quorum primum fuit in gob urbs est que et aser dicitur. in qua percussit sobochai sephi de genere gygantum. Aliud quoque prelium similiter fuit in gob in quo secundum iosephum apparuit vir fortis ephron cognatus dauid qui suis in fugam versis solus plurimos hostium peremit. et alios in fugam periecit. Liber vero regum in hoc loco ponit prelium dauid contra goliath in hunc modum. In quo percussit adeodatus. filius saltus. polimitarius. berbleximites goliath getheum. His quattuor nominibus exprimitur dauid. et dicitur adeodatus. quod ad liberationem israel datus est a deo in regem. Filius saltus. quod de pascuis et saltu assumptus est. Polimitarius. quod de genere befeel polimitarij fuit mater eius. Vel quod multis modis ampliauit cultum domini. Berbleximites dicitur a patria. Vemorath quoque et aliud prelium in quo ionathas filius semmaa fratris dauid percussit virum habentem senos digitos in manibus et pedibus. Expeditus itaque dauid a preliis. locutus est domino verba carminis huius in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum. Et de manu saul et ait. Dominus petra mea. etc. In psalmis secundum translationem nostram ita legitur. Diligam te domine fortitudo mea. dominus. s. m. et refugium. m. etc. Cuius titulum scripsit esdras ex verbis supra positis in die qua liberauit eum dominus etc. Iosephus hic dicit. quod cum dauid pace altissima frueretur. cantica et ymnos composuit. alios trimetros. alios quinque metros. diuersa faciens organa in quibus leuite per sabba et alias solennitates ymnos dicerent. Et ponit iosephus differentiam inter psal-

terium et nablum. Et est psalterium canora cythara. x. chordis coaptata. que cum plectro percutitur. Nablum vero. xij. sonos habens digitis tangitur. Post carmen supradictum addidit dauid loquens de se tanquam de alio. Hec sunt verba nouissima que dixit dauid filius isay. Dixit vir cui constitutum est. id est promissio facta de christo dei iacob. Hebreus habet ita. Dixit vir leuatus super christum dei iacob. id est christus super alios exaltatus et victus a deo. Propter hec verba quidam dicunt pre dictum psalmum nouissime scriptum a dauid. Sed tutius est ut dicamus nouissima verba dauid que sequuntur. Spiritus domini locutus est per me. etc. Et est forte psalmus nouissime scriptus nec alius. c. l. annumeratus.

Charthologus fortium dauid. C. XXII

**P**orro circa regem erant omnes fortissimi. quorum insigniores fuerunt. xxxvi. Insignior tamen ceteris erat dauid. sedes in cathedra sapientissimus. et ita erant. xxxvij. annuerato dauid. Porro post dauid de illis. vi. qui erant supra. xxxij. erant fortissimi. alij tres non adeo fortes. sed tamen fortiores reliquis. xxx. vt. q. dicere possim. xxx. erant fortes. iij. vero fortiores eis. tres vero reliqui fortissimi. Et secundum hanc proportionem cathalogus. xxxvi. fortium incipit ibi. Princeps inter tres ipse est. q. tenerimus ligni vermiculus. Nota quod habet li qui octingentos tera. que in libro regum difficilis est. dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus qui octingentos interfecit ipse vno. Iosephus dicit nongentos sapientissimus princeps inter tres ipse est. Iste non o qualis tenerimus ligni vermiculus qui octingentos interfecit ipse vno. hoc menon vocat euz vno modo sic distiguit. Iesboam iosephus eusebium.

## Regum.ii.

Non legitur obi-  
hoc factū fuerit  
nisi quantūz hic  
commemoratur

Post hunc erat eleazar filius patru da-  
uid. qui percussit philisteos. donec defice-  
ret manus eius. et obrigesceret cū gladio

Post hūc erat semmaa ararites. quē io-  
sephus semeiam vocat. Qui cū fugisset  
populus solus stetit in agro lentis et per-  
cussit philisteos et fecit salutem in israel.

His tribus iosephus attribuit delatōez  
aque de cisterna bethleē. Historia vero  
regum refert illud ad tres sequentes.

quos fortiores diximus quorum primus  
erat abisai frater ioab. Ipse est qui leua-  
uit hastam suam contra. ccc. quos interfe-  
cit optimus quidam. sed vsqz ad tres pri-  
mos non peruenit. Post hunc erat bana-  
ias qui percussit duos leones moab. id

est principes quos paralipomenon dicit  
arietes. Ipse quoqz interfecit virū egip-  
tium. id est imitatorē egipri. blasphemantis

dñm quem interfecit moyses. Hūc dicit  
hebrei fuisse semei quē post interfecit sub  
salomone. Aliū quoqz virum egip-  
tium interfecit dignū spectaculo. altitudinis .v.

cubitoz. habentē in manu hastaz. ad quē  
venit banaias in virga et extorsit hastam  
de manu eius. et occidit eū basta sua. Ihe-

ronimus tamen dicit hoc qd diximus de  
alio egipcio. de semei qui habuit hastam  
in manu. id est legem dei. Quā si medita-

tus fuisset permanendo in iherusalem nō  
periret. Idem occidit leonē in hūc modū  
Tempore niuis lapsus est leo in cisternā

qui nullum videns egressum. orificiū enī  
cisterne niue damnatum erat. rugiebat.

Quem audiēs banaias duz tūc ageret  
descendit ad eum i baculo manibusqz eū  
prostravit. Tercū de fortioribus nec liber

regum nec iosephus ponit hic. Sed re-  
currendum est ad sobochai de quo in pro-

ximo dictū est. Isti tres opus fecerūt ma-  
gnificum qd sequitur. Philistei quondā

posuerūt castra in valle raphaym vsqz ad  
ciuitatem bethleem. et erat penuria aque i

iberusalem. Dauid autē ascenderat in ar-  
cem ad consulendum dñm. et comedabat

coram astantibus aquam de bethleem. et  
precipue eam que erat in puteo iuxta por-

tam. Tunc isti tres per medium hostium  
iter facientes venerunt ad bethleem et

haurientes aquam denuo. ad regem per-  
eorum castra reuersi sunt. ita ut palestini  
fiduciam eoz obstupescerent a dimicati-

one cessarent.

Delatam siqui-  
dem aquam rex  
noluit bibere di-  
cens. Nunquid  
sanguinem isto-  
rum. et animaz

periculum bibam? Et effudit eaz tanqz li-  
bamen domino. de salute viuozum grati-

as agens. Ab hac enumeratōne fortū he-  
breus dissentit. numerans tantūz. xxxvi.

fortes. et in tribz primis quos fortissimos  
dixim? numerat ipm dauid sic. Dauid

sedens in cathedra sapientissim? princeps  
inter tres. ipse est. q. tenerimus ligni ver-

miculus. et cetera que non mutant. Et di-  
cit multos eum occidisse impetu vno. qz

pro peccato quod impetiose fecit in beth-  
sabee multi occisi sunt. Comparatur autem

dauid vermiculo ligni. qui teredo vel te-  
rebella dicitur. qui mollis durum lignūz

perforat. dum tangitur nil mollius illo.  
quando tāgit nihil durius. Sic et dauid  
in pressuris et domi et circa subiectos mā-

fuertior erat ceteris. in throno et contra ho-  
stes nullus eo acutior. Et comedatur hic  
dauid in tribus. in sapientia. humilitate  
et fortitudine. Porro reliq. xxx. quos for-  
tes diximus postea enūerant. inter quos  
enumeratur ioab. vel quia princeps ē ali-  
orum. vel quia indignus propter moztēz  
abner et amase.

De nūero ppli et altari erecto a dauid.  
Capitulum. XXIII.

**F**actum est autē post famē prius immisā a dño addidit furor dñi irasci contra israel. Furorē domini videtur quasi exponere paralipomenon dicens. **C**onfurrexit sathan aduersus israel. et incitauit dauid. vt numeraret populū. **E**t ait rex ad ioab. **P**er ambula omnes tribus israhel. et numera populum. vt sciam numerū eius. **I**ntelligens autē ioab. q̄ de elatione hoc diceret ait. **A**daugeat deus populum tuum. sed quid sibi vult dñs rex in hac re? q. d. vide ne offendas dominum. **C**unq̄ nolleret mutare propositum. **E**gressus est ioab et princeps militum et numerauerūt populum. et redierunt post. ix. menses. et viginti dies in iherusalem cum descriptione redacta in scriptis. et inuenta sunt de israel octingēta milia viroꝝ fortiuꝝ et de iuda .l. milia pugnatōꝝ. **B**eniamite dicitur non fuisse numerati adhuc. q̄ pauci erāt. **I**n paralipomenon longe plura legūtur. sc̄z mille milia et centum et creditur ioab subricuisse regi partem populi. **P**eccauit autem dauid in duobꝝ. q̄ superbe numerauit. et quia quisq̄ nūmeratōꝝ non reddidit pecuniā dño quatuor sc̄z fidos argēti sicut scriptum est in lege moysi. **I**n exodo enim scriptum est. **Q**uando tuleris summam filioꝝ israel iuxta numerum dabūt singuli precium pro animabus suis dño et non erit plaga in eis. **Q**uod attendens dauid ait ad dñm. **O**bscuro dñe transfer iniquitatem serui tui. q̄ peccavi nimis. **D**iluculo misit ad eum dominus gad. p̄phetam. tres supplicij conditiones portantern. **Q**ui ait. **A**ut septem annis veniet tibi fames in regno tuo. aut tribus mēsiꝝ fugies aduersarios tuos. aut tribus diebus erit pestilentia in populo tuo. **E**t ait dauid. **C**oartor nimis. q. d. **S**i famē eligo. pauperum erit suppliciuꝝ non diuicū. **S**i victoriam hostium suppliciuꝝ erit exercitus. et non meum. qui circumualla-

bor fortissimis. **E**ligam ergo p̄munē plagam regi et plebi. **M**elius est enim vt incidam in manus domini misericordis. q̄ in manus hominis. **V**isit ergo dominus pestilentia in israel de mane vsq̄ ad tēpus constitutum. id est vsq̄ ad horarū prandij secundum iosephum. vel vsq̄ ad horarū sacrificij vespertini secundū alios. et mortui sunt de populo extra iherusalem septuaginta milia viroꝝ. **I**n paralipomeno legitur fere trecenta milia. **E**t aiunt hebrei ibi positum numerum plebis. hic autem numerum nobilium. **P**orro cum extēdit ser angelus percussor manum suā ad iherusalem. vt disperderet eā. et staret iuxta aream areuna iebusei. qui et ornati dicit vidit eum stanteꝝ dauid gladio euaginato et clamauit. **E**go sum q̄ peccavi. isti qui oues sunt quid fecerunt? **C**ertā obsecro manus tua p̄ me. et p̄tra domum patris mei. **E**t misit dñs ait ad angelū. **S**ufficit. contine manum tuam. **I**n illa die dixit gad ad dauid. **C**onstitu altare dño in area areuna iebusei. et ascendēs dauid dixit ad areuna. **V**ende mihi aream tuā vt edificem ibi altare dño. et cesset interfectio. **Q**ui respondit. **A**ccipiat eam dominus meus gratis. **H**abeat quoq̄ boues i holocaustum. et plaustrum et iuga bouum in vsum lignorum. **E**t ait rex. **N**equa q̄. sed etiam precio. et non offeram domino holocausta gratuita. **E**mit ergo dauid aream sexcentis siclis auri. vt in paralipomenon legitur. et boues argēti siclis quinquaginta. et edificauit ibi altare domino et obtulit holocausta et pacifica. et propiciatus est dominus terre. **H**ic est mons mozia vt aiunt hebrei. in quo abrahā voluit offerre filium. et obtulit arietem pro eo. **E**a tempestate tabernaculum et altare quod fecerat moyses erant i excello gabaon. licet archa esset in iherusalem. **C**unq̄ prophanaisset gad templum ibi futurum decreuit dauid. vt ille locus vocaretur area populi.

# Regum.iii.

Sequuntur tituli capitulorum in hystoria  
nam Regum tercij.

De vinctōne salomonis in regem. cap. i.

De scda vinctōe salomonis. cap. ij.

De morte dauid. capitulum. iij.

De morte adonie. et ioab et semei. ca. iij.

De somnio salomonis. cap. quintum

De iudicio meretricum. capitulum. vi.

De prefectis salomonis. et inuentione ex  
orcismorum. capitulum. vij.

De operarijs templi. cap. vij.

De edificatione templi. capitulum. ij.

De ornatu inferioris domus. cap. x.

De duobus cherubin. cap. xi.

De porticu. cap. xij.

De cubiculis et cenaculis ebdomadarioz  
Capitulum. xij.

De atrio sacerdotum. cap. xij.

De atrio mundorum. cap. xv.

De atrio mulierum. cap. xvi.

De atrio immundorum. cap. xvij.

De altari et mari eneo. cap. xvij.

De luteribus. capitulum. xix.

De vasis altaris. cap. xx.

De dedicatione templi. cap. xxi.

De domo saltus. cap. xxij.

De basilica et domo regia. cap. xxij.

De oppidis dantis hyram. cap. xxij.

De operibus salomonis. cap. xxv.

De regina saba. ca. xxvi.

De aduersarijs salomonis cap. xxvij.

De roboa et diuisione regni. c. xxvij.

De ieroboam. et addo. et vitulo. c. xxix.

De morte ieroboam. cap. xxx.

De abia. capitulum. xxxi.

De aza et regibz israel. nadab. et baasa. et  
hela. Capitulum. xxxij.

De zamri. et zamri. cap. xxxij.

De achab et iezabel et helia. ca. xxxij.

De sacerdotibus quos interfecit helias.  
Capitulum. xxxv.

De fuga helie. et vocatione helisei.  
Capitulum. xxxvi.

De prima obsidione samarie. c. xxxvij.

De victoria achab cap. xxxvij.

De vinea naboth. cap. xxxix.

De iofaphat cap. xl.

Tercij regum de vinctōe salomonis in  
regem. Capitulum. Primum.

**I**ncipit secunduz be

breos malachym. qd sonat regu. qz licet  
in precedenti opere actum sit de duobus  
regibz hebreoz non simul regnantibz. ta  
men qz in isto opere agitur de regibz. qui  
simul regnauerunt in iuda et israel meri  
to regum dicitur. et rex dauid senuerat.  
Cunqz opiretur vestibus no calefiebat. et  
inuenerunt ei abyssag sunamitem puellaz  
pulchram nimis. que dormiebat cu rege.  
et calefaciebat eum et ministrabat ei. Rex  
vero non cognouit ea. Adonias aut quar  
tus filius dauid cum esset primogenitus  
inter superstites filios regis. fiduciam ha  
buit regnandi. et fecit sibi currus et equi  
tes. neccorripuit eum pater. et fmo eius  
erat cu ioab et abiatbar sacerdote. Alij ve  
ro ministeriales regis et robur exercitus  
no erat cu eo. Preparauit aut adonias so  
lenne puinium in orto regali iuxta fonte  
rogel. et vocauit filios regis et suos. robu  
stos aut et sibi no fauentes. et salomonem  
no vocauit. Natha aut monuit bethsabee  
vt intraret ad regem et posuit verba sua i  
ore eius. Que ingressa ad regem ait. Do  
mine mi tu iurasti ancille tue. Salomon  
filius tuus regnabit post me. et ecce nunc  
adonias regnat te ignorante. Cunqz alijs  
vocatis ad puiniu filiu meu no vocauerit  
scio qz cu dormieris cu patribz tuis. ego et  
filius meus erimus peccatores. i. iudica  
bimz morte digni. ego vt adultera. ille vt  
adultere filius. Adhucea loquere intra  
uit nathā et ait. Dñe mi rex dixisti tu Ado  
nias regnet post me. et no indicasti michi  
seruo tuo. Et ait rex ad bethsabee. Viuit  
dñs qui eruit aiam meā ab omni angu  
stia. qz sicut iuravi tibi sic faciā hodie. Et  
dixit ad sadoch et nathan et banaiam Tol  
lite vobiscum suos dñi vestri. et imponite  
c. iij

salomonē filiū meū super mulā meā. et vi-  
gant eum in regē sadoch et natban ad fon-  
tem geon et canentes ponite eum super so-  
lium meum. Et respondit banaias. amē.  
Sumpsit autē sadoch cornu olei de taber-  
naculo. et inūxit eū. et cecineit bucina. et  
dixit oīs populus. **U**iuat rex salomon. et  
insonuit terra a clamore eoz. et sedente sa-  
lomone sup thronū. adorauit dauid in le-  
ctulo dñi. qui dederat ei sedentē in solio ī  
oculis suis. **P**orro adonias et inuitati ab  
eo cū estimaret tumultū ortū in ciuitate.  
cucurrit ad eos ionathas filius abiathar  
indicans eis q̄ facta fuerāt. et abiit vnus  
quisq; in domū suā. Adonias autē timens  
salomonē abiit in tabernaculū. et tenuit  
cornu altaris thimiamatis. dicēs se non  
egressurū. nisi rex iuraret ei de vita cōser-  
nanda. et iurauit ei salomon dicens. **U**a-  
de in domum tuam.

**D**escōda vncōne Salomōis C. II.

**U**olens autē da-  
uid ostendere populo se filium  
regē fecisse. puocauit ī israel p̄cipes vni-  
uersos. sacerdotes et leuitas. et inūcto ite-  
rum salomone. et confirmato ab omnib;   
regno salomonis. corā omnib; p̄cepit sa-  
lomoni de legū custodia. et iusticia et pie-  
tate. Et p̄cepit ut edificaret templū dño  
dicēs. se iā preparasse ei auri decem milia  
talēta. argēti 80 centū milia. ferri vero et  
eris supra numerū. lapidū quoq; et ligno-  
rum maximā copiā. Leuitas quoq; diui-  
sit in tres ordines. in aaronitas. moysi-  
tas et leuitas. Aaronitas quoq; diuisit p̄  
generatōes et inuenit de eleazar. xvi. et de  
ythamar. viij. Et elegit ex vnaquaq; illa-  
rum vnū pontificē. precipiens ut singuli  
ministrarēt a sabbato in sabbatū. sadoch  
tū et abiathar p̄scent vniuersis. Et protie-  
ceit sorte corā rege de ebdomadib; ordinā-  
dis. De leuitis 80 instituit curatores fa-  
brice templi. xxiij. Hi dicti sunt nathin-  
nei. Iudices autē ppli et scribas. vi. Jani-

tores autē domus dei. vij. et toridē qui ym-  
nos dicerēt. **P**ost hęc diuisit exercitū in  
cohortes. xij. Habebat autē cohors. xxiij.  
milia. quā p̄cepit salomonē obfuare per  
trecentos dies. **M**oiseitas 80 aliquantū  
honorauit. Fecit enī custodes thsaurorū  
dei. et vasoz que reges deo dicare contin-  
geret. et collecte ecclesie omnem dispositi-  
onē suā indicauit. deponens filios suos.  
vt non grauitē ferret minimū. i. salomo-  
nē inter eos sublimatū. qz deus sic māda-  
uerat. sicut et ipse dauid minim? inter fra-  
tres inunctus fuerat. Descriptionem 80  
omnē et p̄stitutōem edificij templi omnis  
bus suadentib; salomon tradidit. Sed et  
tūc oblatōnis primitias faciēs tria milia  
talentoz auri obtulit ad aditū et currum  
di faciendū quo Currum dicit cybur  
et chxubin esset neū. id est cooproriū  
sub quo constitu-

ēt archā. **P**rincipes 80 et sacerdotes et le-  
uite et seniores ppli obtulerūt auri talenta.  
quinq; milia. et stateres. x. argenti 80. de-  
cem. et lapides preciosos plures quorum  
custodiā habuit p̄nepos moisi iabes.

**D**e morte dauid. C. III.

**A**dpropinqua-  
uerūt autem dies dauid vt  
moreretur. et iterauit salomoni mandata  
de cultu dei et lege seruanda. et pietate et iu-  
sticia circa suos. mēorans p̄missione; dei  
sibi factā de semine suo iugiter regnatura  
si custodierit filij tui testamētū eius. et te-  
stimonia que doceret eos. **T**ria vero sup-  
addidit de ioab. et filijs berzellai. et de se-  
mei dicēs. **N**osti que ioab fecerit per inui-  
diā. duob; principib; abner et amase quo-  
rum sanguinē effudit belli in pace. i. san-  
guinē qui nō debet fundi nisi ī bello. fudit  
tpe pacis. et eoz cū quib; habebat pacem  
et posuit cruozē prelji in balneo suo. et in-  
calciamēto suo. i. cruoz non est resperisus  
super arma ipsius. qz cum eis non dimica-  
uit. sed super vestes eius. qñ pacifice eis

## Regum terciū.

loquebatur. Et est sensus. Non vi. s. do  
lo occidit eos. Vel aliter. Viri bellatores  
in signia opm suoz in armis suis describe  
bant ad ostensionem glē. Sed cū ioab hęc  
tanq̄ facinora ostētare publice non aude  
ret. saltem in baltheo et in calciamēco de/  
scripsit. Et addidit dauid. Facies ei iuxta  
sapientiā tuā. ne descendat pacifice ad in/  
feros. Sed et filijs bezellai reddes grām  
et erit p̄mensales tui. Semei quoq; iemi  
neum qui maledixit mihi nō patieris in/  
noriū. Et mortuus est dauid. et sepultus  
est in ciuitate dauid cū regnasset. xl. ānis  
circa tumulum cuius fecit salomon. viij.  
loculos thesaurorū. quoz vnum post mille  
trecentos annos aperuit hyrcanus ponti  
fer. et alij herodes sicut infra dicem. Alij  
vero nondū manifestati sunt mechanice  
artis modo reconditi. In dieb; dauid  
karrago condita est vt quidam volunt a  
calcedone tyro. Vel vralij dicunt a filia  
eius didone. Quintus latinorum rex fil/  
uius latinus. Prop̄tauerūt autē sub  
eo nat̄han. gad et asaph.

De morte adonie et ioab et semei.

### Capitulum .III.

**E**dit autem sa  
lomon super thronū dauid  
patris sui. et procedente tpe adonias sup  
plicauit berthabee vt impetraret a rege si  
bi dari abisag sunamitem in vxorē. Que  
cum ingressa esset ad regē. posuit est ei tro  
nus ad dexterā regis et ait. Paruulaz pe  
nitōem deprecor a te. ne confundas faciē  
meā. Detur abisag sunamitis adonie fra  
tri tuo vxor. Et indignatus rex ait. Qua  
re postulas hęc a me mater? Postula ei  
et regnum. Ipe enim frater meus est ma  
ior me. et habet secum potentes abiat̄har  
et ioab. et abisag est quasi regina et potēs.  
Contra animā suā lotutus est adonias et  
in opprobrium patris. Cuius dñs. qz ho/  
die occidetur adonias. Et interfecit eum  
per manū banaie filium ioiade. Abia/  
thar quoq; sacerdoti dixit rex. Glade in a/  
grum tuum nec amplius ad faciē meā  
ingrediaris. vir mortis es. sed hoc te libe/  
rat. quia sepe cum patre meo laborasti. et  
portasti archam coram eo. Abiecto igiē  
abiat̄har trāslatum est sacerdotium ad sa  
doch. et de domo ithamar ad domum ele/  
azari. sicut samuel predixerat hēli. Fuet̄  
autem post phinees filij eleazari priuari  
sacerdotio. v. Joseph qui genuit ioathan  
qui mareoth. qui asophi. qui achitob. A/  
chitob autem genuit sadoch. Porro ioab  
fugit in tabernaculū domini. et apprehē  
dit cornu altaris. Et misit rex banaiaz vt  
aduocaret eū. Et ait ioab. Non egrediar  
sed moriar hic. Quod cum renunciaisset  
banaiaz regi dixit ei rex. Fac ei sicut locu  
tus est. Et interfecit eum banaiaz ad cor  
nu altaris. et sepultus est in domo sua in  
deserto. Et constituit rex banaiam pro eo  
super exercitū. Vocauit quoq; rex semei  
et ait. Habita in iherusalem. et non egre/  
diaris inde. Quacūq; die transieris tor  
rentem cedron. scito te interficiēdū. Qui  
respondit. Bonus est sermo regis. sic faci  
am. Et habitauit in iherusalem tribus an  
nis. Factum est autem post hęc vt fugerēt  
serui semei ad achis regem geth. et descen  
dit semei in geth. et reduxit eos. Quōd cū  
nunciatū esset salomoni dixit ad eū. Cur  
spreuisisti ius iurandum regis et mandatū  
eius transgressus es? Meddidit domū  
maliciam quam fecisti patri meo i caput  
tuum. et interfecit eum rex per manū ba/  
naie. et confirmatum est regnū in manu  
salomonis.

De somnio salomonis. C.V.

**P**orro salomon  
duxit in vxorem filiam pharao/  
nis regis egipti. de qua vt aiunt hebrei ge  
nuit filium quasi s̄ naturā cuius ipse adhuc  
ageret vndecimum annum. et induxit eā  
in ciuitatē dauid. Nondū enī sibi fecerat

## Historia libri.

domuz. Porro tria pposuerat se facturū. domum domino. et domum sibi. et ambitu iherusalem muro triplici. **U**t in primo ambitu esset tēplum et mansiones ebdomadariozum. domus quoq; regia cū mansionibus domesticorum. **I**n secundo habitaret potentes viri et pphete. **U**nde infra legitur de pphensā q; habitaret in secundo. **I**n tercio opifices. **P**ost hęc ascēdit salomon in gabaon vt imolaret ibi in excelso. **E**t cum dicitur gabaon. non est propriū nomen loci. sed appellatiuū. et interpretatur collis excelsus. **I**osephus enim dicit eū ascendisse in ebron. et obrulit mille hostias in holocaustuz super altare qd fecerat moyses. et apparuit ei dominus in nocte per somnium dicens. **P**ostula qd vis. ut dem tibi. **Q**ui respondit. **D**omine deus ego sum puer paruulus. et ignorās ingressum et exitum meum. **D**a ergo cor docile seruo tuo. vt possim iudicare populum tuum. et discernere inter bonum et malum. **E**t placuit fmo coram domino. et ait ad eum. **Q**uia non postulasti iuxta verbum hominum. dies multos. et diuitias et animam inimicorum tuorum. feci tibi secundum smones tuos. et dedi tibi cor sapiens. in tantum. vt nullus ante te similis tui fuerit. **S**ed et hęc que non postulasti dedi tibi. si tamen ambulaueris i vjs meis sicut pater tuus. **E**t euigilans salomon intellexit quod esset somnium. id est reuelatio facta per somnium. **E**t reuersus in iherusalem coraz archa dñi gratias agens obrulit holocausta et pacifica.

**D**e iudicio meretricum. C.VI.

**Q**uinc due mulie  
res meretrices veneit ad regē. qz vna ait. **E**go et mulier hęc sole habitabamus in domo vna. **C**unq; peperissem tercia die. post peperit et hęc. **M**ortuus ē autem filius eius. **Q**uem noctis silentio posuit in sinu meo. et filium meum viuente collocauit in sinu suo. **V**ane facto dili-

gentius intuens. deprehendi illuz nō esse meum qui mortuus fuerat. **R**espondit altera. **N**ō ē ita. sed filius tuus mortuus ē meus autem viuit. **C**unq; mens omniū in hui? rei discrimine hęsitaret. rex soluit eam inopinare. **E**t allato gladio vt ait iosephus. precepit vtrunq; infantem diuidi. vt vtraq; medietatem viui et mortui acciperet. **Q**uod audiens mater viuēis commota sunt viscera ei? super filio suo et ait. **O**bscuro domine date illi infantem viuum sufficiet mihi si videam eum viuere. **A**ltera dicebat. **N**equaquam sed diuidatur. **E**t cognoscens rex vocem vtriusq; de vero cordis fonte prolata ait. **D**ate huic infantem viuum. **D**eceit mater eius. **E**t attendens omnis israel diuinam sapientiam in rege esse. timuerūt eū et ammirari sunt assessores eius qui p? sententiam quasi ab a dolente prolata deridebant. **P**orro banaias erat sup exercitum. sadoch autem sacerdos. azarias fili? natban super custodes regis. zabud fili? natbā sacdos regis. id est cācellari? et bysuar prepositus domus. i. pcurator. et a durā super tribura.

**D**e prefectis salomonis et inuētoe exorastinoz C.VII

**H**abebat autem salomon. xij. prefectos super omnem israel. qui per singulos mēses singuli prebebant necessaria regi et domui eius quorum vnus reliquis presidebat. scilic; achimaas. hñs befamarb. filiā salomōis in vxorem. licet et vnus de reliquis aliaz haberet filiam salomōis. **E**rat autem ciibus salomonis per dies singulos. xxx. chori simile. et septuaginta chori farine. decē boues pingues. et. xx. boues pascuales. et. c. arietes. excepta venatione ceruorum. et caprarum. bubalozum. et auium altilium. **S**ed et pisces quotidie ab alienigenis portabantur. **E**t erat summa pars in terra. et hēbat salomō equoz curtiliū. et milia. et. xij. milia equitū. quoz medietas

## Regum tercij.

regi in iherusalem obsequabatur. reliqui vero per vicos regios dispersi manebant. Profectus vero ille qui ministrabat eipē las mense. equis ordeum et paleam ministrabat. deuolvens omnia ad locum ubi rex morabatur. Et p̄cellerat rex sapiētia omnes orientales. et egiptios et hebreos. etiā .iij. filios moal nominatissimos. emā et ethan. calcal et dorca. Et scripsit librum de canticis et modularōnibus. ī numero versuum .v. milium. Parabolaz quoq; scripsit tria milia. Et disputauit de natura arborum et herbarum. a cedro vsq; ad yso- pum. De natura quoq; oim animanti- um prophetauit est per vnumquodq; ge- nus pabolam dicens. Excogitauit etiā adiuraciones quibus egritudines solent mingari. Alias quoq; quibus demones eijcerentur. et alias quibus obstricti non redirent. Excogitauit etiā caracteres qui inscribebantur gemmis. que posite in na- ribus arrepticij cum radice salo- moni monstrata statiq; eū a demo- nibus liberabat. De scientia plu- rimū valuit ī gē te hebreorum. et maximē necessa- ria erat. Ante ad- uentū enī christi sepius homines a demonibus ve- rabantur. Iose- phus quoq; testa- tur se vidisse quē- dam eleazarum exorcistam coraz vespasiano et fi- lijs eius. et tiran- nis. in hunc mo- dum predictum curantem vera- ros a demonibz.

Josephus nec gem- mam ne herbam no- minat. Sed fuit gem- ma cristallina. et ī ter- anulum et gemmam ponebatur radix cuius- dam herbe. que a qui- busdam portagon di- citur ab alijs sal terre vel sal terna. ab alijs sartacenicā. et circa in castraturam in argen- to perculpta erat. vij. nomina dei precipua per que legitur creas- se celum et terram. si- cut in libro imaginuz habet. et alia tria no- mina sculpta erant in lapide ab alijs diuer- sa. Si modum curan- di scire desideras lege librum magnuz et ibi

et ut probaret eis oia iuuenies. demonē egressum per nares. cui spiritū anxiantis. vas aque ponebat in medio et impabat demoni egresso ut illud euerte- ret ī argumētū sue egressiōis. et ita fiebat.

**D**e operijs templi. C.VIII.

**M**isit autem salo-

mon ad byram regem tyri dicēs. Volo edificare templum domino sicut lo- cutus est patri meo. Precipe ergo seruis tuis ut precidant mihi cedros de libano. et mercedem eorum dabo tibi quam peti- eris. et rescripsit ei byram dicens.

Serui mei depo- In paralipomenō le- nent ligna de ly- gitur vsq; ad yoppen. banovsque ad ma-

re. et deferent ea in ratibus vsq; ad locum quem signaueris mihi. et tu de portu tol- les ea prebebisq; necessaria ī cibos domui mee. Itaq; byram dabat salomoni ligna cedrina et abiena quibus habūdant sydo- ni. Salomon autē supplebat inopiā eorū ī cibis prebens byram singulis ānis cho- ros tritici. xx. milia et totidē ordeī. et totidē batos olei. eādēmq; vini mensurā. Por- ro salomon elegit operarios de israel pro- felitos. De israelitis enī neminē fuisse fe- cit. Et erat indicio. xxx. milium viroz. idest summa eoz quibz hec indicebantur. Vel forte indicio est determinata hominū col- lectio. sicut coloris et legio. Et mittebat e- os in libanum cum fuis byram. decem milium per singulos menses vicissim. ut duobus mensibus reuertentes ad ppria requiescerent. et quarto mense priores ad laborem denuo remearent. et preerat adu- ram huic indictioni. Statuit autem salo- mon. lxxx. latomozum. i. lapidifescorum ī monte quibz prefecit de israelitis. tria mi- lia. et. ccc. qui precipiebāt operarijs. Por- ro latomi in lapididina lapides grandes et p̄ciosos. i. marmoreos scopulabāt et qua- drabāt qui a deo grādes fuerāt in funda- mēto ut dicit iosephus q̄ mlri ex eis habē-

bant in longitudine cubitos viginti in latitudine decem in altitudine. **Q**uadratos quidem lapides dolauerunt cementarii salomonis et cementarii byria. Dolatos vero preparauerunt biblij poliētes et sculptentes nō solum lapides sed et ligna. Est autem biblos ciuitas phenicis. de qua est zechiel. Senes biblij et prudentes eius. Et sic omnia extra urbem dedolata et perfecta sunt. quod malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo dñi cum edificaretur. Fuerunt autem equorum qui onera portabant. vij. milia. Fabulantur iudei ad eruderandos lapides celeriter habuisse salomonem sanguinem

vermiculi qui tamen dicitur. quomodo aspersa marmore facile secabatur. quem inuenit hoc modo **E**rat salomoni strutio habens pullum. et in dufus est pullus sub vase vitreo. Quem cum videret strutio. sed habere nequiverat. de deserto tulit vermiculum cuius sanguine liniuit vitrum et fractum est. Videns autem salomon cacumen montis moria ubi edificauit templum angustum. deiecit illud. et in aream spacijs amplioribus diffudit.

**D**e edificatione templi. Cap. IX.

**F**actum est autē post quadringentos et octoginta annos egressionis israel de egipto. anno quarto regni salomonis mense secundo. quod huius apud hebreos dicitur. apud nos maius. cepit salomon edificare domum dñi de cado marmore quod parū d. Iosephus tamen dicit anno quinquagesimo secundo egressionis de egipto. describens etiam annos etatum precedentium. dicens ab abrahā fluxisse annos mille. xx. A diluuiō mille quadringentos. Ab adam tria milia. c.

et duo. Habebat autem domus in longitudine cubitos .lx. in latitudine vero. xx. Pars quidem anterior que sancta dicitur et erat ab oriente. xl. cubitorum erat in longitudine. Reliqua pars ad occidentem. viginti cubitorum erat. et dicebatur sancta sanctorum. Porro in latitudine. xxx. cubitos habebat vsq; ad primum tabulatum super quod secunda mansio erigebatur. xxx. cubitis vsq; ad secundum tabulatum. Tercia vero mansio erat. lx. cubitorum vsq; ad tertium tabulatum. quod erat tertium domus. Et sic tota templi altitudo in. c. xx. cubitos ascendebat. Iosephus tamen mentionem non facit nisi de duabus mansionibus. vnicuique ascubens cubitos. lx. sed duas inferiores sub vna comprehendit. Et erat porticus ante faciem templi habens longitudine iuxta templi mensuram. lx. cubitorum. et latitudie. x. cubitorum surgens in altum ut dicit iosephus vsq; ad celsitudinem templi et fecit in templo fenestras obliquas. i. et terius angustas. et interius obliquando diffusas. Has excogitauit salomon. Trahes autē posuit in domo per transversum per tria loca in summitatibus trium mansionum adeo longas. ut forinsecus capita earum prominere et vtraque parte edificauit super capita forinsecus prominentia tria tabulara ad ambulandum circa templum que in euangelio pinacula templi dicuntur. que quomodo facta esset in vitro quod latere satis elucet. Quomodo autē fuerit in fronte orientali et occidentali non memini me legisse. nec super hoc me somnariare aut liber aut licet. sed quod ibi fuerant creditur. quod videtur vel iosephus dū ait de euerfione templi. Latitudo vero tabulatarum differēs erat. Tabulatum enim quod erat subter. quinq; cubitos habebat latitudinis. et medium. vi. cubitos. et tertium. vij. Quod ad literam quidam tradunt factum. ut in superioribus tabularis manentes nō impediretur ad aspiciendum inferius per obstaculum inferiorum. Hebreus tamen di-

cetera tabulata parem habuisse latitu-  
 dinem. ut si a summo usq; ad inum plu-  
 bata cementarij dimitteretur. eorum per-  
 penderetur equalitas. **U**erumamen inferi-  
 us tabulatum. quinq; cubitorum erat in  
 latitudine. mediuz vero. vi. q; murus su-  
 perior artior factus. quasi per cubitum re-  
 tractus erat. **U**ltimum vero tabulatum.  
 vij. cubitos habebat pro retractone muri  
 superius similiter factum. **F**uerunt qui di-  
 cerent. inferius tabulatum. vij. fuisse cu-  
 bitorum et mediuz. vi. ut ascendendo ar-  
 tarentur tabulata sicut et murus. **E**t cor-  
 rigunt literam pro subter ponendo super.  
**U**el etiam legunt subter dicentes. tabu-  
 latum quod subter erat non loco sed nu-  
 mero. **S**icut enim dicitur altum et pro-  
 fundum et supremuz. sic et subter dicitur  
 loco quod infra positum est. subter vo nu-  
 mero ad quod ascendit numerado. **N**ec  
 autem tabulata sic erant pincta muro. ut  
 ei non laxerent. i. muro iuxta non essent.  
**T**rabes tamen de muris pminebant. **D**oro  
 in extremitatibus cuiusq; tabulati ut de  
 ambulantes ab iniuria lapsus defenderet  
 tur. edificavit luriculas tanq; apodiatio-  
 nes. que in regu latera vocantur. in para-  
 lipomenon cancelli. de quozum altitudine  
 nescimus. nisi de supremo quod habuit i  
 altitudine quinq; cubitos.

De ornatu inferioris domus. C. X.

**D**oro murus in  
 inferioris mansionis intrinsec? vn-  
 dig? operus erat tabul? cedrinis. trabibus  
 vero solarj affixa erant laquearia cedrina  
**P**auimentum vero domus tecti erat ta-  
 bulis abienis. tabulata vero lateru et la-  
 quearia trabiuz. et pauimenta tabul? au-  
 reis operiebantur cu; dauis aureis. quo-  
 rum singulis erat. c. siculoz. nihilq; erat  
 in illa inferiori parte templi qd auro non  
 regeretur. ut vultus ingrediendum face-  
 ret auri lumine resplendere. **D**oro in iu-  
 ctura tabularuz fecit anaglyphi. i. celatu

ras vel tornaturas i iuncturis sabrefactis  
 ne locus iuncture dephendi posset **I**n me-  
 dio vero tabule erant imagines prominē-  
 tes cherubin et palme. **N**ec quidem in ra-  
 bulis cedrinis celata erant. sed auro tecta  
 vel in ipis tabulis aureis. **O**raculu autē  
 qd dicitur sancta sanctor.  
 habebat. xx. cubi-  
 tos logitudinis  
 et. xx. latitudinis  
 et. xxx. in altitu-  
 dine. **I**n litera  
 tamen habetur  
 et. xx. cubitos al-  
 titudinis. quod  
 intelligendū est de pariete interposito in-  
 ter sancta et oraculu. **S**icut enim in taber-  
 naculo columne interposite fuerunt qui-  
 bus appendebat velu. sic interpositus est  
 in templo paries cedrinus. nō ascendens i  
 altu nisi per. xx. cubitos. x. cubitos qui su-  
 pererat usq; ad laquearia intactos relin-  
 quēs. ut fum? aromatu ascendens de al-  
 tari p aperturā superiorē libere intraret in  
 oraculu. **E**rat autē totus paries tectus au-  
 ro. habens anaglypha. cherubi et palmas ad  
 modum parietu **H**uic parieti appensum  
 erat velu de. iij. coloribus cui interta erant  
 cherubin tante tenuitatis. ut parietis nō  
 prohiberet aspectum. **Q**uod totu parietem  
 operiens forte usq; ad laquearia ascende-  
 bat. quod legit in euangelio scissuz fuisse  
 a summo usq; deorsum. **D**e interiori sce-  
 mate superior mansionu nō legitur. nisi  
 qd dū psummare edificiu. posit? est lapis  
 in angulo superiori. non sine grandi oim  
 ammiratōne. **C**ū enī edificātes et in fua-  
 damēto et in muro eum locare niterentur  
 non est inuentus locus eius. donec in an-  
 gulo superiori. et postremus omniuz con-  
 uenientissime positus est secundum qd p  
 dixerat dauid. **L**apidē quez reprobaueit  
 e. h. f. rē. **I**n summitate vo muri p giru  
 affixa erat aurea vna ad hois magitudi-  
 nē p p aues abigēdas ut de loge aspiciē?

## Historia libri.

tibus quasi silua aurea videretur. Per  
gyrum vero muri erat labium exterius.  
a quo dependebant grandes vire auree  
cum pampinis au- **P**ampin<sup>9</sup> est folli-  
reis. adeo fabre / cul<sup>9</sup> sub quo fruct<sup>9</sup>  
factis vt sursum a / vitis a frigore lar-  
spicientibus qua / tore defenditur at-  
si adinstar auium / q<sup>9</sup> aduersus omnē  
moueri sepe vide / iniuriam munitur  
rentur. Porro iu / ideoq<sup>9</sup> alicubi iter  
tra terram. ostium / ciusus est. vt et solē  
lateris medij in pa / ad maturitatē fru-  
riete erat domus / ctus admittat. et  
dextre. id est meri / vmbra faciat. Et  
diane. et per coeleā / dictus est pāpinus  
testudinis ascen / eo q<sup>9</sup> de palmite pē-  
debant in mediū ce / deat. Est autē femi-  
naculū. et a medio / nini generis et dici-  
in terciū. hoc est per / tur hec pampina.  
ascensum tortuo / et facit genitiuum  
sum. qui vulgo vi / pluralem. hāz pā-  
tis dicit<sup>9</sup>. qui factus / pinaz.  
est ad similitudi / **S**ensus ē in parie-  
nem coele testu / te meridiano q<sup>9</sup> di-  
mētis ei⁹ maacha filia tamar filie absalō.  
Et ambulauit in oibus peccatis p̄is sui.  
Et factū est preliū inter ieroboam et abiaz  
in loco qui vocat mōs amorreoz et habu-

it abias p̄ra spem victoriā inestimabilē.

## Historia libri.

Et mortuus est abia. et sepelierunt eum in civitate dauid. et regnavit asa filius eius pro eo. In anno .xx. ieroboam regnavit asa super iudam. et .xl. et vno anno regnavit in iherusalem. Nomen matris eius. i. auie maacha. Et nota quod roboam et ieroboam dicitur pregnasse .xxvij. annis. et postea abia concipit ieroboam tribus annis. et sic impleti sunt .xx. anni regni ieroboam. Non ergo in .xx. anno ieroboam cepit regnare asa ut dicitur est. sed potius in .xx. primo. quod per sinodochum dicitur est. Dicitur enim abia regnasse tribus annis eo quod regnavit duobus annis. et in parte quadam tertij. et in reliqua parte eiusdem tertij anni cepit regnare filius eius asa. id est in vicesimo anno regni ieroboam. Huiusmodi contrarietates sepe occurrunt in sequentibus. quoniam quedam determinantur per sinodochum. Vel quia conregnauerunt quandoque filij cum patribus ut post dicemus. Que vero determinari non possunt. vicio scriprozum a scribuntur.

De asa et regibus israel. Nadab et baasa. et Dela. Ca. XXXII.

**D**icitur asa fecit rectum

coram domino sicut dauid pater eius. et abstulit effeminatos de terra. et fordes ydolozum. et maacham matrem suam amovit ne esset princeps in sacris priapi. et subvertit specum eius. et simulacrum turpe combussit in torrente cedron. excelsa tamen non abstulit. Porro nadab filius

ieroboam regnavit super israel. anno secundo asa regis iuda. Dic pater quod ieroboam in principio .xx.

secundi anni regni sui mortuus est. Dic annus fuit secundus regni asa. et regnavit super israel duobus annis. i. vno anno et aliqua parte alterius anni.

Aiunt hebrei asa conminuisse ydolum in pulverem. et clam sparsisse in torrente cedron quod ut palam fieret ex aqua ignis processit a domino.

vocatur annus per sinodochum. sicut dicitur in euangelio christus predicasse tribus annis et dimidio. ut pars dimidij anni vocetur dimidius annus. Sepe etiam fit contra. ut tota summa temporis nomine partis sue vocetur per sinodochum. ut ibi. Noe cum .d. esset aetatis genuit sem. cum tamen esset noe .d. et duorum annorum. Hec duplex sinodochus plurimum occurrit in sequentibus. Sed hec dicta sufficiant. Nadab vero ambulavit in vijs patris sui qui bus peccare fecit israel. Qui cum obsideret ierusalem urbem philistinorum insidiatu ei baasa interfecit eum. et regnavit pro eo anno .iiij. asa regis iuda. et percussit omnem domum ieroboam iuxta verbum achie filonitis. et regnavit in iherusalem .xxiiij. annis non tamen completis. Et erat bellum inter asa et baasa cunctis diebus eorum. Porro asa .x. anno regni sui percussit azarias regem ethiopiae plagalgrandi. qui irruerat in terram iuda. Et rediens asa a victoria occurrat azarias prolixo dicens victoria sibi a deo concessam. quod legitima eius fuabat. Tunc scripsit asa in omnes puincias ut oes legitima diligenter fuarent. Baasa vero rex israel.

peccavit coram domino ambulans in vijs ieroboam et ultra. et venit ad eum hien prolixo filius anani dicens. Hec dicit dominus. Exaltati te de pulvere tu at ambulasti in vijs ieroboam. et in multis peccare fecisti populum meum. et ideo auferam posteriora tua. et faciam domum tuam sicut domum ieroboam. Pro his tamen non quieuit baasa sed ascendit in iudam. et edificavit ramath .xl. stadibus a iherusalem. Cumque asa rex iudaei deret se artatum. tollens aurum et argentum de domo domini et domo regia misit illud per suos ad benadab regem sirie in damasco.

Nota quod iste baasa non fuit de genere ieroboam. quod in regibus israel non semper successit filius patris sed raro.

Regnum vero iuda nunquam excessit genus suum quod si filius successit patri.

Nota quod iste baasa non fuit de genere ieroboam. quod in regibus israel non semper successit filius patris sed raro. Regnum vero iuda nunquam excessit genus suum quod si filius successit patri.

# Regum tercij.

dicens. **F**edus fuit inter patrem meum et patrem tuum. et inter me et te. **P**eto ut irritum facias fedus quod habes cum baasa ut recedat a me. **E**t a quiescens benedixit exercitum in ciuitates israel. **Q**uod audiens baasa intermisit edificare rama et reuersus est in tersa. **R**ex autem asa misit in omnem iudam dicens. **N**emo sit excusatus. **E**t tulerunt lapides et ligna de rama. et muniuit de eisdem rex asa gabaa et maspha. **E**t venit ad eum hieu propheta. vel ut quidam volunt ananus pater hieu arguens eum quod relicto domino spem posuerat in regem sirie. et misit eum rex in neruum propter quod in tempore senectutis sue asa doluit pedes. et mortuus est et sepultus in ciuitate dauid. **E**t regnauit iosaphat filius eius pro eo. **S**ub asa fuit octauus rex latinorum filius capis. **T**eruntamen eo adhuc uiuente. descendit secundus quosdam hieu propheta ad baasa regem israel arguendum. et occidit eum baasa. **M**ortuus est ergo baasa. et sepultus in tersa. **O**ccisus est autem ut dicit iosephus a creone similione suo. **E**t regnauit pro eo in tersa filius eius hela anno. xxvi. asa regis iuda. **E**t regnauit super israel duobus annis id est anno et parte anni. **Q**ui cum uenisset in domo arisa prefecti sui. percussit eum tenulentum zamri seruus suus dur medie partis equitum. **P**ercussit quoque omnem domum baasa iuxta uerbum hieu prophete.

De zamri et amri C. XXXIII.

**A**nno uicesimo

et vij. asa regis iuda regnauit zari in thersa. vij. diebus. **P**orro exercitus israel obsidebat iebethor. **Q**ui cum audisset zari occidisse regem constituit sibi regem amri qui erat princeps militie in castris anno. xxvij. asa. **A**scendit ergo amri. et omnis israel cum eo et obsidebat thersa. **T**imens autem zamri fugit in domum regiam. et succendit se cum ea. **T**unc diuisus est populus israel. **M**edia pars

sequebatur thebni et media pars amri. **E**t durauit hec contentio tribus annis. et plus. tamen amri. qui iam regnabat. et preualuit amri et interfectus est thebin anno. xxxi. asa regis iuda. et regnauit amri super israel hxl plene. et. xij. annis regnauit. **A** prima electione sua in thersa regnauit. vi. annis. et emit asomer duobus talentis argenti montis partem in quo erat ciuitas mareon. et reparauit eam et imposuit ei nomen samareon. qui asomer et mareon que grece dicitur samaria. et in ea posuit sedem regni que prius fuerat in thersa.

**E**t Samaria est nomen ciuitatis et regionis coraz domino suo ut hic apparet.

per omnes qui fuerunt ante eum et mortuus est et sepultus in samaria. **E**t regnauit achab filius eius pro eo. anno. xxvij. asa regis iuda. **H**ic forte patet uicium scriptorum. **R**egnauit enim amri per achab. xij. annis ut dictum est. et cepit regnare anno. xxxi. regni asa. qui regnauit. xl. et uno anno. et ita asa mortuus est adhuc amri uiuente. **U**ter est autem quod dicit iosephus. quod iam regnante iosaphat filio asa cepit regnare achab. **T**amen determinatorem qui hic fieri solet in fine regum ponemus. **D**e achab et iezabel et helia.

Ca. XXXIII.

**E**t regnauit achab super israel. xx. et duobus annis. **T**amen iosephus dicit. xx. annis et duobus mensibus. **N**ec suffecit achab ut ambularet in uis ieroboam. sed introduxit idola gentium in israhel. et duxit uxorem iezabel filiam methabal regis sidoniorum. et edificauit in samaria fanum et altare baal et adorauit eum. **I**n diebus eius reedificauit abiel de bethel iericho. **C**umque poneret fundamenta eius. mortuus est abiram primogenitus eius. **C**umque portas munitet. mortuus est segub nouissimus filius eius iuxta interpretari ouem iosue. **E**t misit dominus heliam resbitem de habitatoribus galaad

# Historia libri.

ad achab. Qui ait ad regem. **U**iuir dñs de' isrl' in cui' p'spectu sto. si erit anis' his ros & pluuia. nisi iuxta oris mei vba. **A**pe opes is est. **U**el ponitur si pro nō. **E**t que rebat achab animā helie. **Q**ui fugit ex precepto dñi. et latuit in torrente caritis qui est contra iordanem. **C**orui autē deferebāt ei panem et carnes mane & vespere. et bibebat de torrente. **P**ost dies autē siccatu ē torrentis. **N**on enim pluerat super terram. **E**t ait dominus ad heliam. **G**rade in sarepta sydonioꝝ. precepi enim ibi mulieri vi due vt pascat te. et erat sarepta vrbs modica inter thyrū et sidonē. **S**ed & silua iuxta urbē sarepta dicebatur. **C**ūq; venisset helias ad portā ciuitatis. apparuit ei mulier vidua colligens ligna. **C**ūq; quēsisser ab ea poculum aque. addidit etiam vt afferret ei buccellam panis. **Q**ue respondit se non habere nisi pugillum farine in ydria et paululum olei quo p'spergeret eā et panem ex eo factum comederet cū filio suo. sed post deficiente cibo tabescerēt. **A**d quā helias ait. **N**oli timere fac mihi primum subcinericeum panem. tibi et filio tuo facies postea. **D**ec enim dicit dominus ydria farine non deficiet. nec lebitur olei minuetur. donec pluat super terram. **F**uitq; helias apud viduam tempore aliquo. **P**ost hoc mortu' est filius mulieris. **Q**ue dixit ad heliam. **C**ur ingressus es ad me. vir dei vt rememorarent iniquitates mee. **I**magis apparerent ex contrario iniquitates tue. et ideo interficeretur filius meus. **E**t posuit helias puerum super lectum suum in cenaculo superiori. et ex pādīt se super eum tribus vicibus & clamauit ad dominum. et reuirit puer. **Q**uem recipiēs mulier ait. **N**ūc cognoui quoniam vir dei es tu. **I**unc puerum tradunt hebrei filie ionam prophetam.

**D**e sacerdotib; quos interfecit helias  
Capi. XXXV.

**P**ost tercium an

num ariditatis & famis. dixit dominus. ad heliam. **G**rade ostende te achab vt de; pluuia super terram. **E**rat autē fames veltmens in samaria. cuius etiam meminit menander in gestis sydonioꝝ. **E**t bebat achab procuratorē domus sue abdiam. qui cū interficeret iezabel prophetas domini. abscondit. c. pphetas i duab; speluncis quinquagenos et pauit eos pane et aqua. ppter quod postea spiritu prophete donatus est. **A**d quē dixit achab. **D**escendamus ad conualles. & queram' pabula equis et mulis et diuiserunt sibi regiones. **O**ccurrit autem helias abdie in via dicens. **G**rade dic dño tuo. **A**dest helias. **A**t ille. **Q**uid peccauit? **Q**uando nuntiabo achab. **A**dest helias. **S**piritus domini asportabit te in locum quem ignoro. et nō inueniēs te achab interficiet me. **S**eruus autē tuus timet dominu; ab infanzia sua. **E**t ait helias. **U**iuir dominus. qz bo die apparebo achab. **E**t vocatus achab p abdiam occurrit helie et ait **Z**u nees ille qui cōturbas israhel? **Q**ui respondit. **N**ō ego turbauit. sed tu & dom' patris tui. qui relinquentes dominum securi estis baal. **V**eruntamen congrega ad me omnem israhel in montem carmeli. et pphetas baal. cccc. quinquaginta. et prophetas lucoꝝ cccc. qui comedunt de mensa iezabel. **E**t congregati sunt populus & prophete i montibus carmeli. **E**t ait helias ad populum vsq; quo claudicatis in duas partes? **S**i dominus patrum vestrorum deus est. sequimini illum. **S**i autem baal. sequimini eum. **N**on respondente autem populo. **I**tulit helias. **E**go sum hic solus propheta domini. et prophete baal multi. **V**entur nobis duo boues. illi eligant bouem vni cuius frustra ponent super ligna. igne non supposito. et ego faciam similiter de altero boue. **O**psi inuocabunt deos suos et ego deum meum. et qui exaudierit dādo ignem de sublimi. ipse sit deus. **E**t placuit populo propositio helie.

## Regum tercij.

Cumq; sacerdotes baal fecissent quod di-  
xerat. inuocabat baal a mane vsq; ad me-  
ridiem. et transiliebant altare quod fece-  
rant. et incidebant se iuxta ritum suum la-  
eolis. ita vt sanguine perfunderent. De-  
mones eniz plu-  
rimum delectan-  
tur oblatiōe san-  
guinis humani  
et illudebat eis  
helias dicēs Ex-  
altate clamorem  
forte deus vester  
dormit. aut cum

Amare demones san-  
guinem humanuz di-  
cit ysidorus. lviij. c. i/  
deo quoriēs nigromā-  
tia fit. cruoz aque mi-  
scetur. vt colozesang-  
uinis facili? puocet.

aliquo alio loquitur. aut in diuersorio est  
Et dixit helias ad populum. Accedite. Et  
presente populo curauit altare dñi quod  
destructum fuerat. i. destruxit altare eozū  
et mundauit locū. vt ibi faceret altare no-  
uum coraz dño. Et tulit. xij. lapides iuxta  
numerum tribuum israel. et edificauit ex  
eis altare in nomine domini israel. Et fecit  
aqueductum in circuitu altaris per duo  
loca. Et ligna superposuit. et membra bo-  
uis. precepitq; afferri aquam forte de ma-  
ri vicino. et effudit super holocaustum et  
ligna. Et facta est terra effusio aque vsq;  
ad impletdem aqueductus ne forte puta-  
retur arte magica de viscerib; terre susci-  
tasse ignem. Et damauit helias ad dñm  
in aurib; populi. Dñe deus patrum no-  
strorum exaudi me hodie. vt discat popu-  
lus iste quia tu es dñs deus. Et descendit  
ignis de sublimi vorauit holocaustum et  
ligna. et lapides. puluerem. et aquam que  
erat in aqueductu lambens. et adorauit  
populus. et ait. Dñs ipse est deus. Et mā-  
dāte helia apprehenderūt omnes pphetas  
baal. et duxerunt ad torrentem cyson. et in-  
terfecit eos ibi helias. Et ait ad achab. A-  
scende. et comede ante descensum pluuie.  
Et comedente achab. helias ascendit ver-  
ticem carmeli. et pronus in terraz capite  
inclinato inter genua orabat. et ait ad pu-  
erum suum. Clide contra mare. si ascen-

dat nubes. Erat enim aer serenissim⁹. Et  
ait puer. Non est quicq;. Et misit eum se-  
pties. Septima autē vice ascendebat nu-  
becula de mari. excrecens vsq; ad homis  
quantitatē. Et ait helias ad achab. Descē  
de cito in iezabel ne te occupet pluuia. Et  
ecce contenebrati sunt celi. et nubes. et ven-  
tus. et pluuia facta est grandis. Festina-  
uit autē achab i iezabel. et facta est man⁹  
dñi super heliam. et currebat ante achab  
donec intraret urbem. Cūq; accepisset iez-  
abel que fecerat helias pphetis suis. indi-  
gnata misit nuncios ad heliā dicēs. Hec  
faciant mihi dij  
et hec addāt. nisi  
cras hac hora po-  
suero aīam tuaz  
sicut tu posuisti  
animam vnus  
ex illis.  
stratiuum pronomen ponitur. vt quicum-  
q; etiā malū sibi accidere preceſ. nisi hoc  
fiat.

Sicut in salutationis  
bus verbū propterni-  
mum affectum nō po-  
nitur ut q; vir intelli-  
gatur ita in huiusmo-  
di locutionibus demō

De fuga helie et vocatione helisei.  
Ca. XXXVI.

**E**t timēs helias  
fugit in berſabee. et diuisit ibi pu-  
erum suū ionā vt tradunt. et solus intra-  
uit in desertum viā vnus diei. Et sedens  
subter vna; iuniperum. orauit vt morere-  
tur ibi. dicens se non esse meliorem. id est  
digniozem vita patribus vt illis perdi-  
tis ille viuere exoptaret. et projiciēs se ob-  
dormiuit. Tunc angelus dñi tetigit euz  
dicens. Surge comede. Et ecce ad caput  
eius erat subcinereus panis. et vas aq; et  
comedit et bibit. et rursum obdormiuit.  
Et suscitauit eum angelus secūdo dicēs.  
Comede grandis tibi restat via. **J**o-  
sephus tamen dicit angelum non excitaf-  
se euz. sed aliquē. Et comedit helias. et am-  
bulauit in fortitudine cibi illius. xl. dieb;  
et xl. noctib; vsq; ad montē dei oreb i quo  
apparuit domin⁹ moysi i rubo. Et mansit

## Historia libri.

ibi helias in spelunca. Et ait dñs ad eum  
Quid hic agis helia? Qui respondit. ze-  
latus sum aduersus israel pro te. Nam al-  
taria tua destruxerunt. pphetas tuos occi-  
derunt. et relictus sum ego solus et q̄runt  
animam meā et aufugi. Et ait dñs ad eū.  
Egredere. et transibit dñs corā te. Tria  
tamen prius visibiliter transierunt. i. qui  
bus non transiit dñs. Primo ergo tran-  
siit ventus fortis. conterens petram. sed  
non inuento dominus. Secundo transi-  
it cōmorio terre. sed non in ea dominus  
Tercio transiit ignis. sed non in igne do-  
minus. Quarto transiit sibi aure tenu-  
is. et cum eo dñs. Et operuit helias vultū  
suum pallio. et sterit iu ostio spelunce. Et  
dominus transiēs dixit ad eū. Quid hic  
agis helia? Et respondit ei sicut et sup̄. Et  
dixit dñs ad eū. Reuertere per desertum  
et vade in damascum. et in vltionem mei  
inunges azahel regē super syriam et hieu  
filium nansi regem super israel. helizeum  
autem filium saphat de abela inunges p-  
phetam pro te. et isti tres interficient ydo-  
latrias de israel. alios azael. alios hieu. a-  
lios heliseus. et relinquā mibi in israel.  
vij. milia viroz. quoz genua nō sunt cur-  
uata baal. nec osculari manum eius. Et  
nota q̄ helias non aliter vnxit azahel. nisi  
q̄ predixit per heliseum eum regē futurū.  
Hieu vero nec ip̄e nec helizeus  
inunxerunt. sed vnus pphetarū  
miss⁹ ab heliseo. heliseus vero nō  
vnxit. nisi q̄ pal-  
lium suum posu-  
it super eū. Non enim in lege vn-  
gebantur. nisi rex et sacerdos. Profectus  
ergo helias inuenit. xij. viros arantes in  
xij. iugis boum quorum vnus erat helise-  
us. et posuit helias pallium suū super eū  
et continuo pphetavit heliseus. vt ait iose-

phus. Et currens post heliam ait. Oscu-  
ler oro te patrem meum et matrem meam  
et sequar te. Et reuersus macrauit par bo-  
um et corit illud in lignis aratri. et dedit  
efcas contribulib⁹. et surgens securus est  
heliam et ministrabat ei.

De prima obsidione samarie.  
Capitulum. XXXVII.

**O**ro benadab  
rex syrie obsidebat samariam ha-  
bens secum. xxxij. reges. et misit ad achab  
in samariam dicens. Si vis vt recedam a  
te. cras hac eadem hora mittam suos me-  
os. et omne quod placuerit eis tollent de  
domo tua et domibus suorū tuoz. etiā pro-  
res et liberos. Et inijt achab p̄siliū cum  
senioribus. Qui dixerunt. Non acquie-  
scas illi. Et respondit achab nuncijs bena-  
dab. Dicite dño meo. Omnia que mis-  
isti in nūcio meo facere possum. hanc autē  
rem facere non possum. s. de vxoribus et li-  
beris. Et indignatus benedab remisit ad  
eum dicens. Hec faciant mihi dñi et bec  
addāt. si suffecerit puluis samarie pugill  
omnis populi mei qui sequitur me. Sa-  
maria habebat interius terram pene mu-  
ris equalem. et est sensus. Tanta mecum  
est multitudo. vt si singuli lapidem vnū  
vel stipitem vel cespitem. pportauerit tā-  
tum extruent aggeres qui equabuntur mu-  
ris samarie et terre intus posite. et ita ex-  
quo pugnabunt vobiscum. Et respondit  
rex israhel. Dicite ei. Non gloriatur acci-  
tus eque ut discinctus. Et est sensus. Ad-  
huc est accinctus armis. res est in pendu-  
lo. Noli ergo gloriari quasi ias victorū  
et discinctus armis depositis. q. d. vel nō  
potest gloriari sic preliator sicut victor. vñ  
secundum aliam literam. Non gloriatur  
eque accinctus atq; discinctus. q. d. Ante  
victoriam non potest gloriari accinct⁹ mul-  
titudine. nec discinctus. i. est carens mul-  
titudine. quia sepe pauci vincunt multos.  
Porro benadab cum regib⁹ suis bibeat

# Regum. iiii.

in ymbra culis. et ait seruis suis. Circumdate ciuitatem. Cuncti expugnauerunt eam. timuit achab nimis. Et ecce vnus propheta confortauit eum micheas vt quidam tradunt. et ait. **Hec dicit dominus. Ego tradam omnem hanc multitudinem in manu tua hodie. vt scias quia ego sum dñs.** Et ait achab. **Per quem?** Qui respondit. **Per pedisequos principum prouinciarum.** Et ait achab. **Quis erit dux eorum?** Qui respondit. **Tu.** Et inuenit achab filios principum. cc. et xxxij. et egressus est cum eis. Cuncti nuntiarum esset benedab p̄ egressi essent de samaria misit in occursum eorum viros dicens. **Siue ad pacem siue ad periculum venerint. apprehendite eos viuos.** Filij vero principum percusserunt eos. vnus quisque virum qui contra se veniebat. Et fugit exercitus sirioum et egressus israel percussit equos et currus et syriam plaga magna. Tunc accessit propheta ad achab dicens. **Confortauit te dominus. vide quid facies ei. Sequenti anno ascendet rex syrie contra te. q. d. Necessè est tibi vt habeas dominum propitium.** Tunc dixerunt serui benedab ad eum. **Dij montium sunt dij eorum. et pugnant cum eis in montibus. et ideo vicerunt nos. Pugnemus ergo in campesribus vbi dij eorum nihil possunt. et obrinebimus eos.** Tu autem fac verbum hoc. **Al moue ab exercitu reges. qz inertes sunt. et pone principes pro eis. et instaure numerum pugnatoum quos as habuisti.**

**De victoria achab C. XXXVIII.**

**Oritur post annum xx** nit benedab cum exercitu in affec que est in campesribus. **Dozro filij israel castrametati sunt contra eos. quasi duo parui greges caprarum. Sira autè repleuerant terram. et dixit vnus vir dei ad achab. Quia dixerunt syri deus montium dominus est et non vallium. Tradam eos in manu tua. Et direxerunt acies et aduerso. vij. diebus.**

Septima autem die percussi sunt de siris centum milia pedicum. et reliqui fugerunt in affec. et cecidit murus super eos qui remanserat. **Benedab autem fugiens in ciuitatem latuit in cubiculo. quod erat inter cubiculum. Serui autem eius timentes ne supueniret achab et nemini parceret. et scientes reges israel clementes. accinxerunt lumbos suos saccis. et ponentes funiculos in caputibus venerunt in occursum achab dicentes. Seruus tuus benedab dicit. **Quia uat oro te anima mea. q. d. Quacumque uiam imposueris. suscipiam eam pro anima mea.** Qui respondit. **Si adhuc uiuit frater meus est. i. faciam cum eo fedus.** Qui rapientes uerbu ex ore eius. q. pro homine festinantes adduxerunt benedab ad eum. Et leuauit eum achab secum in curro suo. et dixit ad eum benedab. **Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo. reddam tibi. Facti tibi plateas in damasco. i. forum rerum uenaliu. sicut fecit pater meus in samaria. Cuncti federati essent redierunt ad propria. Tunc micheas dixit ad socium suum in spiritu. **Percute me. At ille noluit. Cui ait. Non audisti uocem dñi. cum recederes a me percutiet te leo. Quod factum est. Inueniensque alterum uirum dixit ad eum. Percute me in capite. Qui uulnerauit eum. Tunc propheta mutato uultu aspersione pulueris et sanguinis. clamauit ad regem in uia. Cum essemus in prelio adduxit uir vnus captiuum suum ad me dicens. Custodi istum. qui si lapsus fuerit. erit anima tua pro anima eius. i. eris seruus mihi pro eo. aut talentum argenti appendes. Cuius autem uerterem me huc atque illuc. subito non apparuit. Et ait rex. **Judicium tuum est quod ipse decreuisti. alterutrum necessè facias ei. Tunc lota facie agnitus est propheta a rege. et ait. Hec dicit dñs. Quia dimisisti uirum blasphemum dignum morte erit anima tua pro anima eius. id est ipse te interficiet. Et iratus rex. prophete iussit eum clausum custodiri. et uenit in samaria.********

## Historia libri.

De vinea naboth. C. XXXIX.

**N**aboth israelites habebat vineam iuxta palacium regis. Et dixit ad eum rex. Da mihi vineam tuam. ut faciam in ea ortum oleorum. Et dabo tibi pro ea vineam meliorem vel pretiosius. Qui respondit. Propicius sit mihi dominus. ne dem hereditatem patrum meorum tibi. quod dicitur. Non possum. Hereditas relicta est mihi a patribus. ut relinquam eam posteris. Et contristatus rex projecit se in lectum. et nolebat comedere. et confortavit eum iezabel dicens. Equo animo esto. ego dabo tibi vineam naboth. Et scripsit secreto literas ex nomine iehabab et anulo eius signatas. et ad iudices iezabel misit. ut conuentum facerent et ieiunarent. tamquam quod dei iudicium facturi. et submitterent testes aduersum naboth qui dicerent. Benedictus deus naboth deum et regem. i. maledixit secundum hebreum ydeoma. et iudicantes eum maiestatis lapidarent. Et factum est ita. et lapidatus est naboth extra ciuitatem iezabel. Cum ergo accepisset achab de morte naboth. descendebat in vineam ut possideret eam. Et occurrit ei helias thesbitas dicens. Hec dicit dominus. Occidisti. insuper et possidisti. Hebreus habet. Occidisti et post hec hereditabis. In loco hoc in quo lincerunt canes sanguinem naboth lambent quoque sanguinem tuum. i. in eadem regione. Non enim intelligendum est in eodem loco singulariter. Qui respondit. Num inuenisti me inimicum tibi? id est quare inimicaris mihi? Et ait helias. Quod conuenundatus sis diabolo. ut faceres malum coram domino. Preterea demeretur dominus posteriora tua. et dabit domum tuam sicut domum ieroboam et baasa. Sed et de iezabel dicit dominus. Canes comedent iezabel in agro iezrael. Achab ergo timens valde scidit vestem suam. et operuit se cilicio. et dormiuit in sacco. et ambulauit dimisso capite. Et ait dominus ad heliam. Quia huius-

liatus est achab coram me. non inducam malum hoc in diebus eius. sed in diebus filij sui. Forte dimissum est ei peccatum propter presentem iusticiam. Transierunt igitur tres anni sine bello inter siriam et israel propter fedus quod inierant.

Interim autem iosaphat rex iuda accepit uxorem filio suo ioram athaliam filiam achab et iezabel. et per affinitatem confederati sunt rex iuda et rex israel. Tunc descendit iosaphat ad regem israel videndum et eo presente dixit achab seruis suis. Nonne strata est ramoth que est in galaad. cur negligimus eam tollere de manu regis sirie? Et ait ad iosaphat. Veniesne mecum ad pugnandum in ramoth galaad? Qui respondit. Sicut ego ita et tu. populus meus populus tuus. Sed queramus hodie obsecro sermonem domini. et ascendi sunt baal propheta circiter. ecce. Quibus rex ait. Ibo in ramoth galaad ad pugnandum an qui escam? Qui dixerunt. Ascende. et dominus dabit eam in manu regis. Et ait iosaphat. Num est hic propheta domini? Cui achab. Remansit vnus micheas filius bimeia. sed odi eum. quia non prophetaz mihi bonum. Putabat reliquos occisos a iezabel. Tunc petente iosaphat vocatus est micheas. et hortabatur eum nuncius. ut bona regi diceret. sicut et alij. Qui respondit. Cuius dominus. quodcumque dixerit mihi dominus hoc loquar. Porro in pleuro prophetis erat sedechias seruus cornu ferrea. et dicens ad achab. Hec dicit dominus. His ventilabis siriam. donec deleas eam. id est hoc signum do tibi. quia ventilabis siriam. Tunc quesitum est achab a michea id ipsum quod quesitum est ab alijs. Qui respondit. Ascende. et tradet eos dominus in manu regis. non tamen dixit quos vel cuius regis. Cui achab. Adiuro te ut non loquaris nisi quod verum est in nomine domini. Tunc micheas. Cidi israel dispersum quasi oues sine pastore. et ait mihi dominus. Non habent isti dominum.

# Regum. iiii.

reuertant. Et intelligēs achab q̄ p̄dicere  
ei se moriturus. dixit ad iosaphat. **U**ides  
q̄ nō p̄phetat mihi bonum? Tūc addidit  
micheas. **U**idi dñm sedentes. et angelos  
assistentes ei bonos a dexteris. malos a si  
nistris. et ait. **Q**uis decipiet achab ut a  
scendat et cadat in ramoth galaat? **H**oc  
enim exigebant merita eius. Et dixit vn̄  
a sinistris. **E**go ero spiritus mendax i ore  
p̄phetarū eius. **C**ui dñs. **D**ecipies et p̄ua  
lebis. Tūc sedechias percussit micheam  
in maxillam et ait. **N**e ne dimisit spiritus  
dñi et locutus est tibi? **C**ui micheas. **U**isu  
rus es q̄n absconderis in cubiculo. rāq̄ de  
prehensus in mēdacio. Et vidit sedechi  
as regē hesitantē. et confortauit eū dicēs  
secreto. **N**icli esset p̄pheta aruisset manus  
mea. sicut manus ieroboam. **S**ed  
et locutus est contra beliam qui p̄dixit  
te moriturus vbi mortuus est naboth. **T**ūc  
ter precepit incarcerationi micheā vsq̄ ad re  
ditum suum.

**De Josaphat. Ca. XL.**

**A**scenderunt igitur cum exercitu duo reges in ra  
moth galaad. et iosaphat erat in stola re  
gali. **C**ui achab deserēs erat i habitu mi  
litari. **I**ne p̄gnosceret a syris. **R**ex enī sy  
rie preceperat p̄cipibz belli. ut reliquos  
nō curantes solius achab sanguinē que  
rerēt. **E**t p̄pterea imperu facto pugnabāt  
contra iosaphat. **Q**ui cū exclamasset p̄uo  
cans suos. intellexerūt siri nō esse achab.  
et cessauerūt ab eo. **U**nus aut̄ dirigens sa  
gitta i incertū percussit achab iter pulmo  
nē et stomachū. et fluebat sanguis i synuz  
id est in interiora currus. et per precones  
retocatus est exercitus a bello. **M**ortuus  
est aut̄ achab et delatus est in samariā. et se  
pultus ibi iuxta domū eburneā quā edifi  
cauerat. **E**t dū lauarēt muliercule currus  
et habenas in piscina samarie. linxerūt ca  
nes sanguinē eius iuxta sbuz helie. et ve  
gnauit ochozias filius eius pro eo. **P**or

ro iosaphat redeūti occurrit hieu fili? ana  
ni arguēs q̄ impio prebuisset auxiliū.

**J**osaphat r̄do regnauit in iherusalēz. **T**ri  
ginta quinqz annoz erat cū regnare cepit  
let. et. xxv. ānis regnauit. **C**epit at̄ regnare  
anno. iij. achab regis israel. **S**ed hic or i  
tur questio de collarōe. quas oēs p̄r libz  
regū sepati discutiemus. **E**t ambulauit  
iosaphat in vjs a sa p̄ris sui. **A**nno siqui  
tētercio regni sui precepit p̄cipibz et sa  
cerdotibus ut pagrantes p̄ singlas ciui  
tates docerēt p̄lm legem moyli. **P**orro  
amonite. moabite et arabes. irruerūt in iu  
dam circa engaddi. **E**t orate iosaphat in  
templo ut legi in paralipomenō p̄forta  
uit cū iaziel filius zacharie p̄pheta dicēs.

**I**uda et iheru  
salē nolite time  
re et egrediemi  
ni et dñs erit vo  
biscū. **E**t egress  
percussit hostes et  
fugauit. **C**unqz  
dispergeret israel  
castē hostiū tribz  
diebz dixit locuz  
illum cōuallem  
benedcōis et ha  
buit deinceps

cor rectū cū dño. **S**ed et reliquias effemi  
natoz abstulit de terra. verūtāmē excelsa  
non abstulit et adhuc fmebat edō regi iu  
da in tributo. **V**isit quoqz iosaphat clas  
ses in ophir p̄pter aurū que p̄fracte sunt i  
asiogaber. **H**āc p̄fractōem p̄dixerat ei eli  
ezer p̄pheta filius todan futuraz. qz iosā  
phat fecerat fedus cū ochozia. **E**t mortu  
us est iosaphat. et sepultus in ciuitate da  
uid. et regnauit p̄ eo iozā fili? eius.

**S**ub iosaphat nonus latinoz rex fuit sil  
uius carpentus decim? siluius tyberis? a  
quo fluuius dictus est tyberis. qui p̄r al  
bula dicebat. vndeci? silui? agrippa.

**S**equuntur tituli capitulorum in hy  
storiā Regum quarti.

## Historia libri.

De ochozia rege israhel. ca. i.  
De rapto helie. ca. ij.  
De salel xelisei. ca. iij.  
De tribus regibus qui obsiderunt regem moab. ca. iij.  
De superabundantia olei. ca. v.  
De suscitacione filij sunamitis. c. vi.  
De colloquitijs et supabundantia panum. ca. vij.  
De naaman. ca. viij.  
De securi et acrisia siroz. ca. ix.  
De scda obsidione samarie. ca. x.  
De peregrinacione mulieris sunamitis. cap. xi.  
De morte benedab. ca. xij.  
De iozam rege iuda. ca. xij.  
De bieu rege israhel. ca. xij.  
De morte bieu. ca. xv.  
De arthalia et ioas. ca. xvi.  
De gazophylacio. ca. xvij.  
De obitu xelisei. ca. xvij.  
De amasia et ioas rege israhel. c. xix.  
De ieroboam rege israhel et amos propheta. ca. xx.  
De ozia. ca. xxi.  
De zacharia et sellum et manaben. cap. xxij.  
De initio captiuitatis decem tribuum. cap. xxij.  
De ioarhan. ca. xxij.  
De achas. ca. xxv.  
De captiuitate decem tribuum. c. xxvi.  
De ezechia. ca. xxvij.  
De signis trium annorum que predixit ysaias. cap. xxvij.  
De fuga sennacherib. ca. xxix.  
De regressu solis. ca. xxx.  
De morte ezechie. ca. xxxi.  
De manasse et obitu ysaias. ca. xxxij.  
De morte manasse. ca. xxxij.  
De amon et iosia. ca. xxxij.  
De iheremia. ca. xxxv.  
De inuentione deuteronomij. c. xxxvi.  
De morte iosie. ca. xxxvij.  
De ioachim vel ioachas. ca. xxxvij.

De nabuchodonosor et morte ioachim. cap. xxxix.  
De sedechia. ca. xl.  
De laguncula testea. ca. xli.  
De prima obsidione iherusalē. c. xliij.  
De scda obsidione iherim. ca. xliij.  
De fuga sedechie. et captiuitate urbe. ca. xliij.  
De incendio templi et urbis et godolia. cap. xlv.  
De morte sedechie. ca. xlvij.  
De diano contrarietatum. ca. xlvij.  
De ochozia rege israhel. Capitulum primum historie Regum quarti.

**D**uxo ochosias filius achab regnare cepit in samaria. anno xvij. iosaphat et duobus annis regnauit. et ambulauit in vijs patris et matris sue. et puerificatus est moab in israhel. i. recessit a tributo eius. Ceciditq; ochosias per cancellum cenaculi. et egrotauit. et misit nuncios qui psuleret beelzebub dei accaron. de ifirmitate sua. Josephus dicit. misit ad dm accaron musca. et misit beelzebub dei accaron dñs helia in oculum musca. cursum nuncios. Qui ait eis. Numquid non est deus in istra et vtriusque ad deum accaron? Quod obrem non surgit ochosias. sed morietur. Cuius reddissent nuncios ad regem et diceret se redisse pharus modi phibitione questiunt ab eis de habitu viri qui apparuit eis. Qui dixit. Homo pilosus est. et zona pellica accinctus. Qui ait. Helias est. et misit rex quinquagenarium cum suis. qui quinquaginta armatis vocaret heliam. vel inuitum haberet. Et ait quinquagenarius helie sedenti vernice montis. Homo dei. rex precepit ut descendas. Qui respondit. Si homo dei sum descendat ignis de celo. et deuoret te et tuos. et sic factum est. Misit quoque rex alium quinquagenarium cum suis. qui similia locutus est. et similia passus. Destinauit quoque tertium quinquagenarium. qui creditur fuisse abdias. qui curuans genua coram

heliā ait. **O**bscuro vt miseraris aie mee et fuoz meoz. Et ait angelus ad heliam. Descende cū eo ne timeas. Qui descendit ad regē et ait. Quia misisti ad beelzebub quasi nō esset deus in israel. morieris. Et mortuus est occhozias. et regnavit ioram frater eius p eo. anno scdo iorā filij iosa phar. et tūc equiuoci fuerit rex iuda et rex israel. et affines.

**D**e rapto helie. Cap. II.

**F**actum est cum leuare vellet dñs heliā p turbinē in celū. uenēr helias et heliseus in galgala. Et ait helias ad heliseū. Mane hic. qz mittet me dñs i bethel. Qui rñdit. Cuiuit dñs. et uiuit aia tua. qz nō derelinquā te. Sciebat enī in spiritu eū tollendū eē. Et occurrerūt eis filij pphetaz qui erant in bethel. et direūt ad heliseū secreto. Nosti qz hodie tollet dñs tuus a te? Qui respon dit. Noui. Silere. Et ait helias. Mane hic. Qui noluit. Cūqz uenisset i iericho idi p m direūt heliseo filij pphetaz qui erāt ibi qd et predicti. Et uoluit helias vt maneret ibi. sed noluit. Cūqz uenirēt ad iordanē ambo. et. l. de filijs pphetaz a longe specularentur. inuoluit helias pallium suum et percussit aquas q diuise sunt. et transierūt p sicū. Cūqz trāsissent. dixit helias ad eū. Postula qd uis. vt faciā tibi añqz tollar a te. Qui rñdit. Obscuro vt fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit. Rem difficilez postulas. tñ si uideris me quādo tollar a te. erit. alioquin non erit. Spiritum duplicem habuit helias. i. ad duo. ad pphetiā. et ad miracula. At eadez duo in heliseo. et ita nō perijt discipulus esse super mgm. Quidā tñ distinguunt ita. fiat spūs tuus duplex in me. i. duplicetur in me. Qd ita impletū fuisse tradūt. Mā heliseus uiuēs suscitauit mortuū. s. et mortuus suscitauit mortuū. qd nō helias. Cūqz pergerēt. ecce currus igneus et equi ignei diuiseūt vtrūqz. et ascendit be-

lias. et ferebatur per turbinem in celum. Legitur qz sabacha pē helie nōdum nati. vidit in somnis viros cādidatos se salutātes. Qd cū nunciasset in irim. respōsum est ei. Puer hic iudicabit israel in gladio et igne. Heliseus at videbat et clamabat. Pater mi pater mi. currus israel et auriga eius. i. sustentator ppli et rector. et deiecit ei helias palliū suū. Tūc ille scidit vestimēta sua. vel p dolore. vel abiciens vestem suā. et deinceps vteretur veste helie. Et rediens ad iordanem percussit aquas pallio helie et non sunt diuise. et ait. Ubi est deus helie enā nūc? Percussit itqz iterū et diuise sunt. et transijt. Qd videntes filij pphetarū dixerūt. Requieuit spiritus helie sup heliseū. Et occurrētes adoraue rūt eū. et eo licet veniente miserūt. i. viros ad querendū heliaz. si forte projecisset eū dñs in aliquo mōtiū vel vallū. Cūqz q lissent p tres dies. eo nō inuēto redierūt.

**D**e sale helisei. Ca. III.

**T**unc dixerūt vi ri iericho ad heliseum. Terra hec optima est. sed aqua fontis pessima terrā fecit sterilem. Qui assumēs vas nouum terreū misit in illō sal. et egressus ad fontē misit in illū. Et cū orasset ait. Hec dicit dñs. Sanauit aquas has. et non erit i eis mors vltra nec sterilitas. Forte morbofa erat bibentibus cū sterilitate. Et sanate sunt aque vsqz ad diē hāc. Cūqz ascenderet in bethel. illudebāt ei. xliij. pueri dicētes. Ascende calue. Et maledixit eis i noie dñi. i. p nomē dñi. vel inuocato noie dñi. Egressiqz sunt duo vrsi de saltu. et deuorauerunt eos. Cūqz transisset p montem carmeli. redijt in samariā et habitabat in ea. **D**e tribus regibus qui obsederunt regem moab. Ca. IIII.

**D**oro ioram fili us achab regnavit i samaria anno. xviij. iosa phar. et. xij. annis regnavit.

## Historia libri.

tulitque ydola gentium. que pater suus intro-  
duxerat. Veruntamen a cultu vitulorum  
ieroboam non recessit. Quæ cum redargu-  
eretur michæas. occisus est ab eo precipicio.  
vt dicit ephiphanius episcopus salamiæ  
cypri. Et sepultus est in morasti solus iux-  
ta sepulturam senachim. Alius fuit pro-  
phetæ michæas similiter moraschites fertus. xij.  
prophetarum. Porro rex moab soluebat re-  
gi israel tributum. agnos. c. milia. et torridæ  
arieres cum vellibus suis. sed mortuo  
achab recessit a tributo. Quamobrem iorã  
rex israel ascendit contra eum in preliis et  
habuit secum iosaphat regem iuda. sed et  
iosaphat duxit secum regem edom. Cum  
que iuissent per desertum idumee. vij. diebus  
non erat eis aqua. Et ait iosaphat Est ne-  
hic propheta domini? Et respondit quidam. Est  
hic heliseus. qui fundebat aquas super ma-  
nus helie. Et steterunt tres reges ante he-  
liseum. Qui dixit ad regem israel. Quid  
mibi et tibi est. i. tu cum sis ydolatra. qua-  
re venis ad prophetam domini? Veruntamen  
propter iosaphat respiciam te. et ait. Addu-  
cite mihi psaltes. i. psallentem. Cumque ca-  
neret psaltes. per armoniam excitatus est spi-  
ritus eius. et factus est spiritus domini super  
eum. et ait. Facite in alueo torrentis huius  
efficcato fossas et foueas. vt abundantiam  
superuenientis aque retinere possint. Da-  
bit enim dominus vobis aquam sine vento. et  
pluuiam in abundantiam. Insuper tradet do-  
minus moab in manus vestras. vrbes et  
lectas percutietis. ligna fructifera succide-  
tis. fontes obdurabitis. agros egregios  
operietis lapidibus. Factum est mane in  
hora sacrificij. irruerunt aque per alueum  
torrentis. Pluerat enim vehementer tri-  
bus diebus vt ait iosephus supremis par-  
tibus ydumee. Porro moabites stabant in  
terminis terre sue vt prohiberent hostes  
ab ingressu. Qui cum mane vidissent ex-  
aduerso aquas turbidas torrentis sole re-  
percussas. suspicari sunt infectas sangui-  
ne. et dixerunt. Surgamus ad predam

mutuo celi sunt hostes. Et dum irruerent  
precipites percussit eos israel. et fugerunt  
et de populatus est israel moab. et fecit illa  
quattuor que prædixerat heliseus. Et circum-  
dederunt civitatem vbi erat sedes regni. que  
a fundibularijs ex magna parte percussa  
est. Et desperans moab rex. tulit septingē-  
tos electos. vt irruerent per partem exercitus  
vbi erat rex edom. vt aufugeret. Sed ho-  
stes repulerunt eum in urbem. et necessitate  
compulsus. filium qui regnaturus erat pro eo.  
coram hostibus supra murum obtulit olocan-  
stum. vt deus eum liberaret. Reges autem vi-  
dentes hoc factum necessitatis ex humana com-  
passione. recesserunt ab eo. Et redijt iosaphat  
in iherusalem. et occurrens ei hieui propheta.  
filius anani culpabat eum quod hominum ido-  
latrie solacia prebuisset.

De superabundantia olei. Ca. V.

**F**actum est autem  
cum quedam mulier de vxoribus pro-  
phetarum vxor. scilicet ab die ad heliseum clama-  
bat dicens. Vir meus mortuus est. et oppres-  
sus erat ere alieno propter alimoniam pro-  
phetarum. Et ecce creditor venit vt tollat  
duos filios meos ad suendum sibi. Et  
respondit heliseus. Quid habes in do-  
mo tua? Et illa. Non habeo nisi paruum olei  
quo vngar. Qui ait. Petere mutuo vasa  
vacua non pauca. et clauso ostio cum filiis  
tuis mitte inde omnia vasa. Dumque infun-  
deret mulier. crescebat oleum. et impleta  
vasis stetit. i. crescere cessauit. Quod cum  
accepisset heliseus ait ad eam. Glade veni-  
te. et redde creditori. Tu autem et filij tui. vi-  
uite de reliquo.

De suscitacione filij sunamitis. C. VI.

**F**actum est vt tran-  
siret heliseus per sunam civitatem  
et erat ibi mulier magna non tam corpo-  
re quam sapientia. que intelligens virum dei es-  
se tenuit eum vt comederet panem. Cum  
que frequenter diuerneret ad eam heliseus

## Regum. iiii.

suasit mulier viro suo. vt faceret ei cena /  
culum paruum. et ponerent in eo lectulū /  
et mensam ⁊ sellam et candelabrum. Et /  
rediens heliseus requieuit ibi. et ait ad gi /  
ezi. Voca sunamitē hāc. et loquere ad eā /  
Quid vis vt faciat dñs meus tibi. **Loq̄** /  
tur pro te regi vel p̄cipi militie. **Quere** /  
spondit. In medio populi mei habito. q. /  
diceret. Gallata sum propinquis. et nul /  
lus inquietat me. **Cunq̄** quereret helise /  
us quid vellet. dixit giezi. ad eum **Filium** /  
non habet. et vir eius senex est. **Tunc** ait /  
heliseus ad eam. in tpe isto ⁊ in hac eadez /  
hora si vita comes fuerit. habebis in vte /  
ro filiū. **Hebreus** sic habet. In tpe isto cū /  
t̄ps vite subaudi adhuc erit tibi. habebis /  
⁊c. **Que r̄ndit.** Noli vir dei mētiri ancil /  
le tue **Concepit** tñ mulier. et peperit iuxta /  
verbum helisei **Cūq̄** creuisset puer. egres /  
sus est ad p̄em ad messorēs et egrotauit. /  
**Cunq̄** clamasset caput meū doleo. remi /  
sit eum pater ad m̄em suā. et mortuus ē. /  
Et collocauit eū mater sup lectū viri dei. /  
et clausit ostiū. et vocans virū suum ait. /  
**Currā** ad virū dei et reuertar. **Qui r̄ndit** /  
**Hodie** nō sunt kalende nec sabbatū. cur /  
ibis? **Istis** enim diebz p̄phete et doctores /  
solebant frequentari. et audiri. **Et tollēs** /  
mulier vnū de pueris secū sedens ī asino /  
venit ad virū dei in montē carmeli. **Qui** /  
cum vidisset eā ait ad giezi. **Ece** sunami /  
tis illa. **Occurre** et dicei. **Recte** ne agit /  
circa te et virū tuū ⁊ filium? **Quere** spon /  
dit. **Recte.** Et nota q̄ semp heliseus ho /  
spitiam suam vocabat sunamitē **Non** enī /  
tantā habuit familiaritatē euz ea. vt pro /  
prium nomē eius sciret. et p̄iecit se mul /  
er et apprehendit pedes helisei. **Et** ait gie /  
zi volenti eam amouere. **Dimitte** illam /  
in amaritudine est. et dñs celauit me. **Et** /  
ait mulier. **Aliquid** peruii filiū a te? q. d. /  
**Sibi** non perenni dedisti filiū in perniciē /  
meā **Quid** nō dixi tibi. ne illudas me /  
**Illusionem** vocat dari filiū a dño. et taz /  
cito auferri. **Et** ait ille ad giezi. **Tolle** ba

culū meū et vade ⁊ ne facias morā vel ali /  
quem salutando vel respondendo salutā /  
ri. et pones baculum meū super faciē pue /  
ri. **Cunq̄** abiisset. ait mulier ad heliseū. **Qui** /  
uit dñs non dimittā te. **Et** secutus est eā. /  
**Et** reuersus est giezi in occursum eius di /  
cens. **Non** surrexit puer. **Et** ingressus he /  
liseus incubuit super puerū. et contrahēs /  
se coaptrauit membra sua membris eius. /  
**Et** cum orasset calefacta est caro pueri. et /  
oscitauit puer. et aperuit oculos. **Quem** /  
cum reddidisset marri viuente. reuersus /  
est in galgala **Hunc** locū sepe frequenta /  
bat heliseus. tum pro religione loci. tñ q̄ /  
ibi natus est. et in ortu eius tale ibi conti /  
git prodigium vt imago vna ex virul' au /  
reis mugiret acute. **Quo** audito in ihxru /  
salem sacerdos diuino nutu ait. **Propheta** /  
natus est in isrl' qui sculpilia eozū de /  
struet ⁊ fusilia.

**De** colloquitiadis ⁊ de superabundantia /  
panum. Ca. VII.

**De** orro famese /  
rar in terra et filij p̄phetarū cō /  
uenerant ad heliseū. **Qui** dixit vni de pu /  
eris. **Coque** pulmentū filijs p̄phetarū. /  
**Qui** egressus vt colligeret herbas agre /  
stes. inuenit quasi vitem siluestrem ⁊ col /  
legit ex ea colloquintidas. nesciens quid /  
esset. et concidit in ollam pulmenti. **De** /  
sunt agrestes cucurbitae amarissime. m̄io /  
res his que in ortis nascūtur. **Vel** vt qui /  
dam dicūt. herba est quasi vitis se diffun /  
dens ī sepibus. fructu modico purpureo /  
et rotundo cum maturus est. **Cunq̄** gu /  
stassent recūbentes de coctione hac clama /  
uerunt. **Oris** in olla viri dei. i. amaritu /  
do quasi in morte. vel mortifera. **Et** alla /  
tam farinam misit in ollam. et dulcorata /  
est iesta. **Vir** autem quidam tetulit viro /  
dei panes primitiarum. et. xx. panes orde /  
aceos. et frumentū nouum in pera. id est. /  
grana confricata. **Nō** est intelligendū de /  
panibus primitiarum que offerebant in /  
e iij.

## Historia libri.

pentecoste. nec de polenta que offertur in pascha. sed quia fames erat in terra. festinan-  
ter de tritico adhuc recente fecerat iste panes. quos fecit heliseus apponi populo.

Quidam dicunt. c. viris quia minister dixit. quantum est hoc ut apponantur. c. viris. Sed intelligendum ut apponantur etiam. c. viris nedum populo. Vel forte duos tantum panes primitiarum apposuit. c. viris dicens. Hec dicit dominus. Comedent et super erit. Et factum est ita miraculose iuxta verbum domini.

**D**e naaman. Ca. VIII.

**N**amaan autem princeps erat militie regis syrie. vir dives et assiduus sed leprosus. Et la-  
trunculi de siria captivam duxerant puellam de israhel. que erat in obsequio uxoris naaman. Que ait ad dominam suam. Utinam fuisset dominus meus ad prophetam samarie qui curaret eum. Tulitque naaman argentum et aurum multum. et x. mutatoria vestium. id est decem paria. vel novas vestes que sic vocantur pro mutatione vestium veterum. Tulitque secum literas regis syrie ad regem israhel. in hec verba. Scito quod miserim ad te naaman ut cures eum a lepra. Et audiens rex israhel blasphemiam. scidit vestimenta sua et ait. Nunquid ego deus sum ut curem hominem leprosum? Occasiones querit aduersum me. Et misit ad eum heliseus dicens. Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me. et sciat prophetam esse in israhel. Stetit itaque naaman et equitatus eius ad ostium helisei. Qui misit ad eum dicens. Lauare septies in iordane et mundus daberis. Cumque abiret naaman indignas quod non tenisset eum inuocans nomen domini. dixerunt ei servi sui. Si rem grandem dixisset tibi propheta facere debueras. quam tomagis quod modicum est? Descendit ergo et lauit se in iordane septies. et mundatus est. Et rediens stetit coram heliseo et ait. Scio quod non sit deus alius in vniuersa terra. nisi in israhel. Et obrulit ei benedictio.

nem. Cumque reuerti vim faceret. ait heliseus. Cluui dominus. quia non accipiam. Et ait naaman. Obsecro ut tollam onus duorum burdonum de terra hac. Est autem burdo ex equo et asina. Secundum quosdam tulit terram. ut sterneret eam in templis idolorum. ut stans super eam adoraret deum terre israhel. ne offenderet dominum suum si pariter non adoraret. Sed verius videtur quod fecerit altare domino ex ea ad imolandum. Unde et subdidit. Non faciet seruus tuus ultra olocustum ac victimam diis alienis nisi domino. Unum est quod mutare non possunt cum imitatur rex super manum meam. et adorat in templo remon oportet me simul adorare. Ora dominum ut non imputet mihi hoc. Et abiit naaman electo terre tempore id est cum elegisset terram ad portandum. Hebreus sic habet. Abiit ab eo aliquanto terre spacio. Eadem ambiguitas in genesi legitur. Eratque vernus tempus. Et ingrediebatur effrata. Hebreus habet. Adhuc spacium terre erat. et ingrediebatur effrata. Et sic latinus interpretes posuit electum tempus vel vernus pro spacio. Cucurrit autem giezi post naaman ut aliquid acciperet ab eo et ait. Dominus meus misit me ad te dicens. Venerunt ad me duo adolescentes ex filiis prophetarum. da eis talentum argenti et vestes duplices. At ille dedit ei duo talenta et vestes. et tradidit ei pueros qui deferrent ea. et abscondit ea in domo. Cumque vespere staret coram heliseo ait. Unde venis giezi? Qui respondit. Non iuit frater tuus quoquam. At ille. Non necor meum tecum erat. cum reuersus fuisset homo in occursum tuum? Accepisti argentum ut emas possessiones. Sed lepra naaman adhaerebit tibi et semini tuo in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus. Non legitur ad literam giezi filium habuisse leprosum. nec posterum. Certum est autem de giezitis quod lepra symonie resperfi sunt.

**D**e securi et acrisia siron. C. IX.

## Regum quarti.

**F**actum est autē

cum esset beliseus cum filiis pro-  
phetarum incidentibus ligna ad iordanē  
cecidit ferrum securis vnus in aquā. Cū  
q̄ ciularet ille. misit beliseus lignum in a-  
quam vt ceciderat. et natiuit ferruz. et tu-  
lit illud. Porro rex sirie pugnabat cōtra  
israhel. et sepe ponebat seruos suos in in-  
sidijs. quas cauebat rex israhel. beliseo si-  
bi manifestante abscondita serorum. Et  
prurbarus rex sirie ait seruis suis. Quis  
vestrum proditor est mei apud regem is-  
rahel? Et ait vnus. Nequaquē. sed belise-  
us indicat regi israhel quecumq̄ loqueris  
in conclau. Qui ait. Vitram et capiam  
eum. Cūq̄ accepisset eum esse in dorba-  
im. misit illuc robur exercitus. Qui veni-  
entes illuc ī nocte circumdederunt ciuita-  
tem. Mane puer belisei vidit exercitum.  
territusq̄ clamauit. Deu domine quid fa-  
ciemus? Qui respondit. Noli timere. plu-  
res sunt nobiscum. Et orante beliseo ape-  
ruit dominus oculos pueri. et vidit mon-  
tem plenum curribus igneis id est agmi-  
nibus angelorum. Cūq̄ intrarent hos-  
tes ad eum. orante beliseo percussit eos do-  
minus cecitate. non omni quidem. sed a-  
crisia ne eum ag-  
noscerent. Et di-  
xit ad eos helise-  
us. Non est hec  
via. nec est ista ci-  
uitas id est nō est hic mansio belisei. Se-  
quimini me et ostendam vobis virtū quē  
queritis. et duxit eos in samariam. Et o-  
rante beliseo aperuit dominus oculos eo-  
rum. et viderunt se esse in medio samarie  
et hostes circumdantes. Et dixit rex israhel  
ad beliseum. Percutias eos p̄ me? Qui  
respondit. Nequaquē. dominus enim ad-  
duxit eos. sed prebe eis hospitalitatem af-  
fluenter. Quo facto redierunt sirii ad pro-  
pria. nec vltra in diebus belisei venerunt  
latrones sirie in israhel.

De secunda obsidione samarie.  
Capitulum. X.

**F**actum est post

hec benedab rex obsidebat sama-  
riam et facta est fames in samaria. ita vt  
venderetur caput asini. lxx. argēteis nu-  
mismatis. et quarta pars cabi stercoris co-  
lubarum. v. argenteis. Hac vt ait iose-  
phus condiebant cibos pro sale. Tradūt  
quidam nomine stercoris dici vesculaz  
columbe. in quo reperiebantur grana de-  
foris albata. Cūq̄ transiret rex israhel.  
per murum. et consideraret custodias mu-  
ri. clamauit uulier ad eum. Salua me do-  
mine rex. Qui suspicatus q̄ querebat aliquid  
abeo. commotus respondit. Non saluat  
te dominus. Unde te saluare possuz? De  
area an de torculari? Que respondit. Ne-  
quaquē domine. sed ego et mulier ista con-  
dixeramus de filiis nostris comedendis.  
et comedimus filium meum. hec autē ab-  
scondit filium suum. Et contristatus est  
rex vehementer. et scidit vestimenta sua.  
et apparuit cilicium quo vestitus erat ad  
carnem. Et ait. Quid amplius mali pos-  
sumus expectare a dño. Hec faciat mihi  
deus et hec addat. si steterit caput belisei.  
super ip̄m hodie. Hoc enī malum impu-  
tabat beliseo. q̄ p̄ciues non liberabat cū  
posset. Cūq̄ misisset spiculatorē. peni-  
tentia ductus sequebatur euz vt prohibe-  
ret. Deliseus autē sedebat in domo sua et  
senes cum eo. quos iosephus discipulos  
eius dicit. Et ait beliseus. Nescitis quia  
filius homicide. qui. s. occidit nabothe mi-  
sit vt p̄scidatur caput meum. Prohibi-  
te intrare nunciū donec veniat rex. qui p̄-  
hibebit ei qd iusserat. Cūq̄ supuenisset  
rex. ait beliseus. Erat hac hora erit in por-  
ta samarie modi? simile. p̄ statere vno. et  
duo modij ordei similiter. Et irrisit eum  
vnus eoz super quoz manus rex incube-  
bat dicēs hoc esse impossibile. Cui belise-  
us. Videbis et nō comedes. Porro quattuor

## Historia libri.

leprosi erant ad introitū porte fame deficientes. Qui vespere venit ad castra sirie et neminē ibi reperit. Terruerat enī dominus viros. et sonitus exercitus magni mittēs sup̄ eos. fugerūtq; aīas suas tū saluare cupiētes. et intrātes leprosi comederunt. et tollentes de preda iuxta cor suum nūciauerūt portarijs vrbis viros abisse. Suspicatus autē rex isrl̄ viros simulasse fugaz et latere. misit duos in equis qui explorarent omnia vsq; ad iordanē. Qui cum reuersi nūciauissent viros fugisse. egressus populus diripuit castra. et vendebatur similia et ordeum iuxta verbū helisei. Dur autem qui irriserat eū a rege p̄stitit ad portam oppressus est a turba. et mortuus est.

De pegrinatōem hieris sunamitis.

Cap. XI.

**D**ixit hec autē heliseus locutus est ad mulierē. cuius filiū suscitauerat. Uade cū domo tua peregrinari vbi cūq; poteris. Vocauit enī dominus famē super terrā. vij. annis. i. anglin̄ prepositum fami. q. d. fames veniet. De hac fame dubium est vtrū precesserit predictā obsidionē vel secuta sit. Igitur mulier intrauit terrā philistijm. et p̄ribules occupauerūt bona eius. Que finita fame regressa est. et intrauit vt interpellaret regem pro domo sua et agris. Et tūc rex loq̄batur cū giezi. querēs ab eo magnalia helisei. Qui videns mulierē ait. Dñe hec est mulier et hic est filius eius quem suscitauit heliseus. Que cum narrasset seriē facti regi restituit ei rex quecūq; amiserat a die qua reliquerat terram.

De morte benedab. C. XII.

**D**ixit benedab rex sirie audiens q̄ deus amouerat eū ab obsidione et nō homo. cōrristat̄ egrorabat. Heliseus autē veniebat damaſcū. et misit rex in occurſu eius azahel cū munerib; vt p̄suleret eum de infirmitate

sua. Cui querenti respondit heliseus. Dic ei sanaberis. Nec dixit sanabitur. q̄ mortuus est rex. Sed vt diceret ei sanaberis. Postea traxit azahel in partē dicens. Descendit mihi dñs q̄ moriet. et tu eris rex sirie. Tūc impletū est qd̄ dixerat dñs helie. Aliter enī nō inuixit helias azahel. nisi q̄ per heliseum p̄dixit eū futurū regē. Et fleuit heliseus videns in spiritu mala que facturus erat azahel filijs israhel que etiaz indicauit illi. Et reuersus azahel ad regē dixit. sanaberis. Altera die tulit stragulum. et infudit aquā. et expandit super faciem eius. Stragulum p̄prie est stratorium qd̄ lecto vel sedili supersternitur. Et dicitur q̄ azahel pannū perfusum aqua inposuit super eum ad refrigerandum. De breuis habet. Expandit super faciem suā stragulum. vt non azahel sed ip̄e benedab hoc fecisse intelligatur. et tamen mortuus est rex et regnauit azahel pro eo. Quidam tamen hoc exponunt de obsequio mortui dicētes q̄ azahel mortuū lauit aqua. et expandit stragulum super faciem mortui. Iosephus plane dicit q̄ azahel altera die infuso laqueo strangulauit illuz. Ad hūc sensum quidam predictam literam referūt dicentes. q̄ azahel vestem madefactā inposuit super facies eius. simulans refrigerationem. sed statim effudit aquā super os eius donec suffocaret eum.

De iozā rege iuda. C. XIII.

**D**ixit anno quinto iozā filij achab regis israhel in quo congregauerat ei iosaphat rex iuda. regnauit iozā filius iosaphat in iherusalem. vij. annis. Qui ad p̄siliū vrbis fecit malum corā dño securus deos alienos. Tamē dñs non disperdidit iudā p̄pter dauid suū suum. Tūc recessit edō ne esset sub iuda. Nam et regē suum tributarium occiderunt ydumei. nouū creatos qui non teneretur tributa reddere. Cūq; occidisset sex fratres suos iozā

## Regum quarti.

compelleretq; iherosolimitas etiā ydola trare. tulit ad eum quidam belias ppheta epistolam correctoriam cū pminatōne pene. Impleta est autē pminatio in hūc modum. Arabes irruentes in iudam vastauerunt provinciam et domos regias. et vixorem regis abduxerunt. filiosq; occiderunt preter ochoziam. et ipserandem cronicaz incidit egritudinem. interna corruptione viscera effundens. vt quotidie quasi sepultum videret et mortuus est. et sepultus est in ciuitate dauid. Non tamen vtriusq; sephus in sepulcro patrum suoz. sed priuatum tumulum sine regalibus exequiis tradiderunt ei. Et regnauit ochozias. vel azarias. vel ozias filius eius pro eo. Hūc regem et reliquos vsq; ad oziam ptermittit matheus. Regnauit autem anno. xij. ioram filij achab. Viginti duoz annoz erat ochozias cum regnare cepisset. et vno anno regnauit in iherusalem. et ambulauit in vix achab aui sui. Abijtq; cū ioraz filio achab auunculo suo. ad pchandum contra azabel regem finie in ramoth galaad. et vulneratus est ioraz. et relicto exercitu in obsidione sub bieu principe. descendit in iezabel vt curaret. et descendit cū eo azarias.

De bieu rege isrl. C. XIII.

**H**eliseus autē misit vnū de filiis pphetarū cum lenticula olei ad exercitum in ramoth galaad. vtriusq; bieu vocatū in partē vngeret in regē super israel. Qui cum inuenisset bieu sedentem cū principibus ait. Verbū mibi ad te est o princeps. et ait bieu. Ad quem? Qui respondit. Ad te o princeps. Forte non pgnosces bieu. hoc quasi p sagium in mente sua posuerat. ipm eē bieu. qui primus respondisset. Cūq; induxisset eū in cubiculū. fudit oleum super caput eius et ait. Hec dicit dñs. Vni te regem super israel. et percuties omnē domū achab in vltione sanguinis suoz meoz

de manu iezabel. Quo facto citissime au fugit propheta. Cūq; regressus esset hi eu ad suos dñi sui dixerūt. Quid venisti sanus iste ad te? Quasi insanos enī reputabant filios pphetarū vel q; fugerat citissime quasi insanus. Et ait bieu. Recte iudicatis. Nam verbavetana locutus est dicens. Hec dicit dñs. Vni te regem super israel. Festinauerunt itaq; tollere vestes suas et sustinere ei in similitudine tribunalis. et canētes tuba dixerūt. Regnabit bieu. Coniurauit ergo bieu cōtra ioram et ait. Nullus nunciet hoc in iezabel. sed omnes ascendamus simul. Cūq; ascenderent. speculatoz in iezabel ait. Ecce video globum venientem. Et suspicatus ioram vel captam esse urbem. vel pacem factam. misit nuncium in occursum eozum. Qui ait. Hec dicit rex. Pacata sunt oīa? Et ait bieu. Quid tibi et paci. quasi. d. Quid ad te? Sequere me. Vel forte huic bieu quasi ipi regi respōdit. q. diceret. Quid qris de pace. qui terrā et pacem turbas? Et adhesit nuncius ei. Misit et ioram secundum nūcium. qui similiter non est reuersus ad eum. Et ascēdēs ioram rex israel. et rex iuda cum eo. egressi sunt in occursum bieu vsq; in agrum naboth iezabelite. Et ait ioram. Est ne pax bieu? Qui respondit. Que pax? Adhuc vigent fornicationes matris tue. q. diceret. Que pax potest esse inter nos. cum iugiter offendamus deū per ydolatriā matris tue? Et fugiens ioram. ait ad nepotem suum. Insidie sunt hic ochozia. Tunc percussit bieu iorā inter scapulas. et regressa est sagitta p cor ei. et corruit mortuus. Et ait bieu ad duce tercię pris militū. Projice eū in agro naboth. Memēto qm ego et tu seqbam achab ptem huius. qm pminatus est ei dñs p beliam q; redderet ei in agro naboth. p sanguine naboth et p sanguine filioz eius. Tamē supra de filiis naboth nulla facta est mētio. h. qd ibi tacitū ē. hic supplet. Forte canes lūxerunt sanguinez

# Historia libri.

ioram iuxta verbum helie. Linxerunt enim sanguinem achab. cum linxerunt sanguinem filij eius. **O**choziam vero fugientem insecutus est hieu. et vulneravit eum in asce su gabet. **Q**ui vulneratus fugit in magdoo. et mortuus est ibi. et tulerunt eum in iherusalem. et sepultus est in civitate david. **P**ost hec intrauit hieu in iezabel. **P**orro iezabel erat in turre et depinxit oculos suos stibio. et ornauit caput suum vt pulcherrimis venientibus appareret. et per fenestram ait ad hieu. **Q**uid par esse potest zamri. qui interfecit dominum suum: q. d. **T**u occidisti dominum tuum sicut zamri. et eadem pena puniendus es. **T**unc dixit hieu duobus eunuchis. qui circumstabant eam. **P**recipitate eam. et precipitauerunt eam de turre. et conculcauerunt eam ungule equorum. **C**um ergo hieu sederet ad mensam. ait seruis suis. **I**te et sepelire maledictam illam quia filia regis est. **C**umq; venissent ad eam non inuenerunt nisi caluariam. i. superma cellulam cerebri. et pedes et summitates in manu. **Q**uo audito ait hieu. **S**ermo domini est quem locutus est per heliam.

De morte hieu. C. XV.

**E**rant autem achab filij in samaria. **E**t scripsit hieu ad nutrices eorum. et ad optimates civitatis dicens. **E**ligite quem vultis de filiis achab. et constituite regem super vos et pugnate pro domo domini vestri. **Q**ui perterriti rescripserunt ei. **S**erui tui sumus. fac quod tibi placet. **E**t scripsit eis secundum domum. **S**i mei estis. tollite capita filiorum domini vestri. et venite ad me cras in iezabel. et sic factum est. **E**t attulerunt capita in corbibus ad hieu. **Q**ui mandauit ne introducerentur ad eum. sed iuxta introitum porte ponerentur ad duos aceruos vsq; mane. **C**umq; mane intraret capita dixit hieu ad populum. **I**usti estis. q. d. **C**omparatione istorum qui. lxx. occiderunt iusti estis. qui non nisi ioram et iezabel mecum occi-

distis. **U**el potius samaritas qui eos occiderant comendauit. q. d. **I**uste fecistis implendo verbum domini. quod videtur velle litera sequens. **A**ddidit enim. **S**ie ergo interfeci dominum meum quis percussit eum et istos? **D**ominus fecit quod locutus est in manu helie. **T**unc percussit hieu omnes reliquos de domo achab in iezabel. et optimates eius et notos et sacerdotes. et ibat in samariam. **I**n via vero obuiauerunt. xl. duobus fratribus ochozie regis iuda. qui descendebant ad salutandos ioram et ochoziam nescientes quod occisi essent et occidit eos hieu. **T**unc egressus est iocursum hieu ionadab filius rechab. et benedixit ei pro ultione domini quam fecerat. **Q**uem impositum curru suo duxit hieu in samariam. et percussit omnes qui reliqui fuerant de achab vsq; ad vnum. **C**ongregauit ergo hieu populum samarie. et ait in dolo. **A**mpliare volo cultum baal. vocate omnes prophetas eius et sacerdotes. **Q**uicumq; defuerit non viu et. **S**acrificium enim grande est mihi baal. et venerunt omnes serui baal. nec vnus defuit et repleta est domus baal. **E**t ait hieu his qui erant super vestes. **D**ate vestes omnibus suis baal. **E**t cederunt. **C**umq; persecutus esset hieu diligenter. ne quis deesset. vel alius interesset. dixit militibus suis. **I**ngredimini et percutite eos. nullus euadat. **E**t percusserunt eos. statuaq; baal cominuerunt. et destruxerunt templum eius et fecerunt pro eo latrinas id est subterranos cuniculos ad mundandas vias vrbis. **E**t delevit hieu baal de israel. **V**erum tamen a vijs ieroboam non recessit. et ait ei dominus. **Q**uia fecisti que in corde meo erant contra domum achab filij tui vsq; ad quartam generationem sedebunt super thronum israel. **E**t mortuus est hieu et sepultus in samaria cum regnasset viginti octo annis. et regnauit pro eo filius eius ioram. vel ioacham.

De arbalia et ioas. Ca. XVI.

**D**oro athalavi  
 tens filium suum mortuū et vo-  
 lens regnare. interfecit omne semen re-  
 gium in iherusalem. Erat autem iofaba  
 soror ochozie ex patre. et vxor ioadesum-  
 mi sacerdotis. que furata est ioas filium  
 ochozie lactantem ne interficeretur. et ab-  
 scondit eum. vij. annis in domo domini.  
 id est in domunculis ebdomadarioꝝ. An-  
 no autem septimo ioiada collegit centuri-  
 ones et principes leuitarum et milites et  
 ostendit eis secreto filium regis. et coniu-  
 rauerunt omnes pro puero contra athali-  
 am. et q̄ puerum in sabbato constituerēt  
 regem. Et fecerunt in hunc modum. **U**-  
 ginti quattuor erant summi sacerdotes.  
 quorum vnusquisq̄ in ebdomada vicis-  
 sue habebat secum in ministerium. xxiij.  
 minores sacerdotes. et totidem cantores.  
 et totidem ianitores. Diluculo vero sab-  
 bati pontifex qui ministrauerat. cum tur-  
 ba sua egrediebatur ad propria. pontifex  
 vero qui ministraturus erat ingredieba-  
 tur cum turba sua. **T**unc autem ioiada  
 pro ampliando exercitu retinuit egresso-  
 res. et recepit ingressuros. faciēs ex eis du-  
 as turmas. **A**d iunxit quoq̄ terciam tur-  
 mam de centurionibus et leuitis quos cō-  
 uocauerat. et intrans domum salcus et do-  
 mum armorum quam quondam fecerat  
 dauid. dedit singulis arma. et precepit e-  
 gressuris. vt circumstarent regem in atrio  
 interiori et custodirent. **I**ngressuris vero  
 dixit. vt descenderent ad domū regiaꝝ. ne  
 serui regine egredientes ex ea vncōnem  
 regis impedirent. **S**ed hanc turmam di-  
 uisit in tres partes. precipiens. vt vna ob-  
 seruaret excubias regis id est porticus do-  
 mus regie. **A**lia pars obseruaret portam  
 seyr. per quam ascendebatur de ciuitate ī  
 domum regiam. **T**ercia ps obseruaret mes-  
 sa. que dicitur porta scurarioꝝ. i. custodum re-  
 gis. per quam de domo regis ascendebat  
 in tēplū. **T**ercia nō partē quā collegerat

de centurionibus et leuitis posuit ad cu-  
 stodiam atriorum templi ex omni parte.  
**T**unc ipse cum reliquis sacerdotibus et le-  
 uitis et senioribus produxit filiū regis. et  
 vniuit eum in regem. et imposuit sup eum  
 diadema. et testimonium. i. legem dei de-  
 dit ei tenendam in mambꝝ. vt cū ipso ha-  
 bitu regni disciplina legis dei seruāda cō-  
 mitteretur. **A**thalia vero accurrens scidit  
 vestimenta sua clamans. **C**onjuratio iu-  
 ratio. **E**t eduxerunt eam sacerdotes extra  
 sepra templi. per portam equoꝝ. et interfe-  
 cta est ibi. **D**eduxeruntq̄ regez per portā  
 scurarioꝝ in pallaciū. et sedit sup thro-  
 num regium. **E**t letatus est populus ter-  
 re. q̄ abstulerat dominus opprobriū. ne  
 regnaret mulier super eos. et destruxerūt  
 templum baal. arasq̄ et ymagines quas  
 fecerat ioam et athalia. **N**athan quoq̄  
 sacerdotem baal occiderunt coram altari  
**S**eptem annozū erat ioas cum regnare  
 cepisset. anno septimo hien regis israhel.  
 et quadraginta annis regnauit in iherusa-  
 lem. et fecit rectū coram domino cunctis  
 diebus ioiade sacerdotis.

De gazophylacio. Ca. XVII.

**E**rant autem in  
 domo domini ruine. non solum  
 pro vetustate et negligentia. sed etiā quas  
 fecerat athalia. et de sacrificiis paraue-  
 rat domum baal. **P**recepit itaq̄ ioas sa-  
 cerdotibus. vt instaurarent sarratecta do-  
 mus recipientes oblationes pretereunti-  
 um. et que offerebantur pro precio anime  
 id est q̄ dabā rituri ad plūz nūerari. **O**b-  
 latio enī. p̄ d̄ licito. et p̄ peccato sacerdotum  
 erat. q̄ cū suscepissent sacerdotes vsq̄ ad  
 xxiij. annū regis ioas. nō tñ instaurauit  
 sarratecta templi. **E**t iratus rex. phibuit  
 sacerdotes ultra accipere pecuniā. **J**oseph  
 tñ dicit q̄ per oēm regionē sumerēt sacer-  
 dotes pro capite dimidium fidi. **Q**uod  
 videns ioiada populo non placere cessa-  
 uit. et ob hoc nō fuerunt instaurate ruine.

## Historia libri.

**T**unc ioiada fecit gazophilaciū munitū apro desuper foramine. et posuit illud ad dexteram ingredientium domum nō longe ab altari. Cūq; apparerz plurima pecunia in gazophilacio. scriba regis et pontifex effundebant eam. et dabant his qui p̄ erant cementar̄s domus domini. Et nō fiebat cum eis ratio. sed in fide tractab̄r. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod in domo domini nisi de eo quod erat residuum sartatectis. vt legitur in paralipomenō. Et mortuus est ioiadas sacerdos qui solus legitur post moysen. c. xxx. annis vississe. et sepultus est i ciuitate dauid. eo q̄ generi dauid reparauit imperiū. Et mortuo ioas a legitimis dei dedinauit. cuius exemplo etiam oprimates viciari sunt.

**Q**uem cuz argueret zacharias filius ioiade. fecit cum lapidib; obrui inter templū et altare. Extūc vt dicit epiphanius nō accepit populus in templo responsum

manifeste sicut prius. nec et dabit nec et ephod. Rex autē non multo post penas exsoluit.

**A**habel enim rex syrie cum expugnass; geth. ascēdit in iherusalem.

**J**oas vero misit ei thesauros domus dñi. et domus regie non de absconditis tūmuloz.

**C**unq; incurrisset ioas languorem pessimū eo q̄ diuinos honores sibi volebat impen

**N**ō moueat te quod legitur in euāgelio a sanguine zacharie filij barachie. Forte ioiada binomi⁹ fuit. Vel ideo quia barachias interpretatur benedictus dñi qd̄ iste fuit.

**D**abit enim dicit lapis positus in rationali. Unde et dabit idē ex rationali perpendebant. vtrum deuz haberent. p̄cium vel offensuz. Vel dabit interpretatur fimo et est sensus. Necq; per sermonez neq; per signa loquebatur illis.

**O**mnes filij zacharie cum eo lapidari sunt preter vnuz postumū qui postea dicitur esse zacharias.

**O**mnes filij zacharie cum eo lapidari sunt preter vnuz postumū qui postea dicitur esse zacharias.

**O**mnes filij zacharie cum eo lapidari sunt preter vnuz postumū qui postea dicitur esse zacharias.

eo q̄ diuinos honores sibi volebat impen

di. vt dicit hebrei. duo serui eius percussissent eum et mortuus est. et sepultus in ciuitate dauid. non tamen in monumentis regalibus. et regnauit pro eo fili⁹ eius amasias.

**S**ub ioas duodecimus rex latinorum filius aremulus. qui presidium albanorum intra montes vbi nūc roma est posuit. Huius filius fuit iulius proauus iulij proculi. qui cuz romulo romam commigrans fundauit vltā gētem.

**De obitu helizei. C. XVIII.**

**A**nno vicesimo

**T**ercio ioas regis iude regnauit ioachas filius bieu super israhel. xvij. annis. et ambulauit in vijs ieroboā. Et iratus dominus. contra israhel dedit eos i manus azahel. et in manus benedab filij eius et non sunt derelicti ioachaz de populo. nisi. l. equites. et decem circus. et decē milia peditum. Et clamauit ioachas ad dominum. et miseratus dominus dedit pacem in diebus eius. Et mortuus est et sepultus in samaria. Et regnauit ioas filius eius pro eo. anno tricesimo septimo. ioas regis iuda et. xvi. annis regnauit super israhel. Et ambu

lavit in vijs iherosolymorum. Et tunc eque vocaban

roboam non tantum eode; nomine rex mem quantum iuda et rex israhel.

**H**elzeus autem egrotabat. et descendit ad eum ioas rex israhel. et flens dicebat. Pater mi cur⁹ israhel et auriga eius. Et ait helzeus. Affer arcum et sagittas. et pone manum tuam super arcum. Quo facto. supposuit helzeus manus suas manibus regis et ait. Aperi fenestrā orientālē. et iace sagittaz. et iecat. Et ait helzeus. Sagitta dñi est p̄ syriam. et percuties partē syrie q̄ est in affec donec p̄sumas eā. et sublato arcu cū sagittis dixit helzeus ad regē. Percute terrā iaculo. Et iōq; percussisset eaz; manibus vicibus et stetit. iratus vir dei ait.

**S**i percussisses vsq; septies. toties percussisset eum et mortuus est. et sepultus in ciuitate dauid. non tamen in monumentis regalibus. et regnauit pro eo fili⁹ eius amasias.

**S**ub ioas duodecimus rex latinorum filius aremulus. qui presidium albanorum intra montes vbi nūc roma est posuit. Huius filius fuit iulius proauus iulij proculi. qui cuz romulo romam commigrans fundauit vltā gētem.

**De obitu helizei. C. XVIII.**

**A**nno vicesimo

**T**ercio ioas regis iude regnauit ioachas filius bieu super israhel. xvij. annis. et ambulauit in vijs ieroboā. Et iratus dominus. contra israhel dedit eos i manus azahel. et in manus benedab filij eius et non sunt derelicti ioachaz de populo. nisi. l. equites. et decem circus. et decē milia peditum. Et clamauit ioachas ad dominum. et miseratus dominus dedit pacem in diebus eius. Et mortuus est et sepultus in samaria. Et regnauit ioas filius eius pro eo. anno tricesimo septimo. ioas regis iuda et. xvi. annis regnauit super israhel. Et ambu

lavit in vijs iherosolymorum. Et tunc eque vocaban

## Regum quarti.

isses firiam. nunc autem tribus vicibus percuties eam. Et mortuus est heliseus et sepelierunt eum iuxta abdiam. Porro latrunculi moabite venerant in terram eo anno. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos. et timentes protulerunt cadaver in sepulchro helisei. Quod cum tetigisset ossa helisei. reuixit homo. Iosephus tamen dicit latrones profecisse in helisei sepulchrum mortuum. que ipsi videbantur interfecisse. Mortuus est autem azabel rex sirie. et regnavit pro eo filius eius benedab. Cum quo dimicauit ioas rex israel tribus congressionibus. et vicit eum. et tulit de manu eius ciuitates quas tulerat azabel de israel iuxta verbum helisei.

De amasia et ioas rege israel  
Capi. XIX.

**A**nno secundo regis israel. regnavit amasias filius ioas in iherusalem. Viginti et v. anno tum erat cum regnare cepisset. et xxxix. annis regnavit. nomen matris eius ioiada de iherusalem. Et fecit rectum coram domino. iuxta ea que fecit ioas pater eius nisi tantum hoc quod excelsa non abstulit subaudiendum est uterque eorum. Nec enim ioas excelsa abstulit sicut videtur litera sonare. Et interfecit seruos. qui interfecerant patrem suum. non tamen filios eorum propter legem moysi qui dicit. Non morientur patres pro filiis neque filii pro patribus. Collegit autem exercitum ut amalechitas et ydumeos expugnaret. et condurrit a rege israel centum milia armatorum centum argenti talentis. Et cum esset in provincia suasit ei propheta ut dimitteret israelitas. quia ydola

ferrebant et deus daret ei victoriam. Et acquieuit. licet grauius ferret. eo quod israelitis mercedes prebuerat. Et percussit edom in valle saluarum decem milia. et apprehendit petram nobilem arabie ciuitatem. Et conuocauit eam iezechel. quod sonat auxilium dei. Iosephus tamen dicit viuos quos ceperat eum adduxisse ad excelsam petram arabie. et illos ex ea precipitauit. Idipsum quoque dicit paralipomenon. nam fere in omnibus sonat iosephus. et paralipomenon. Tamen deos quos tulerat de amalech postea adorauit quia audiuit eos dantes responsa per quod tali pena percussus est. Elatus in superbiam scripsit ad ioas regem israel. Serui tibi sicut patres tui serui erunt dauid et salomoni. alioquin veni et videamus. quia diceret nos pugnemus. Et rescripsit ei ioas in enigmate. Carduus libani misit ad cedrum dicens. Da filiam tuam filio meo in uxorem. Et indignantes bestie saltus conculcauerunt carduum. Eleuat te cor tuum pro victoria. Cur prouocas malum ut cadas tu et iudas tecum? Et non acquiescente amasia. congressi sunt iuxta bethfames. et fugit iudas coram israel. et ligatus est amasias. et comminabatur ei mortem rex israel. nisi redderet ei iherusalem. Quia tradita interrupit ioas murum iherusalem a porta effraym que dicitur porta vallis. usque ad portam anguli. quadringentis cubitis. Et tulit aurum et argentum et vasa que inuenta sunt in domo domini. et in thesauris regis et obsides et rediit in samariam. Et facta est contra amasiam coniuratio in iherusalem. At ille fugit in lachis. et miserunt post eum in lachis. et interfecerunt eum ibi. et retulerunt illum in iherusalem et sepultus in ciuitate dauid. Tulitque vniversus populus filium eius oziam vel azariam ante annos natum. xvi. et constituerunt eum regem. Sub amasia terciusdecimus rex latinorum fuit siluius auentinus et in eo monte qui nunc pars vrbis

# Historia libri.

est. mortuus et sepultus. eternuz loco vocabulum dedit.

**D**e ieroboam rege israel et amos propheta. C. XX.

**P**orro mortuus est ioas rex israel et sepultus in samaria. Et regnavit ieroboam filius eius pro eo anno. xv. amasie regis iude. Et regnavit in israel. xl. et vno anno. et ambulavit in vijs ieroboam filij nabath qui peccare fecit israel. Ipse restituit terminos israel ab introitu emath que est antiochia vsq; ad mare solitudinis quod est mare mortuum. iuxta verbum domini quod locutus est per suum suum ionam prophetam qui erat de geth que est in opheth. ad differenciam geth que est in palestina. et est nomen regionis. Quare non est legendum ophel. Ophel enim est nomen turris nebulose. que non longe erata templo. Hanc vastationem syrie per ieroboam factam non legimus in iona. sed propter comminationem euerfionis quam predicavit et scripsit dicit iosephus eum predixisse quod post brevisimum tempus asie perderent principatum. Quod quidem per ieroboam inchoatum est. sed postea summatum est quoniam monarchia assiriorum translata est ad medos. Hac felicitate ieroboam elatus fecit malum coram domino. Et missus est amos thecutes propheta de pastoralibus. ubi pascebat gregem in samaria ut predicaret euerfionem domus ieroboam. et calamitatem populi dicens. **Hec dicit dominus. Confurgam super domum ieroboam in gladio. Et rursum. Venit finis super populum meum israel. Quod cum significasset amasias sacerdos Bethel ieroboam regi israel. et mandato regis prohibuit amos ne ultra prophetaret in regno. x. tribuum. Cum autem amos nollet cessare dicens se non esse prophetam sed pastorem missus a domino. frequenter afflixit eum amasias plagis. Tandem filius suus ozias frequenter eum increpans rectem per iram transiit. et**

seminius relatus in terram suam ibi mortuus est et sepultus. Et mortuus est ieroboam et regnavit pro eo filius eius zacharias.

**D**e ozia C. XXI.

**A**nno vicesimo septimo. ieroboam regis israel regnavit ozias in iherusalem duobus annis. Jeronimus tamen super osee dicit eum cepisse regnare anno. xij. ieroboam. Et fecit quod placitum erat coram domino. verum tamen excelsa non abstulit. Qui cum hostes debellasset. et amicitias fecisset tributarios sibi. reedificavit muros in iherusalem quos destruxerat ioas rex israel. eratque precipue terre cultor. et curam habebat circa plantationes et semina fructuum diversorum. Cuius vitatus esset in substantia mortali. contra deum immortalem agere visus est. Nam in festiuitate precipitatis indutus stola pontificali intrauit in templum. ut incensus poneret pontifice azaria cum. lxx. sacerdotibus eum prohibente. Et factus est tremor. et claritas solis valde effulsit. et incidit in faciem regis. et percussus est lepra in facie. Ante ciuitatem vero scissa est media pars montis ad occidentem. et deuoluta est ita ut vias clanderet et regiones ortos opprimeret. Erba bitauit seorsum urbem. priuata reges vita. Joathan vero filius eius gubernabat palatium. et iudicabat populum terre. Et mortuus est ozias. et sepultus in ciuitate dauid. Iosephus tamen dicit eum de regibus solum habere sepulchrum in ortis. Et regnavit pro eo filius eius ioathan. Sub ozia rege iuda. et sub ieroboam rege israel cepit propheta re ysaias. de quo plenius postea dicetur. et osee de tribu ysachar ortus in berthemorb. Sed hic ut ait ieronimus prenuentias dedit signum. Veniet dominus in terra sicut querus que est in sylo. etc. quod non legitur in scriptura eius secundum editionem hebraicam. Forte quod ieronimus dixit signum. biceps phai dicitur prodigium dicens de osee. Et dedit prodigium

# Regum. iiii.

dicens. Venit in terra dominus. sic quer-  
cus que in silo. cum ex semeripa in duode-  
cim fuerit partita. et facte fuerunt ex ea to-  
ridem quercus. **P**rophetavit autem pro-  
pheta decem tribus. pauca de duabus loquens  
**E**t pronunciauit hystorialiter iudeos in  
ultimo tempore ad xpm redituros. **L**er-  
cum quoque diem dnice resurrectionis pro-  
dixit. **H**ic in terra sua sepultus. placida  
quiete dormiuit. **S**ub eisdem quoque pro-  
phetauit iobel de tribu ruben natus in a-  
gro berthoron. qui descripsit terram duarum  
tribuum. erica bruce. locusta et rubigine  
vastandam. **P**redixit quoque effusionem  
sancti spiritus futuram super filios dei et an-  
cillas. quod factum est in die penthecostes.  
**H**ic in berthoron in pace mortuus est et se-  
pultus. **S**ub eisdem regibus prophetauit  
abdias ut quidam tradunt. sed secundum he-  
breos verius est. quod ante eos prophetauerit  
nam mortuus est ante heliseum. **R**elicta  
enim vxor eius per consilium helisei libe-  
rata est a creditoribus oleo superabundan-  
te. **F**uit autem de terra siche de agro berba-  
mar. **Q**ui quagenarius enim ille fuit cui pe-  
percit helias. qui relicto obsequio regis. he-  
lie discipulus factus est. **C**uius sepulcrum  
vsque hodie cum mausoleo helisei et iohan-  
nis baptiste in sebastie venerandi habetur.  
**S**ub ieroboam rege israel prophetavit io-  
nas filius vidue sateptene. qui post redi-  
tum a ninive tempore famis assumpta ma-  
tre gentium incola factus est. **N**am et eru-  
bescebat esse in terra sua dicens. **S**ic ause-  
retur opprobrium meum. eo quod propheta-  
rans contra ninive medax repertus sum. **Q**ui  
transacta fame rediit in terram iuda. et de-  
functa est mater eius et sepeliuit eam iux-  
ta balanum delboze. **H**ic predixit signum  
eversionis iheru-  
salem. quod cum vi **G**enus palme est del-  
derent lapidem bore vel quercus.  
lucrose clamantem. ppe sit finis. et cum vi-  
derint in iheru salē gentes vniuersas. tūc  
tota illa ciuitas irrecuperabiliter et eter-

retur. **M**ortuus est et sepultus in spelun-  
ca vnus iudicis istabel. cuius sepulcrum  
monstratur in vna vrbium geth in vicu-  
lo iuxta sephoz. **S**ub ozia rege iuda ter-  
minata est monarchia assiriorum. **N**am  
sardanapallus vltimus monarchus vi-  
ctus ab arbace medo. semetipsum concrema-  
uit. et tunc arbaces monarchiam ad me-  
dos transfudit. spe nondum re. hoc enim fecit  
darius occiso balthasar. **F**uerunt tamen  
reges assirij. si non monarchi tamen potentes  
vsque ad subuersionem ninive quam pro-  
phetavit naum. **E**o tempore latinorum  
quartusdecimus rex filius proca post quem  
xv. rex latinorum filius amulius.

**D**e zacharia sellum et manahen.  
Capitulum. XXII.

**A**no. xxx. octa-  
uo ozie regis iude regnauit za-  
charias filius ieroboam super israel. vi.  
mensibus. **Q**ui fecit malum coram domino  
sicut pater eius. et percussit eum pala sellum  
filius iabes. et regnauit pro eo. **E**t transla-  
tum est regnum israel de domobien in ge-  
neratione quarta iuxta verbum domini.  
et regnauit sellum vno mense in samaria.  
**N**am manahen filius gaddi de thersa per-  
cussit eum in samaria. et regnauit pro eo.  
**Q**ui percussit thersam et terminos eius.  
eo quod conciuues sui noluerant aperire ei.  
**A**nno. xxxix. ozie regis iuda regnauit mana-  
hen super israel. x. annis. et ambulauit in  
vitijs ieroboam. **I**n diebus eius ascendit  
phul rex assiriorum in thersam. et dedit ei  
manahen mille talenta argenti. ut recede-  
ret ab eo. et etiam esset ei in auxilium. **S**u-  
psit autem manahen. l. fidos argenti a pote-  
taribus et diuitibus terre per singulos.  
**I**nter hec mura tradit hebrei manahem  
misisse vitulos aureos. qui erant in dan  
et berthel. sed non veros. **S**acerdotes enim  
dolo sustulerunt aureos vitulos et abscon-  
derunt eos. et fecerunt ereos deauratos si-  
miles illis quos misit manahen regi assirio-  
rum.

## Historia libri.

riorū. Quā fraude postea percepta reges assiriorū plurimū exarserūt contra israel. Et mortuus est manahen. et regnavit pro eo filius eius phaceia anno .l. ozie regis iude et duobus ānis regnavit in israhel. **M**azphacee filius romelie ciliarchus ei⁹ interfecit eū in samaria in p̄uio cum .l. viris. et regnavit pro eo anno .l. scdo ozie regis iude. et regnavit .xx. annis in israhel.

**D**e initio captiuitatis tribuū.

Ca. XXIII.

**I**n diebus phaccee regis regiphalasar. rex assur ascendit in israhel. Et est ābiguū an iste fuerit phul vel alius. Et vastauit omnem regionē trans iordanem. et ca-

priuas durit du  
as tribus et dimi  
diam. vastansq;  
galileam de tribu  
tos transfudit  
dimidie tribui  
q; tres tribus  
it initium capti  
ozee filius hēla  
hel. et regnavit  
pro eo.

**D**e Jonathan. Ca. XXIII.

**A**nno secundo phaccee regis israhel regnavit ioathan filius ozie in ierlm. .xxv. annorum erat cum regnare cepisset. et .xvi. annis regnavit. Nomen mēis eius ierusa filia sachoch. Et fecit bonum corā dño. verumtamen excelsa non abstulit. Ipse edificauit portā domus dñi sublimissimā. quā quidam putāt turrim gregis. Hec que ī actibus aploꝝ speciosa dicitur. ab hebreis vocatur porta ioathan. Hec sola remansit in euerthōe facta per caldeos. Hic deuicit amonitas. et imposuit eis annuū tributū. talenta argenti. c. et tritici. x. milia choros. et totidem ordeī. In dieb; huius rāsin rex syrie. et phaccee rex israhel ceperūt in festare

regnū iuda. Sub ioathan exorsus est p̄phetare naum de helcesi de tribu symeon. contra ninuien p̄dicēs. Hec dicit dñs ad nininē. Exterminabo te et nequaquā p̄gredientes de te impabūt mdo. Ieronimus dicit super nauz. Herodotū dixisse. subuerfam niuiuen a rege medorū tpe iosie. De euerthōe quoq; finali niuiue p̄dixit nauz que facta est in hūc modum. Salus que circundabat eam superinundauit eam. factro pariter terremotu et igne de sublimi emisso. De qua in undatione videtur in libro suo scripsisse ibi. Inundans non facit et innocentē dñs in tempestate et turbine vie eius. Tamen scdm aliā literā legitur ibi. Inundans nō faciet innocentē. Tamen librum suū scripsit post captiuitatē. x. tribuū sub ezechia. dum vastaretur terra iuda ab assirijs. in quo pleni⁹ p̄phetavit de destructione assiriorum in consolatiōe gentis sue. Qui tandem mortuus est ī terra sua in pace et sepultus. Sub ioathan vidit ysaias dñm sedentem et seraphim mūdauit labia eius.

De hac captiuitate dicitur. Primo tpe dicitur. Vastansq; galileam de tribu fabulon et neptalim milia transfudit secum i assirios qui possent dimidie tribui pparari. Unde sepe legitur. q; tres tribus israhel captiuauerit. et hoc fuit initium captiuitatis. x. tribuū. Porro ozee filius hēla interfecit phacee regē israhel. et regnavit pro eo.

Sub eodem exorsus est p̄pheta resecūd⁹ micheas. Et mortuus est ioathan rex iuda. et sepultus est in ciuitate dauid. et regnavit pro eo filius eius achas. Sub ioathan olimpias prima constituta est ab eliasib; Remus et romulus generantur ex mare et ylia. De achab. Ca. XXV.

**A**nno decimo secundo phaccee regis israhel. regnavit achas in ierlm. Viginti annorum erat cum regnare cepisset. et .xvi. annis regnavit. et ambulauit in via regū israhel. Nam et vnū de filijs suis p̄secrauit ydolo transiens eū per ignem tophet in valle beennon iuxta alcheldemach. Fuit autē

# Regum quarti.

quidam filius en-  
nō cuius vallis  
illa bennon id ē  
filij ennon. Tūc  
ascēdit ra sin rex  
sirie et pbace rex  
israel in irim .et  
obsederūt eā pri-  
mo vt ait iose-  
ph. Et pgressus  
cuz eis achas vi-  
ctus est et occisus  
est filius eius zacharias. et milia cū  
eo. et captus est princeps militie ei⁹ dīchā  
alias dīchan. Cūq; rediret victor rex is-  
rael in samariā cū magna multitudine ca-  
ptiuorū occurrit ei quidā ppheta odidavt  
obedo. dicēs eos nō vicisse virib; pprijs.  
sed ppter iā dei p achas. arguens eos qd  
contribules suos contraxerent captiuos.  
quos nisi remitterēt parus esset eis repē-  
tinus interitus. Tūc ad psiliū barachie  
qui magnus erat in isrl. rex israel exhibu-  
it captiuis magnā hospitalitatē. et libros  
remisit ad ppria. Porro scōo obsederunt  
irim rex sirie et rex israel. Cūq; timeret  
achas nimis. pfortauit eū ysaias dicens.  
Ne timeas ab his duab; caudis ritionū  
fumigantiū. Sed non credidit ei achas.  
nec voluit querere signum a dño. et misit  
nūcios ad regē assirior; regiphalasar di-  
cēs. Seruus tuus sum ego. ascende et sal-  
uum me fac de manu regis sirie et regis is-  
rael. Et intrauit rex assirior; siria et vasta-  
uit eā. et nō rediit ra sin in damascū. Rex  
aut; assirior; cepit damascū. et interfecit ra  
sin. et damascenos trāstulit in cirenen que  
est versus ethiopiā. Est enī alia cirenen i  
africa. Et occurrit ei achas rex irim i da-  
mascū cū munerib;. Cūq; vidisset alta-  
re damasci misit ad vriam sacerdotem in  
hierusalem exemplar eius. vt extrueret  
ei consimile. Quo facto cū rediisset achas  
altare eneū trāstulit a facie tēpli ad aqui-  
lonē. et sup altare nouū obrulit holocau-  
sta et pacifica. De altari vero eneo vt tra-

dunt quidā fecit illud horologium famo-  
sum de quo postea dicitur. Et precepit sa-  
cerdotib; vt deinceps sup altare nouum  
offerret. Et deposuit achas luteres et ma-  
re eneū sup pauimentū ne eis vllus vte-  
retur. Musac quoq; sabbati et ingressum  
regis redusit in  
tēpluz dñi. vt cū  
templo ea ppba-  
naret vt sic place-  
ret regi assirio-  
rum. Est au-  
tez musac gazo-  
philatiū regū sic  
corbonā sacerdo-  
tum. Ingressuz  
hō regis quidā  
dicūt locū i quo

rex adorabat. vel portā per quā ascēdebat  
ad orandum que oīa obdurauit achas. si-  
cut et clauserat templū ne intrarent sacer-  
dotes. Sub eo vidit ysaias onus babilo-  
nis. alia .x. vidit sub ezechia. et mortuus est  
achas et sepult⁹ i ciuitate dauid. et regna-  
uit filius eius pro eo ezechias. Sub  
achas roma pdita ē in mōre palatino .xi.  
kalendas may. a gemellis remo et romlo.  
Anno ab vrbe pdita. iij. renus occisus est  
rastro pastoralis. A fabio duce romuli con-  
sularib; ludis sabine rapte sunt. et pulcer-  
rima vginū thalomoni sorte data est du-  
ci romuli. Unde q; benecesserat ei. locus  
nupriarum exinde dicitur est thalamus.

De captiuitate .x. tribuū. C. XXVI.

**A**nno xij. achas  
regis iuda regnavit osee sup is-  
rael. ix. annis. Fecitq; malū coraz dño. s;.  
non sicut patres eius. Traditur enī redit  
felicitia israelitis. vt ascenderēt i irim  
ter in anno. Contra hunc ascendit salma-  
nasar rex assirior;. et factus est ei osee tri-  
butarius. Cūq; deprehendisset rex assiri-  
or; qd osee rebellare nitere per susan re-  
gez egipti cui munera miserat obsedit eū  
f ij

## Historia libri.

et vincitū misit in carcerē in niniue. et ob-  
fedit samariā tribus annis. et cepit eā anno  
nono osee. et. vi. ezechie. et transfudit isrl  
in assirios septem tribus que remanserant  
et posuit eos iuxta fluuiū gozan ultra mō-  
tes medozū et persarū. In prima captiui-  
tate triū tribuū creditur captiua tus esse  
thobias. et mansit in niniue. Vel forte cū  
rege osee ductus est ī niniue. cuius hysto-  
ria summata ē sub manasse filio ezechie  
Sed nos tractabimus eā post finez libri  
regū. Porro rex assiriorum de diuersis re-  
gionibus addu-  
xit colonos in sa-  
mariam paucos  
primo. s; postea  
assaradoc; po-  
pulauit terram  
et habitauerunt  
in urbibus eius.

**Cūq;** essent de  
quinque longiquis regionibus. v. ydola por-  
tauerunt in samariā. queq; regio suū. Et  
oēs prius vocati sunt cuthi a quibusdam  
portioribus inter eos qui venerant de regio-  
ne persida. que dicta est chuta a quodam  
flumine. Greci vero dixerunt eos samaritanos.  
qui et in euangelio samaritani dicuntur.  
Hebrei vocauerunt eos iacobitas. qz sup-  
plantauerunt israelitas a finibus suis. Qui  
cū venissent in terrā isrl. immisit dñs in e-  
os leones. et interficiebāt eos. et nūciantur  
est regi assiriorū. qz periret coloni eius. qz  
ignorabāt legitima dei israel. et misit eis  
vnū de sacerdotibus israel. et legē moysi in  
scriptā literis antiquioribus. Et habitabat  
sacerdos in bethel. et suscepit circūcisionē  
et legitima dei israel. nibilonimus tamen  
deos suos in excelsis colebāt. Unde quan-  
doq; hebreos dicūt sibi propinquos. cum  
bene erat hebreis. Cum vero male. dicebāt  
sibi nil esse cum israel. Migrauit autem  
decē tribus de iuda post ānos nongentos. et  
xlvij. ab exitu de egipto. a diuisione vero re-  
gni fluxerāt āni. ccl. et mensēs. vij. et dies  
septem scdm iosephum. **Multi** autē ex

israhelitis confugerūt in regnum iuda. et  
multi absconderūt se in absconditis. et la-  
tuerūt in regionibus circumstantibus. Qui  
post regressum regis assiriorū redierūt ad  
patria. et habitauerūt cum samaritis.

**De ezechia. Ca. XXVII.**

**A**lnotercio osee  
regis israel regnauit ezechias in  
iherusalem. **U**iginti quinq; annorū erat cū  
regnare cepisset. et. xxx. annis regnauit.  
Nōmē matris eius abisa de iherusalem.  
filia zacharie postumi zacharie lapidati.  
Qui puocatis sacerdotibus et leuitis aper-  
ruit templū primo āno et primo mense re-  
gni sui. et vasa dei reparauit. et restituit  
sacrificia intermissa. **I**pe de consilio sacer-  
dotū fecit pascha scdo mense nō in tempo-  
re suo. qz nō potuit populus primo men-  
se conuenire in iherusalem. nec sacerdotes pu-  
rificati erant. tū tanta multitudo fuit. qz  
multi impurificati comederūt pascha. et tā-  
ta copia victimarū. qz ī multis leuitis sup-  
pleuerūt officiū sacerdotū. **E**t post pascha  
solennizauerunt alijs. vij. diebus. **H**ic dis-  
sipauit excelsa. et contriuit statuas. et lu-  
cos succidit. et confregit serpentē enem.  
quem fecit moyses. cui vsq; ad illud tem-  
pus filij israel adolebāt incensum. et pul-  
uerē eius sparsit in torrentē cedron. et vo-  
cauit nomē eius noeftā. qd interpretatur  
deus eoz. q. d. Dicebatur deus s; nō erat.  
**S**cripsit quoq; filijs israel vt rediret ad  
cultū dei. quorū quidam nūcios eius ne-  
glexerūt. quidā quosdam interfecerūt. **U**n-  
de etiā postea vt predictū est meruerūt ca-  
ptiuari. **R**ecessit quoq; a rege assiriorum  
ne fuit. et ei. **I**pe percussit philisteos vsq;  
ad gazā. et oēs terminos eoz a turri custo-  
diuit. vsq; ad ciuitatē munitā. id est pesti-  
dia et ciuitates. **A**nno. xiiij. regni ezechie  
ascendit sennacherib rex assiriorū in terrā  
iuda. et cepit ciuitates eoz. et misit ad eū  
ezechias in lachis dicens. **R**ecede a me  
quod imposueris mihi seram. **E**t inducit  
ei rex assiriorū. ccc. talenta argenti. et. xxx.

## Regum quarti.

auri. et iurauit q̄ non noceret ei. Cūq; nō inuenisset ezechias hanc summam in thesauris domus domini et suis. recepit laminas auri quas ip̄e affixerat in valuis templi. Cūq; misisset regi assiriorum p̄dictam pecuniam irritum fecit sennacherib iurandum. et misit ad obsidendum iherusalem tharram et rapsacem. et castra metati sunt iuxta aqueductum piscine superioris. que est in via agri fullonis. et abstulerunt ciuibus aquam exterioris piscine. Cūq; uocassent regem ad colloquiū noluit exire. sed misit ad eos heliachiz p̄tificem et sobnam scribam. et ioachi a cōmentarijs. et loquebatur ad eos rapsaces hebraice. Erat enim samarites ut quidam volunt. Fuerunt qui dicerent eum filium ysaię qui transierat ad assirios. et suscepit ritum genitū. et factus erat ciliarchus et ait. **Hec dicit rex magnus assiriorū ad te.** Ezechia in quo confidis. ut audeas rebellare. Si confidis in rege egipti. inniteris baculo harundineo. Si spem ponis in deo tuo. nunquid dñi gentium et deus israel liberauerunt eos de manu mea. Si spem ponis in populo tuo. dabo tibi duo milia equorum. nec poteris apud te inuenire ascensores. Et rogauit rucij rapsacem. ut loqueretur eis siriace et non iudaiice. audiente populo qui erat super murū. Tunc exclamauit rapsaces etiam ad populum. Dicit rex magnus assiriorum. facite mecum quod uobis uile est. ne comedatis stercorem uestrum et bibatis urinam uestram. Egredimini ad me et utimini bonis uestris. donec veniam ad uos. et transferam uos in terram que est similis ysę. Cūq; retulissent nuncij cōminationes istas ad ezechiam scidit rex uestimēta sua et operatus est sacco. et ingressus est domū domini. et misit predictos nuncios et senes de sacerdotibus opros saccis ad isaiā dicētes. **Hec dicit ezechias.** Dies hec dies tribulationis nostre est. et increpationis diuine. Ora pro reliquijs israel. si forte deus audiat blasphemiam rapsacis et v̄

dicit. Et respondit isaias. **Hec dicit dñs ezechie.** Noli timere. Ecce ego mittam regi assiriorum spiritum et audiet nuncius et reuertetur in terram suam. et dericiam eum gladio in terra sua. et recessit rapsaces a iherusalem et inuenit regem assiriorum expugnantem lobnam. Transiuit autem rex ad pugnandam egiptum ut triūphās rediret ad euertendā iherusalē. Cūq; obsedisset pelusium. audiuit tharacham regem ethiopię cum multo exercitu venire in auxilium egiptiorum. et conturbatus rex dixit tharacham esse sacerdotem vulcani. et ideo non dimicaturum cum eo. et rediit in iudeam. et obsedit iherusalem. Herodotus tamen aliā causam tradit reuerſus sui. **Orante namq; rege egiptiorum ad deū.** multitudo sorici in vna nocte comedit cordas arcuum in castris eius. et facti sunt assirij inermes. et dicit rapsacē cū exercitu remansisse circa iherusalē. et sennacherib rediisse ad eū de egipto. Verū tamen ante reditum sennacherib de egipto in iudeam. **Hec facta sunt que sequuntur.**

**De signis triū añoz q̄ predixit ysaias.**

Ca. XXVIII.

**Q**uoniam egredere tur sennacherib iudeam. ut transiret in egiptum misit ezechie literas terribiles et cōminatōis plenas dicēs. q̄ deus israel non posset eum liberare de manu sua. Tunc ascendit ezechias in domū domini. et expandens literas coram dño orauit dicens. **Dñe deus israel audi uerba sennacherib.** quibus exprobrauit te nobis. salua nos obsecro de manu ipsius. Tunc misit ysaias ad ezechiam. significans ei uerba hec dñi ad sennacherib in hūc modum. **Spernet te sennacherib uirgo filia sion.** mouebit caput p̄ tergū tuū cū fugeris exprobraſti sanctos israel. uiribus tuis ascripſisti q̄ uastaſti iudeam. Sed ex diebus antiquis ego plasmaui illud et nūc adduri. id ē ego qui ab eterno dispoſueram q̄ sic flagellarem peccantes. nunc

# Historia libri.

impleni. ego auctor fui tu minister. **P**orro nam itaq; circulum in naribus tuis sicut fit bubalo. et chamum in labijs tuis sicut fit equo. et reducā te in terrā tuā. **T**unc addidit ysaias verba sua ad ezechiam dicens **T**ibi autem ezechia hoc erit signum liberationis tue. **T**ercio anno recedet a te sennacherib non rediturus. **E**go autem predico tibi quid facies hoc anno. et quid scōdo. ut cū videris impleta. scias verū eē quod predixi de tercio **C**omede hoc anno quod reperis. vel scōm ysaiam que sponte nascuntur. vel scōm. lxx. que prius seueras. **I**mmimente messione intruerant assirij. et vastauerāt segetes. vineas. et oliuetā. sed quedā inter vngulas equorū calcātium euaserūt. **U**nde dicūt. lxx. **C**omede que prius seueras. etiā de cōculcatis que dam sponte germinauerūt. **D**e quib; dicit ysaias. **C**omede que sponte nascuntur **E**tiam cū prescissent aduentum sennacherib congregauerant sibi vndecūq; victualia. et reposuerant in iherusalem. de quib; dicit liber regum. **C**omede qd reperis. **P**orro scōdo anno comede que sponte nascuntur. vel scōm ysaiā pomis velcere qd idem est. **S**ecūdo enī āno dñi moraretur sennacherib in egipto. qz defuerant eis p̄ dicta victualia. multiplicauit eis domus abundanter que sponte gignit humus. **P**orro in tercio anno fugato hoste securi seminare merite et comedite **E**t tunc de iheraegredientur reliquie. et quod saluatū est de monte sion. et quod reliquū ē de domo iuda. mitter radicez deorsum et faciet fructū sursum. **P**er simile arboris loquitur. que quanto profundius figit radicez tanto copiosius et altius facit fructuz. **E**t est sensus. **A**ltitudo ppli que fugit de iudea ante faciem hostiū. et recepit se i ihera vt saluaretur. fugato hoste redibit in terram suam. et populabit eam. **H**oc audito ezechias gauisus est. et de consilio ysaię et sapientum obturauit capita fontiu; extra urbem. et exitus aquarū in iudea ne redeuntes assirij inuenirēt aquarū abundantiā. **T**ūc obturauit ezechias superiorē fontē aquarū geō. et auerit eas subter ad occidentē urbis dauid vt influerēt piscinā inferiorē. **F**ecit etiam ante fontes siloe quasi stagnū. in quo colligerentur aque. et reseruentur ciuib; in usum obfidionis **E**t scōm epiphaniū ad preces isaię copiosius solito egressę sunt aq; de fonte syloe. **H**oc autem stagnū vocatur i euāgelio naratoria syloe.

**D**e fuga sennacherib. C. XXIX.

et congressus cum rege egipti philopatore victus ē per desertū fugiens. et pene caprus. **P**hilopatori uero successit i egipto epiphanes cum esset quattuor annorum et cepit antiochus magnus infestare euz. **S**ed principes egipti dimicabant. p puerum. **S**ub epiphane omnia sacerdos assumptis plurimis indeozum fugit in egiptū et accepit a rege regionem que elioptolus uocabatur. et in ea extruxit templū simile templo iudeoz asserens se implere uaticinium isaie scribentis. **E**rit altare domini in egipto. et titulus eius in terminis eius. **H**oc templū per mansit annis. ccl. usqz ad uespianū. **T**ria in scripturis uenis reple dñi constructa a salomne ab omnia. a ihesu sacerdote euerit. **P**orro antiochus magnus reliquit duos filios seleucum. et antiochum epiphanem. f. epiphanes per fraudem eiectō fratre uel occiso regnauit in syria. **H**uc usqz de ordine historie inter porphirium et nostros nulla est contentio. que sequuntur exponit porphirius de antiocho tantū. **E**xposuit enī danielē ut infamaret eum. **N**os autem mixtim exposuimus de antiocho et antiocho. quedam tamen specialiter de antiocho et quedam de antiochio. ut illud de antiocho. et comedentes panem cum eo. et ce. era. usqz illuc. et uenient super eum tres et romani. **A**ntiochus enim epiphanes dedit sororem suā uxorem epiphano regi egipti in dolum. qui suscepit et ea duos filios. **T**unc antiochus ingressus est egiptum tanqz uisurus sorore et nepotes sed inter epulas fecit occidi uirum sorozis et uoluit obuine egiptū. sed egipti uiriliter resistentes deiecerunt eum. **P**ost biennium reuersus obsedit alexandriam. et ecce legati romanorum missi sunt ad egiptios liberandos quibus federati erant. **T**uncqz applicuissent. egressus est eis obuiam antiochus. et dū staret i litore dixit ei

marcus publius lenas Senatus ppls qz romanus pcpit tibi recedere ab amicis suis. Cuius ille peteret inducias respon-  
 tendi. marcus circa illum fecit circulum in sabulo cum x ga. et ait. Senatus ppls qz romanus precipiit tibi ne egrediaris de hoc circulo. donec respondeas. Ad que antiochus. Si sic visum est senatui et populo romano recedendum est. et recessit ab egipto. similiter et qd sequit. de antiocho tñ intelligendum est. et erit in concupiscen-  
 tijs seminaru. Nam antixps castus erit ob simularoem religionis. Quod vero se quitur. de moazim in loco suo venerabi-  
 tur vtriqz pgruit. Moazim eni presidium sonat. et antiochus in islm presidium po-  
 suit. et idolum iouis. antixps x o diabolū deū et presidem suū venerabitur. Porro antixpo tñ pgruit id quod sequitur. et fi-  
 get tabernaculum suū apherio inter ma-  
 ria. Apherio interpretatur solū suū. et ē sensus. Figet tabernaculum solij sui i iheru-  
 salalem que sita est inter mare mortuum et tyrenum. et sup montē inditū et sanctū id est montē oliueti. et ponet tabernaculū suum. et veniet vsqz ad summitatē eius. id est ad locum vbi dñs ascendit. et nemo auxiliabitur ei. qz audietur vox in aere di-  
 cens. Voxere et statim fulminabit. Post ea profequitur visio de antixpi tpe. et con-  
 uersione iudeorum et resurrectione mor-  
 tuoz. dicens. Et veniet tempus quale nō fuit ex quo gentes ceperunt esse. Et stabit michael pro filijs ppli tui. et saluabitur ex eis omnis qui scriptus erit i libro dei. Et multitudo omnium qui dormiūt in pulue-  
 re terre euigilabunt. alij in vitam eternā. alij in opprobriū vt videant sp. Non qui-  
 dem bonos. qz tolletur impius ne videat gloriam dei. sed vt videant opprobriū suū semp. Tu aut daniel signa libri. i. scribe mysteria. sed non expone. Pertransibunt plurimi. et multiplex erit sciencia. qñ dice-  
 ter. Relinque posteris materā exercitiij. Et desiderabat daniel scire quanto tēpo-

re duraret persecutio antixpi Et vidit pxi-  
 cipem persarum stantē in ripa fluminis. et principē grecoz stantē in altera. et virtū indutū lineis stantem in medio sup aqs. et dixit ad eū. Et qz quo finis horz mirabi-  
 lium. Et eleuans ille vtranzqz manū iura-  
 uit per viuentem in eternum qz in temp-  
 et tpa et dimidium temporis. Et ait da-  
 niel. Dñe mi quid erit post hęc. Et rñdēs ille iterauit idem tps. sed per alia vba di-  
 cens. Cum ablatum fuerit iuge sacrificiū et posita fuerit abhominatio in desolatio-  
 nem. hoc est cum ablato cultu dei et deso-  
 lato antixpo. abhominabiliter exhibebit se ad orandum. tunc erunt dies mille du-  
 centi. xc. i. tres anni et semis. Postea itru-  
 lit quid erit post hęc. Respondet dicens. Beatus qui expectat. et peruenit ad dies mille. cc. xxxv. Si dieb; mille. cc. xc. ad-  
 dantur dies. xlv. fient dies mille. cc. xxx. quinq;. Itaqz post mortē antixpi dabunt lapsis. xlv. dies ad penitentia. Et est sensus. Beatus erit qui post dies persecutio-  
 nis peruenit ad dies superadditos peni-  
 tentie. Tu aut daniel interim vades ad presinitum tempus vite tue et requiesces et in fine dierum stabis in sorte tua. id est resurges in ordine tuo.

- De susanna. cap. xij.
- De ydolo belis et dracone. cap. xiiij.
- De abacuc. cap. xv.
- De cyro. cap. xvi.
- De licētia redeūdi data iudeis. ca. xvij.
- De anno septuagesimo. cap. xvij.
- De reedificatōe templi. cap. xix.
- De cambise. cap. xx.

De susanna. Ca. XIII.

**Q**uoniam hi-  
 storia susane quā hebre-  
 us nō hz i libro daniel.  
 Et vocat eā fabulā n̄ qz  
 inficietur rem gestam. sed qz in ea falsuz  
 legit de sacerdotib; lapidatis. qz ieremi-  
 as adustos testat. Et qz nos fabulamur

# Historia.

eam scriptam a daniel. cum a quodam greco scripta fuerit. qd probatur ex eo qd quedam allusio verborum facta sit ibi nominibus arborum videlicet. aporoy. cymi. cyle. a poroy. pami. pise. Tales enim allusiones verborum et arborum nomina non inueniuntur in hebreo. In translatione quidem nostra una ex eis allusionibus qualiscumque legitur ut cum dixisset sacerdos sub cyno. respondit daniel verbum. quasi alludens nomini. scindet te medium. Expressius fieret si diceretur ita. sub ilice. et adderetur ilico. angelus domini scindet te. Eadem allusio potest fieri etiam ubi ad nomen temporis. ut si diceretur. factum est hoc feria secunda. et responderetur. feriat te deus. Hanc eandem historiam vocat origenes fabulam. in decimo stromatum. id est instructionum. forte secunda editioem quam sub obelo et asterisco composuit stromata vocauit. quia per eam plenius nos instruxit. Apparet autem hoc factum esse adhuc recenti caritate. quod daniel adhuc iuuenis erat. Porro susanna uxor ioachim pulchra erat nimis et exarsit in eam duo seniores iudices illius anni de quibus dicit dominus. Iniquitas egressa est in babilone a senioribus iudicibus. Tradunt hebrei. quia mulieres in hoc decipiebantur quia dicebant se esse de stirpe dauid. et christum de semine suo nasciturum. Hi statuerunt in commune tempus quo susanna possent inuenire solam. et latuerunt post meridiem in pomerio helchie. Et ingressa est susanna volens lauari. i. vngi per consuetudinem terre et misit puellas ad afferendum

oleum et sinignata. Est autem proprie sinigna ordeum cum palea. unde faciunt mulieres decoctionem forte ad nitorem faciei. Tunc currentes senes ad eam dixerunt. Commiscere nobiscum. alioquin feremus contra te testimonium adulteri. Et elegit susanna incidere in manus eorum. potius quam peccare in deum. Et exclamauit. Et accurrentes famuli. erubuerunt cum audissent senes loqui. Altera die statuta est susanna in medio populi. et ponentes senes manus suas super caput eius contestari sunt se vidisse iuuenem. et ipsam pariter commisceri. et adenaueit eam ad mortem. Et clamauit susanna voce magna ad deum. Domine tu scis quia innocens morior. Cuius traheatur suscitauit deus spirituum pueri cui nomen daniel. Non est credendum his qui dicunt daniel mortuum fuisse. et suscitatum tunc. et deinceps fuisse per heretiam. sed tunc manifestauit dominus spiritum sanctum fuisse in eo. qui prius quasi latens quiescebat. Et ait daniel ad populum. Reuertimini ad iudicium. quia falsum locuti sunt aduersus eam. Cumque reuersissent. separauit daniel senes ab inuicem. et aduocans unum dixit. Sub qua arbore vidisti eos colloquentes. qui ait. Sub cyno. quam latini dicunt ilicem. vel lentiscum. et aduocatus alter dixit sub prino. Et acclamauit populus in eos propter dissonantiam. et interfecerunt eos. id est regi tradiderunt interficiendos. Et factus est daniel magnus in populo a die illa et deinceps. Et rex astituit appositus est ad patres suos. et suscepit cyrus regnum eius. id est regnum persarum. Forte hic determinatur tempus quo liberata est susanna. quoniam scilicet cyrus factus est rex persarum et darius rex medorum. Vel potius determinatur tempus sequentis

Transitus est quem bio facit historia. valens forte ad precedentiam de susanna. vel magis ad sequentiam de idolo belis. Tempore enim mortis astituit et successione dario filij eius

# Danielis.

hystorie que hieci  
dicit. Et adhuc  
stabat regnum ba  
bilonis. et erat in  
babilone rex de q  
statim sequitur.  
Erat autem dani

el conuina regis. et honoratus sup omnes  
amicos eius cuius nomē qz tacet hystoria  
potest intelligi fuisse pater balthasar. vel  
ipse balthasar sub quo factū est a danielē  
qd legitur i fabula belis et draconis. quā  
fabulam appellat hebreus. eo qd falsum le  
gitur in eo. et impossibile de translatione  
abacuc. Et refert ieronimus. qd cū dixisset  
ei hebreus tlem translationem corporalem  
nūsqz factam esse. rñdit quidam sciolus q  
erat cū eis. ezechielem translātū de chal  
dea in iudeā. Et irrisit eū hebreus dicens  
In litera expressum est qd ezechiel transla  
tus est in spiritu. Unde apłus vester cau  
te locutus est dicens. siue i corpore. siue ex  
tra corpus nescio. deus scit. Et addidit he  
breus. nil in hac fabula ppheticum narra  
ri. sed opus tantum ex industria factum.

De ydolo belis et dracone. C. XIII.

**E**Rat autē in ba  
bilone idolum nomine bel. et im  
pendebantur ei dieb; singulis de simila.  
xij. artabe. et oues. xl. et vini amphore sex.  
Est autē artabe apd chaldeos eadem mē  
sura. que et ephi apd hebreos. mensura. s.  
triū modior. Et rex babilonis adorabat  
illud per singulos dies. et dicebat danieli  
Quare nō adoras bel? Qui rñdit. Nō  
colo facturā sed creatorem omnium deum  
viventem. Et ait rex. Nonne videtur tibi  
bel deus viuens. qui tanta quondie co  
medit et bibit. Qui respondit. Intus  
luteus est. et foris eneus. et nunquam co  
medit. Et vocauit rex sacerdotes et ait.  
Nisi dixeritis mihi quis comedit impen  
sas has moriemini. Si autē offenderitis  
quō bel comedat hoc. daniel moriet. Erāt

autē sacerdotes quadraginta exceptis vro  
rib; et paruulis. Et venit rex cum danielē  
le in templum. Et dixerunt sacerdotes.  
Nos egrediemur foras. et tu rex pone vi  
num et escas et claude ostiū. et signa anu  
lo tuo et nisi inueneris mane omnia come  
sta abel moriamur. Et posuit rex cibos aū  
bel. Et daniel cribrauit cinerem per totū  
pauimentū coram rege et clausus est osti  
um. et signatum anulo regis. Sacerdo  
tes autē ingressi sunt illa nocte iuxta psue  
tudinem suam cum vxoribus et liberis. et  
consumpserunt omnia. Fecerant autē sibi  
cuniculos sub terra. et absconditum itro  
itum sub mensa. Diculo venit rex ad tem  
plum et daniel cum eo. et inuenerunt si  
gna salua. Cūqz aperuissent ostium in  
tuitus rex mensam vacuam exclamauit.  
Magnus est bel. et tenuit daniel regez ne  
ingredere. et ait. Animaduerte vestigia  
pedum super pauimentum. Et iratus rex  
apprehendit sacerdotes. et ostenderunt ei  
ostiola per que ingrediebantur et egredie  
bantur. Et occidit eos rex. et dedit bel in  
manum danielis. Qui subuertit eum in  
templum. Erat autem in eodez loco dra  
co magnus latens in fouea. et adorabant  
eum babilonij. Sacerdotes eius habe  
bant ydraulia. id est vasa facta de corijs  
vitulorum. et percutiebant ea virgis co  
raulinis. vt facerent sonitum terribilem.  
quasi tonitruum. ad quem excitatus dra  
co quandoqz emittebat fimum. quando  
qz ignem. quādoqz visibiliter apparebat.  
Et dixit rex danieli. Non potes dicere.  
quia iste non sit deus viuens. Et ait da  
niel. Da mihi potestatem. et interficiāz  
eum absqz ferro et fuste. Et dedit ei. Tu  
lit ergo daniel picem et adipem. et pilos  
et corit pariter. fecitqz massas. et dedit in  
os draconis. et suffocatus crepuit. Et  
indignati babilonij dixerunt. Iudeus  
factus est rex. ac si dicerent. Hereticus  
vel publicanus factus est. Et dixerunt  
ad regem. Trade nobis danielē.

# Historia.

alioquin interficiemus te. et domū tuam et compulsus tradidit eis. Qui miserūt eum in lacum leonum. id est in genus tormenti. et erat ibi septem diebus. In lacu erant leones septem. et dabantur eis quotidie duo corpora damnatorum. et due oves. et tunc non sunt data eis. vt deuorarent daniēlem. Erat autē abacuc ppheta in iudea. qui ferebat pulmētū messoribus. Et ait angelus ad eū. Fer prandiu in babilonem danieli. qui est i lacu leonū. Qui rēdit. Babilonem nō vidi. et lacu nescio. Et tulit eum angelus capillo capitis sui. et posuit eum super lacū. et clamauit abacuc. Daniel fue dei. tolle prandiu quod misit tibi deus. Et gratias agēs daniel comedit. Porro angelus restituit abacuc in loco suo. Venit g̃ter die. vii. vt lugeret daniēlem. et videns eū sedentem in medio leonū exclamauit. Magnus es dñe deus danielis. et extraxit eū de lacu leonum. Porro illos qui perditionis ei⁹ causa fuerant intromisit. et deuorati sunt in momento coram eo.

De abacuc. Cap. XV.

**P**orro abacuc fu

it de tribu simeon. Hic preuidit captiuitatem iherusalem futurā. et aduenientibus caldeis fugit i soltratenā et erat incola i terra isrl. Descendens tibus v̄o reliquus iude in egiptum. quali pegrinabatur in terra sua. et scripsit. Et in principio opis causatur aduersus deū cur impius vastasset p̄lm̄ dei. et sanctuarium eius cū ip̄e clamaret. et nō eratur diretur. Sed in psolatōem aperuit ei dominus calamitates circūstantiū natiōnū

futuras per nabuchodonosor longe maiores. et tandem ip̄m nabucho. piturū. et ita a murmure cōuersus est ad preces. Et ostendit illi dñs aduentum xpi dicēs. Si morā fecerit. expecta eū q̄ veniēs venit et non tardabit. Et imprecatus est abacuc nabuchodonosor inter plurima dicens. Ne qui portū dat amico suo mittens fel. et inebriat eū. vt aspiciat nuditatē ei⁹ quod fecit nabuchodonosor sedechie. Ultimo scripsit canticū. Dñe audiui rē. Hic dicit ferret pulmētū messoribus. dixit domesticis suis. Ibo ad terrā longinquā. cito redibo. Si tardauero p̄ tres dies facite cibū messoribus. Et cum fuisset in babilone subito supuenit messoribus. Intellexit autē q̄ celeriter esset p̄lus a babilonia reuersurus. Unde patet longe post liberatā sūfannā. hoc esse factū. Signū autē reditus dedit his qui in iudea erāt. q̄ visuri eēt lumen in ruinis templi. vltimāq̄ templi desolationē predixit. q̄ gens occidentalis hāc esset actura. Tunc inquit velamē sancti sanctorū scindetur. et duarū colūnarū epistilia auferentur. et quosint nullus agnoscer. Ipsa v̄o in heremo adducuntur. et eos in vltimo qui persecutionē sustinet a serpente illuminabit dñs sicut a principio. Et mortuus est abacuc et sepultus i agro proprio solus. Porro de danielē quātū su peruixerit post reditū p̄li in iudeā nescimus. Defunct⁹ autē et sepultus ē in spelūca regali solus cum gloria. Hic est daniel qui dedit signa in montibus super babiloniam dicens. Quando p̄s moti⁹ a borea fumi gabat veniet finis babilonie. quādo vero velut ignis ardebit. finis erit vniuersę terre. quando ad partē norbi aque decurrerint. reuertetur p̄lus

Hec v̄ba supra sunt de libro epiphanię epi cypri cui i spiritu reuelata sunt quedā secreta prophetarum. Plurima enī p̄phete absconduntur. vt a quodā d̄r. Secretum meū mibi. Et liber ille epiphanię secretū p̄phetarum d̄r. cretū p̄phetarum d̄r. p̄lus

ad terram suam. Quod si fluxerint sanguine erunt homicidia belial in vniuersa terra.

De cyro. Cap. XVI.

**P**ost mortem danielis medi circi monarchiam tenuit orientis. cuius sedem posuit apud persas. licet regnum medorum maius esset et honorabilius. eo quod ipse eum sublimauerat in reges. Iste fuit nepos danielis ex sorore. nepos vero astiages ex filia. Porro astiages vnicam habuit filiam. et vidit somnium. quod de genitilibus filie oriebatur vitis. que tora occubabat aliam. et accepit a pectoribus se habiturum nepotem et filiam. qui dominus esset asie et ipsum deiceret a regno. Quod timens dedit filiam suam uxorem mulieri plebeio. ne filius ex ea nasceretur nobilis et potens. Preterea filiam pregnantem asciauit. et natum ex ea filium cuidam participi archano tradidit occidendum. Qui credens regnum transitorium ad filiam suam. filium eius veritus est occidere. et vni de pastoribus regis tradidit paruulum exponendum in nemore. Qui cum exposuisset eum. et id idicasset uxori que in diebus illis peperat. supplicauit ei mulier ut paruulum deferret ei alendum. et proprium filium pro eo exponeret. Cumque redisset pastor ad puerum. inuenit canem prebentem ei vbera. et a feris et auibus defendentem. Cumque tulisset eum ad uxorem alluisset eum tanquam diu noie. vocauitque puerum sparticum id est canulum. Spartos enim perfice canem sonat. Qui cum esset grandiusculus a pueris ludentibus factus est rex eorum. et prima ces et inobediens sibi grauiter affligebat. Quod grauiter ferentes patres eorum. verbis detulerunt ad regem de filio pastoris. Quem cum aduocasset rex. et argueret eum quod pueros plagasset. ille intrepidus se ut regem fecisse tradidit. Et ammiratus rex et quedam signa generis sui in eo esse deprehendens accito pastore secretius veritate rei agnouit. Veruntamen timor eius de nepote mitigatus est. estimans quod verbum pectorum

de regno impletum esset in regno puerorum et eidem cui prius commiserat occidendum. commisit alendum. non indicans tamen esse nisi pastoris filium. Filium quidem illius secretarius sui claculo dedit patri ad commendandum quod non obediens regi eius. et post id ipsum indicauit ei. Factum est autem. ut astiages traderet exercitum illi secretario ad hostes expugnandos. ipse vero resedit in media. Porro ille non inmemor maleficij regis. persuasit exercitui. ut sparticum regem persis sibi elegeret. et cognominauit eum cyrum quod interpretatur heres. quod dicitur. Licet reluctet astiages. hic est heres. Quo facto timens astiages. danielis sobrinum adoptauit sibi in filium. et collectio exercitus congressus est aduersus cyrum. et fugerunt perses. Uxor autem eorum et matres egressse ad eos. et de tectis posterioribus suis aiebant. Vultis ne introire in uteros matrum et renasci? Hoc pudore excitati perses acriter redierunt in hostes. et victus est astiages. Cyrus autem magis exhibuit se illi nepotem. quam victorem. Nam regnum yrcanorum concessit ei. Dario vero tanquam fratri matris sue tradidit regnum medorum. cum sub certa spe reuertendi ad ipsum.

De licentia redeundi data iudeis. Cap. XVII.

**T**anquam cum vniuersum regnum deuolutum esset ad eum. in huius regni anno primo suscitauit dominus spiritum eius. ut impleretur verbum ieremie. Et dedit libertatem omnibus iudeis qui erant in vniuerso regno suo. et licentiam redeundi in iudeam. et edificandi domum domini. Excitatus autem fuit ex verbis isaie. qui ante. cc. et x. annos scripserat de ipso dominum dicentem. Christo meo cito cuius apprehendi terteram. subijciam gentes et regna. ipse reedificabit domum meam in iherusalem. Ut ergo hanc munificam scripturam impleteret. etiam scripturam libertatis et licentie tradidit in vniuersum regnum suum dicens. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi.

# Historia

credo hunc esse quem gens israel adorat  
In hac epistola hortatus est etiam iudeos.  
ut ascenderent in iudeam. et qui nollet  
ascendere iuuarent ascendentes in pecu-  
nia vestibus et iumentis. Porro clarissi-  
mi iudeorum habitabant in babilonia. id est  
in terra babilonis euerse. Babilon enim  
proprie nomen est ciuitatis. babilonia vero no-  
men regionis. licet vnu pro altero sepe le-  
ganur. Inter eos zacharias natus in cal-  
tea iam prophetabat. Hic benedixit salariel  
in filio vocans eum zorobabel. quod interpres  
tatur magister babilonis. quasi diceret.  
habeat magister captiuitatis babilonie. Ad hu-  
ius prophetie exhortationem primi surre-  
runt viri iuda. ut ascenderent in iherusa-  
lem. postea vero viri beniamin et leuite.  
Propterea ut dicit iosephus. a iuda co-  
gnominati sunt iudei. Huius enim nominis  
plures fuerunt cause. Super turrim ba-  
bel legitur. quod a dedan qui cognominatus  
est iudas. dicti sunt iudei. Alibi quod a iuda  
filio iacob. Alibi quod a iuda machabeo.  
Porro ascensuri in iherusalem vel in iudeam a-  
lios hortabantur. sed paucos inuenerunt  
qui assentirent eis. et propterea tam in exhor-  
tatione quam in apparatu tres annos comple-  
uerunt. Igitur in tercio anno cyri egressi sunt  
sub zorobabel duce. et ihesu magno sacer-  
dote. exhortantibus eos zacharia propheta. et  
aggeus iuuenes sed nondum propheta. Erant  
autem circiter. l. milia. Fuerunt enim de  
iudeis. xl. duo milia. et. cccc. et. lx. Reli-  
qui vero erant fidei et ancille et homines ge-  
neris promiscui. Et remisit cum eis cyrus  
partem vasorum domini. v. milia. et. xl. i-  
ter que ponit iosephus refrigeratoria quo-  
rum usum non legi. Ascenderunt etiam  
quidam cum eis. dicentes se esse de gene-  
re sacerdotum. propter emolumentum. Cuius  
quererent scripturas genealogie sue et non  
inuenirent. recepti sunt in israel. sed eieci  
a sacerdotio reuersi sunt in iherusalem et  
in ciuitates iude.

De anno. lxx. Ca. XVIII.

**H**ic est autem annus  
septuagesimus relaxande capti-  
uitatis quam predixit ieremias. Nam et ier-  
roni. primum annum dicit ceteri fuisse septi-  
mum septime decadis. Itaque tertius an-  
nus cyri fuit septuagesimus. cui consonat  
iosephus dicens. Primo anno imperij cyri  
septuagesimus percurreret id est iminebat.  
De eodem legitur in paralipomeno. Si  
quis euaserat gladium. ductus in babilo-  
nem fuit regi et filiis eius. donec impe-  
raret rex persarum. et completeretur sermo  
ieremie. et celebraret terra sabbata sua.  
usque dum plerentur desolationis septua-  
ginta anni. De eodem meminit daniel.  
anno primo darij intellexi numerum anno-  
rum ut plerentur desolationis iherusa-  
lem septuaginta anni. Idem plane poi-  
xerat ieremias in epistola quam direxit ad tra-  
nsmigrationem. Cum ceperit inquit imple-  
ri. lxx. anni. visitabo et reducam vos ad lo-  
cum istum. Tamen videtur velle ieremi-  
as. quod ante euerfionem babilonis comple-  
ti essent ubi ait. Seruiant omnes gentes  
iste regi babilonis. lxx. annis. Cuius com-  
pleti fuerint anni. lxx. visitabo super regem  
babilonis. et super gentem istam iniqui-  
tatem eorum dicit dominus. et ponam terram  
in solitudines sempiternas. Et hac autem  
auctoritate fabulabantur iudei ut super di-  
xitimus. exulasse balthasar. et conuiuium  
fecisse. Hic autem loquitur ieremias de. lxx.  
annis non captiuitatis sed iniquitatis na-  
buchodonosor ex quo cepit opprimere fi-  
nimas nationes. Huic opinioni attestat  
tur africanus agens de neemias. et vice-  
simmo anno regis artaxerxis dicens. Eo re-  
gno regni persarum. c. xv. anni fuerunt  
uolunt. captiuitatis autem iherusalem. clxx.  
quinque. Eusebius tamen in libro cronico-  
rum videtur obloqui predictis secundum annum da-  
rij filij yraspis. dicens fuisse. lxx. secundum au-  
toritatem zacharie. qui secundo anno darij scilicet  
bens audiuit virum stantem inter murteta

dicentem. Dñe exercituum vsq; quo tu non misereberis irim et yrbium iuda qui bus iratus es? Iste iaz septuagesimus e annus. et post pauca. Cum ieiunaretis p hos. lxx. annos. nunquid ieiuniaz ieiunastis mibi? Huic quoq; cõsonat cle mens i primo stro mate dicens. et p feueravit captiuitas annis. lxx. vsq; ad scdm annuz

Qui fuit magister in alexandria. 7 post eum origenes. et fecit ille clemens stro mata id est instructi ones quasda.

darij filij yraspis. Videreturq; eusebius distingueret inter septuaginta annos captiuitatis. et. lxx. annos desolationis templi dicens. Scdm nonullos vsq; ad annuz xx. cyri. colligitur omne tempus captiuitatis anni. lxx. a tercio anno ioachim filij iosie. Porro scdm alios ab anno tredecio iosie vsq; ad primum annum cyri colliguntur anni captiuitatis. lxx. desolationis vero templi sub dario rege complentur anni.

Quorus post cyruz fuerit dari? require ita. quot etiam anis cyr? quot cambises re quor ereneides regnauit notare poteris.

lxx. Horum opinioni consonat glosa ieroni. super ezechielem. vbi agitur de dormitione super latius dextrum dicens. q; primo anno cyri fluxerant anni desolationis templi. lxx. Porro prior opinio de anno. lxx. magis certa est. 7 pluriu auctoritatib; sacra. Sola zacharie auctoritas nos mouet. Iste iam septuagesimus est annus. qd forte determinari potest. vt iam accipias de preterito. q. d. lxx. annus iste notus. s. et famosus iam diu est. Forte dicitur e in zacharia. lxx. annus non captiuitatis. sed quite eratis. que scdm hebreos inchoauit anno. xxx. ante cyri monarchiam.

De reedificatõe templi. C. XIX.

**D**uxo ano regres sionis in iudeam. 7 congregatus est omnis plius. quasi vir vnus in irim. Et

edificantes altare. collocauerunt illud super bases suas. et obrulerunt super illud holocausta dñi mane 7 vespe. feceruntq; solennitatẽ tabernaculoz. Unde vero habuerunt ignem nescimus. nisi forte ex calculis veteris altaris excusserint illum. Anno aut scdo. mense scdo iecerunt fundamẽta templi. Ad audientes samarite. venerunt ad eos 7 dixerunt Edificemus vobiscum. q; ita vt vos querimus dñm vestru Et rñderunt duces israhel. Comune est nobis et vobis adorare dñm. sed non ei domum edificare. Hoc eni tm nobis rex cyrus precepit. Cuncq; apparuissent fundamenta super terram. eleuauit plius vocẽ in iubilatõem. Porro quidam seniores qui viderant templum prius eiulabant voce magna. nec poterat quis cognoscere clamorẽ letantium et planctum eiulantium. Porro samarite indignati impediebant manus eoz. Cuncq; per se impedire non possent dederunt munera principib; regis persarum. qui erant positi super terram.

Qui peccatis corrupti viderunt eis vt impederent negligẽtiam edificationis cyro tamen ignorante. Et adeo impediunt eos qd i

Quia cuz preceptu fuisset eis a cyro. vt curam ac diligentiam edicatiõni templi impenderẽta samaritis corrupti. negligentes erant in edificatiõe repli.

xxx. annis quibus cyrus regnauit non exerunt muros templi. nisi vsq; ad apodiationem. Porro cyrus cuz percussisset cresum iuxta fluuium alim. gentem lidozuz bellicosissimam astute redegit in concordiam. Tradidit enim eis solennitates et ludos. precipiens eis vt lusibus commensationib; 7 amplexibus vacaret. quasi beniuolentiam in eis ostendens. Et in huc modum eos euitauit. 7 quos bello nõ poterat. per libidinem expugnauit. Postea vero transgressus arex; a regina massagetarum. thamari victus et occisus est. Que caput eius precisum in vtrẽ plenuz

sanguine humano proijciens. insultado dixit. Saria te sanguine quem sinisti. In diebus cyri septimus rex romanorum tarquini<sup>9</sup> superbo. qui causa tarquinij iunioris filij sui qui lucretiam corruerat. a regno expulsus est. **H**ic genera tormetoz excogitavit. vicula. thaurus. fulstes. latumias. carceres. copedes. catixnas. exilia. metalla.

**D**ecambise. Cap. XX.

**M**ortuo cyro post

xxx. annos sui regni successit ei filiuseius cambises. qui apud esdram artaxerxis vel assuerus dicitur. In historia vero iudith vocatur Cambises adhuevi nabuchodonosor. uente patre. xij. annis tenuit regnum assirorum nini. vñ eo mortuo monar-

chiã septem annis tenuit. **E**t alij qui iudicabant siriã et phenicẽ et om̃s regiones ultra eufraten scripserunt cambise. q̃ iudei reedificabant irim. urbem pessima. et semper regibz persarũ rebellem. et templũ ad similitudinẽ castri. que ob rebellionẽ priorẽ destructa fuerat. quibz reedificatis statim negarent regi tributa et annonas. nec etiam pateret regi transitus in siriã. **H**ec autẽ dicebant se commemorare ei. q̃ nõ immemores erant salis. i. omnis pdimenti qd̃ in palacio eius comederant. quasi propter beneficia eis collata psulentes vt interdiceret hebreis reedificationem. **Q**ui bus acquiescens cambises. potenter interdixit eam. per epistolas. **L**uc̃ intermissuz est opus dei in irim vsqz ad scdm̃ annum darij. **P**orro sub cambise factum est qd̃ i historia iudith legitur.

**S**equitur tituli caploz in historiam iudith.

**D**e iudith. Ca. i.

**D**e duobz magis et dario filio iraspis.

Cap. ij.

**D**e summatione templi et zacharia et ageo. Cap. iij.

**D**e xerse. Cap. iij.

**D**e artaxerxe et esdra. Ca. v.

**D**e neemiam. Cap. vi.

**D**e reedificatione irim. Cap. viij.

**D**e inuẽtõẽ ignis. Cap. viij.

**D**e obfuatione tabernacloz. Cap. ix.

**D**e dedicatione muri et obitu neemie.

Capitulum. x.

**I**ncipit historia iudith. Ca. I.

**N**unc historiã transulit iero. ad partitionem pauli et eustochij de caldeo in latinũ **H**ic liber apud hebreos

inter historias p̃putatur et inter apocrypha quod dicit iero. in p̃logo qui sic inchoat. **U**iginti et duas l̃as. **S**i q̃ in prologo super iudith alicubi legit̃ inter apocrypha. viciũ est scriptoris. qd̃ in ip̃o titulo deprehendi potest. que sinodus incena in numero sanctarũ scripturarũ recepit. **T**ransulit autẽ eum p̃pter varias et corruptas editiones magis sensum ex sensu. q̃z verbum ex ṽbo sequẽs. **M**ortuo autẽ cyro quidam artaxar medus in echbaranis surrexit. et reparauit eã. et muniuit eã inerpugnabiliter. quãsdam ptes medie sibi p̃lians. vt tandẽ toti medie imparet. **N**abuchodonosor rex assirorũ qui regnabat in ninie. anno. xij. regni sui obtinuit artaxar in cam̃p̃o regau. qui est inter eufraten et tigrim. **H**ic est cambises cui adhuc pater viuens ninuien et regnũ assirorũ concessit. et nabuchodonosor cognominauit. **H**ic mortuo patre duodecimũ illius regni annũ gerebat. **N**am in regno monarchie non nisi. viij. annis regnauit. **Q**ui postq̃ factus e monarchus. exaltatũ est cor eius. **M**az superior eo nullus fuit. voluit enim solus adorari pro deo. **N**ec cum egrotaret volebat in lectica deferri. nisi a ceruicibus.

# Judith.

regum. quasi omnes superaret. Et misit ad omnes qui habitabant in cilicia et damasco. et libano. et carmelo. galilea. et samaria. et usque in iherusalem. exiens ab eis tributa longe grauiora quam patres sui. Qui omnes uno animo contradixerunt. Tunc iratus retrinavit per thronum suum quod defenderet se de omnibus. Igitur anno .xiiij. regni sui precepit holoferni principi militie. ut egredere retur ad regiones illas. et nulli hominum vel munitionum parceret oculus eius. Qui egressus est cum exercitu. et operuerunt faciem terre sicut locuste. Qui cum vastasset ciliciam. et mesopotamiam et madianitas. miserunt ad eum principes prouinciarum dicentes. Desinat indignatio tua circa nos. Veni nobis pacificus et utere fructio nostro sicut placuerit tibi. Et descendit de montibus cum uirtute magna. et obrinuit omnes ciuitates et destruxit eas. et omnes deos terre exterminauit. Sic enim preceperat nabuchodonosor. ut ipse solus deus diceretur ab his nationibus que potuissent holofernis potestaria subiugari. Et audientes filii israel timuerunt valde. ne similia faceret in iherusalem et in sanctuario dei. et miserunt terminos terre per quos poterat iter esse in iherusalem et minuerunt angustia viarum. et humiliauerunt se coram domino ad exhortationem heliabhi sacerdotis filii ihus. filii iosedech. filioz te alterius. quem ipse ihus circumitebat ad exhortationem filiorum israel in montibus. Et operuerunt sacerdotes altare domini cilicio et ipsi in cinere et cilicio offerebant olocuista. et clamabant ad dominum. Nunciatumque est holoferni quod filii israel parassent se ad resistendum et montium itinera concludissent. et vocauit duces amon et moab dicentes. Quis est populus iste qui montana possidet aut que est virtus eorum? Tunc achior dux filiorum amon respondit. replicans ei quod primo remiserat populus iste de chaldaea per mesopotamiam. in terram chanaan. Cumque descenderent in egiptum reduxerat eos deus eorum in terram promissam. Qui cum pla-

catus erat eis. nemo poterat eis resistere. cum vero irritabant eum flagellabat eos quia deus eorum erat odians iniquitatem. Nuper autem reduxerat eos in iherusalem de fuiture. cui tradiderat eos propter peccata sua. et nunc obrinent montana hec. Et addidit achior. Perscrutare si deus eorum offensus est eis. et poteris eos expugnare. alioquin non preualebis eis. Et iratus holofernes dixit. Ut ostendat tibi quod non est deus nisi nabu-

chodono. et hac hora populo illorum sociaberis. ut cum illis pariter peas.

Tunc precepit holofernes seruis suis ut ducerent eum in betuliam ante castrametatus fuerat. Cuncti traherent eum. fundibularij egressi sunt aduersus eos. Et rimentes ligauerunt achior ad arborem. et recesserunt. Fundibularij vero soluentes eum statuerunt eum in medio seniorum et populi. Miserant quidem de iherusalem in betuliam duos sacerdotes. et principem oziam de tribu symeon. Cuncti exposuissent eis achior quare transmissus esset ab holoferne ad eos. recepit eum ozias in domum suam. Factum est autem ut holofernes inueniret ductus aquarum. que istuebant ciuitatem per auiculas. que ebibebant aquarum de aluo per lateres rimulos aque ductus. Et interru-

pro aqueductu abstulit eis aquas. Erant autem non longe a muris fonticuli. quibus ciues furtim utebantur ad refocillandum potius quam ad bibendum. Et dixerunt amonite ad holofernem. Si uis eos obrinere sine bello et sanguine. appone fontibus custodes. Et apposuit. et defecit aqua de cisternis post .xx. dies. Et clamauit populus ad eos qui venerant de iherusalem. Iudicet dominus inter nos et uos.

Et uisus

erat nobis seruire holoferni q̄ siti perire.  
**E**t dixerunt sacerdotes **S**ustineamus ad  
 hoc per quicquid dies. si forte faciet deus no-  
 biscum misericordiam. **E**rat autem in ci-  
 uitate iudith vidua tribus annis mulier  
 pulchra nimis sed casta. de tribu ruben. q̄  
 accitos sacerdotes reprehendit. eo q̄ tem-  
 ptassent dñm. et terminū dierum imposu-  
 issent misericordie eius. **E**t ait ad eos. **O**-  
 pus dei factura sum. qd̄ non indicabo vo-  
 bis. **S**tate hac nocte ad portas ciuitatis  
 et ozias vobiscum. vt egrediar per manū  
 vestram. **C**unq̄ illi abissent. orauit ad do-  
 minū dicens. **D**omine deus patris mei  
 simeon. qui dedisti illi gladium in ali-  
 emigenas. dirige manū ancille tue. **N**ec  
 cōmendauit factum simonis qd̄ detestat⁹  
 est iacob. sed vltionem factam a domino  
 per manus impij. **C**unq̄ orasset lauit se  
 et vixit mirro optimo et induit se vestibo  
 iocundit̄ iris sue. et vocauit abram suam.  
 id est ancillam. **Q**uel propriū nomen ē an-  
 cille. **E**t imposuit scapule eius ascopam  
 vini. et vas olei et polentam et lapates. i.  
 cibum olerib⁹ confectum. et panes et case-  
 um. et prouecta est. **E**t ammirari sunt sa-  
 cerdotes pulcritudinem eius. et orauerunt  
 pro ea. **C**unq̄ desce ideret montem tenu-  
 erunt eam exploratores. et duxerunt eam  
 ad tabernaculum holofernis. qui stans ca-  
 ptus est in oculis suis. **S**edebat autē ho-  
 lofernes in canopeo purpura et auro et gē-  
 mis contexto. hoc est sericum reticulū mu-  
 scarum. dictum sic a canopo opido egipti  
 in quo inuentum est. **A**lij dicunt conope-  
 um. qm̄ instar conij a lato descendit in a-  
 curum. **E**t dixerunt assiri⁹ **Q**uis contem-  
 nit populum hebreorum qui tam pulcra⁹  
 mulieres habet. vt pro his merito pugne-  
 mus contra eos? **C**ūq̄ adorasset **J**udith  
 dixit ad eam holofernes. **C**ur placuit tibi  
 vt ad nos venires? **Q**ue respondit. **E**er-  
 tum est q̄ in perditionem ibit popul⁹ no-  
 ster. grauit̄ enim offendit de⁹ suū. **V**a-  
 sa enim domini impendit pro victualib⁹

alienigenis. **I**nsuper ordinant vt bibant  
 sanguinem pecorum suorum. que lex dei  
 omnino prohibet gustari. **N**am et fame et  
 siti iam inter mortuos computantur. **E**t  
 misit me dominus hec ip̄a annūciare tibi.  
 qui dicet tibi quando reddet eis pecca-  
 tum suum. et tunc veniens introducat te  
 vsq̄ in iherusalem. et habebis omnem po-  
 pulum. sicut oues quibus non est pastor.  
**E**t ait holofernes. **S**i fecerit tibi hec de-  
 us tuus. erit et deus meus. id est in nume-  
 ro deorum meorum habebō eum. et tu ma-  
 gna eris in domo nabuchodonosor. **E**t fe-  
 cit eam introduci vbi erant positi thesauri  
 eius. **C**unq̄ disponeret qd̄ daretur ei de  
 conuiuio suo. ait iudith. **E**t his que me-  
 cum tetuli manducabo. ne veniat sup me  
 ira dei. **C**ui holofernes **C**um defuerit ista  
 quid faciemus tibi? **Q**ue respondit. **V**i-  
 uet anima tua quoniam non expēdet om-  
 nia hec ancilla tua. donec faciat de⁹ ima-  
 nu mea hec q̄ cogitavi. **P**erq̄q̄ sibi dari  
 copiā egrediendi foras nocte ad adorādū  
 deum suum. **E**t ita per triduum noctibus  
 eribat. et baptizabat se in aquis. et orabat  
 deum israhel. **Q**uarto die fecit holofe-  
 rnes cenam seruis suis. et dixit ad va-  
 gao eunuchū. **P**er-  
 suade hebreis illi vt  
 sponte consentiat  
 tibi. **F**edum est  
 enim apud assirios  
 vt mulier illudens  
 viro immunis trā-  
 seat ab eo. **E**t ait  
 ad eam vagao. **N**on vereatur bona puel-  
 la intrare ad dominum meum. **Q**ue re-  
 spondit. **Q**uicquid illi placuerit. hoc mi-  
 hi erit optimum omnibus diebus vite mee.  
**E**t cum ornasset se. stetit ante faciem ho-  
 lofernis. **Q**ui iocundus factus est. bibit  
 q̄ vinum quantum nunq̄ biberat i vita  
 sua. **E**t cum sero esset festinauerunt serui  
 ad hospicia sua. et erat iudith sola in cubi-  
 Simile verbum ha-  
 bes in luca cap. xxx.  
 v. vbi legit. **P**ha-  
 riseus quidam inui-  
 tasse dñm ad pran-  
 diū. **P**hariseus au-  
 tē cepit iter se repu-  
 tans dicere. quare  
 non baptizatus eēt.  
 añ prādiū.

# Judith.

culo. Porro holofernes iacebat in lecto ni-  
mia ebrietate sopitus. Dixitq; iudith pu-  
elle sue vt itaret foras et obseruaret. et o-  
rauit cum lacrimis dicens. Confirma me  
domine deus israel et respice in hac hora  
ad opera manuum  
meorum. Et soluit **C**ultellum magnū  
pugionē de colum-  
na que erat ad ca-  
put lecti. et percu-  
rens bis ceruicem  
abscedit capiteius. et tradidit illud abre-  
sue. et tollens conopeum egressa est. **C**un-  
q; venissent ad portam ciuitatis clama-  
uit. **A**perite. quia nobiscum est deus qui  
fecit virtutem in israel. **E**t occurrerunt ei  
omnes a minimo vsq; ad maximum cum  
luminariis. et proferens caput holofer-  
nis et conopeum ait. **C**onfitemini domi-  
no qui dedit nobis victoriā in manu mea  
et rediit me immaculatam. **E**t vocatus  
est achior. et viso capite holofernis p̄ pa-  
uore cecidit in terram sed resumpto spiri-  
tu adorauit iudith. **Q**ue dixit ad populū  
Suspendite hoc caput super muros. et di-  
luculo facite imperum in hostes. qui tur-  
bati pro nece domini sui verterent in fugam  
**T**unc achior circumscidit carnem prepu-  
cij sui. et appositus est ad populum israel  
**Q**uicq; orias nuncios per ciuitates iude  
vt egredierentur post eos. **P**orro egressi  
sunt hebrei mane. et dixerunt assirijs. **E**gres-  
si sunt mures de cauernis suis. **C**unq; in-  
traisset vagao vt exercitaret holofernem. vi-  
dit cadaver sine capite. **E**t ingressus ta-  
bernaculum iudith non inuenit eam. **E**t  
exclamauit ad populum. **U**na mulier he-  
breā fecit confusionem in domo nabucho-  
donosor. **E**cce caput holofernis nō est cum  
eo. **E**t turbati sunt valde fugę presidium  
querentes. **E**t insecuti sunt eos filij israel  
et percusserunt eos vsq; ad extremitates  
finium eorum. **P**er dies autem triginta  
vir collecta sunt spolia assiriorum. et vni-  
uersa que peculiaria holofernis erant de-

derunt iudith **J**oachim autem summus  
pontifex venit de iherusalem cum vniuer-  
lis presbiteris ad videndum eam. et bene-  
dixerunt eam. **T**unc cantauit iudith can-  
ticum domino dicens. **I**ncipite domino  
in timpanis etc. **S**uper hoc canticum iue-  
nies. qd̄ dicit iero. super psalmū. **D**omine  
deus noster. **Q**uia cum in hebreo legitur  
nomen domini geminatū sicut hic. **A**do-  
nay domine deus. **P**rimum est terragrā-  
maron. secundum **T**erragrāmaron. i.  
nō nomen domini **q**uatuor literaz **J**o-  
th. yau. lxt. **S**ed  
commune **I**n fine **h**is lris non respē-  
cānci prophetauit **t**ant elementa illa.  
de die iudicij dicēs **q**ue de his debent  
**D**ominus omni- **r**espētrari sicut nos  
potens in die iudi- **p**t. q̄ndoq; respē-  
cij visitabit suos. et **t**am? fontū.  
vindicare impios. **v**t vrantur in sempiternis. **P**ost hec ascē-  
dit iudith in iherusalem cum populo et ob-  
tulerunt dño vota et repromissiones su-  
as. **P**orro iudith vniuersa vasa bellicosa  
holofernis et conopeuz obrulit in anathe-  
ma obliuionis. et solennizauit omnis po-  
pulus. **E**t diem hanc in numero sanctorū  
dierum receperunt vocantes cambisen se-  
cundū nabuchodonosor. **E**t rediit iudith  
filia merari rubenite in bethuliaz. **E**x ma-  
tre fuit de tribu simeon. et fuit in viduita-  
te omnibus diebus vite sue. **E**t comple-  
tis. c. v. annis mortua est. et sepulta cum  
viro suo manasse. et dimisit abram suam  
liberam. et planxit eam omnis populus se-  
ptem diebus. **P**orro cambises ingressus  
est egiptum et vastauit eam. et abhomi-  
natus religionem eius et ceremonias. tēpla  
deposuit. et edificauit babilonem in egi-  
pro. **C**unq; reuertetur ab egipto egro-  
tabat. et ferebatur ceruicibus regum. **E**t  
mortuus est in damasco.

**D**e duobus magis et dario filio yda-  
psis. Ca. II.

**P**ost cambisem

vnus de septem magis qui iudicabant re-  
 gnum persarum erincides nomine obtinu-  
 it regnum persarum. ducens pandxi fili-  
 am cambise in uxorem. simulans se non  
 velle sibi regnare. sed conseruare regnum  
 mergi fratri cambise. quia puer erat. Hunc  
 tamen mergin cambises prius occiderat  
 in penetralibus templi. solo isto erincide  
 conscio huius sacrilegij et paricidij. Cum  
 q̄ post septem menses regni sui moreret  
 erincides. substituit sibi fratrem iuuenes  
 elegantem forma et viribus dicens. hunc  
 esse mergin cyri filium. et cambise fra-  
 trem. Hoc aut occultatio regū de facili fie-  
 ri potuit in perside. q̄ ad regem nullus se-  
 re intrabat preter domesticos eius. Cuius  
 aut de septem magis cepit illum habere  
 suspectum. suspicatus nō esse mergin. Hic  
 magus inter concubinas regis filiam ha-  
 bebat qui secretius loquens cum ea mo-  
 nuit eam. vt de nocte attentius palparet  
 caput regis. et deprehenderet vtrum auri-  
 culas haberet. Hunc enī fratrem erinei-  
 dis quondam sibi offensus cambises mu-  
 tilauerat auribus. Cuius puella dephen-  
 disse eum aures nō habere indicauit hoc  
 patri. Qui cum reliquis magis hoc indi-  
 casset coniurauerunt in eum. et occiderūt  
 eum. et non regnauerunt nisi per annum  
 isti duo fratres. Porro. vii. magi cū tra-  
 ctarent inter se. quis eorum duceret filiaz  
 regis et regnaret pro eo. complacuit eis  
 vt tali vaticinio vnus ex eis eligeretur.  
 Diluculo venient super equos soli in a-  
 trio palacij ante fores templi. et cuius equus  
 prior binnitum daret. secundum oraculū  
 deorum rex constitueretur. Erat vnus eo-  
 rum darius filius yraspis. qui secretius  
 loquens cum custode equorum suorum mā-  
 dauit ei. vt in loco ad quem in crastino cō-  
 uenire debebant. equo suo de nocte suppo-  
 neret equinā. Quo facto cum in crastino  
 septem magi ad eundem locum deuenis-  
 sent. statim ad eque memoriam equus da-  
 rij binnitum dedit. et sine cunctatione in

regem sublimatus est. et regnauit anno.  
 xxxix. regni persarū. Hunc familiaris erat  
 zorobabel. Cum enim interdixisset cam-  
 bises reedificationem templi. ascendit ad  
 eum zorobabel et per huius darij interuē-  
 tum temptauit animū regis mutare sed  
 non potuit. et tunc persuasit dario secreti-  
 vt roueret votum deo israel. quo si eum  
 regem faceret. restauraret eius templum  
 et vniuersa vasa domini. que adhuc erāt  
 post regem persarum remitteret in ierlm.

De consummatione templi et zacharia  
 et aggeo. Cap. III.

**Q**uoniam audisset  
 itaqz zorobabel hunc regnare  
 fiducialiter aggressus est reedificare tem-  
 plum aggeo et zacharia et horzantibus po-  
 pulum. Qui predicabant deum eis offe-  
 sum. eo q̄ habitarent in domibus laque-  
 antis. et domus domini eēt desolata. Hoc  
 aut signū ire dei esse dicebant. q̄ semina-  
 bant multum et inferebant parum. Pri-  
 cipes vero regis persarum qui erant trans  
 flumen. interdicebant reedificationē. Cū  
 qz repondissent seniores iuda. q̄ deus su-  
 us hoc eis preceperat. cui nephas est con-  
 tradicere. placuit vtrisque. vt res ad darij  
 referretur. Et ascendit zorobabel cum nū-  
 cius principum ad regem. et honorat⁹ est  
 ab eo supra q̄ speraret. Nam in cubiculo  
 regis dormiebat cum alijs duobus cubi-  
 cularijs. Porro darius rex cenaz exhibu-  
 it satrapis persarū. et prefectis in die et e-  
 thiopie et magistratibus. c. xxvij. prouin-  
 ciarum. Eadem nocte expergefactus nos-  
 ctem ducebat insomnem. et p̄osuit que-  
 stionem tribus custodibus corporis sui.  
 quid de tribus fortius videretur. regesqz  
 vino. et muliere. pmittens ei mūera et ho-  
 norē. qui sapientius responderet. In cras-  
 tinum coram satrapis et magistratibus ac-  
 cesserūt illi tres. Et ait prim⁹. regē esse for-  
 tiore cūctis. Cum enī homo p̄sit ceteris a-  
 nimantibus rex p̄est homini. et ad nutum

# Judith

eius omnia fiunt. Secundus autem pre tulit vini fortitudine. qz cū homo nō pre sit ceteris nisi animi fortitudine. vinū su perat ipam animi fortitudine. **Soroba bel** vero mulierē fortiozeꝝ vtroqꝫ asseruit. Nam ⁊ regibus ⁊ eis qui vites plantant mulieres ⁊ vitam conferunt et alimonia et ad robur vsqꝫ perducunt. et pro mulie ribus homines animas ponere non timēt. **Retulit** quoqꝫ se vidisse concubinā cuius dam regis. alapas regi imponentem cū qꝫ illa risisset regem ardentem. et ea mo lesta regem molestatum. **Super** hęc om nia vero veritatem dixit esse fortiozeꝝ que immutabilis est ⁊ sempiterna. **Veritas** enim dei omnia creauerat. et ad eius pro uidentiam orbis regebatur ⁊ nil ei resistere poterat. **Cunqꝫ** omnes iudicassent for tiozem omnibus esse veritatem. dixit rex ad zorobabel. vt peteret ab eo qd veller. **Et** postulauit zorobabel fieri templi ree dificationem. et vasa domini remitti i ihe rusalem. **Et** gauisus est rex. Nam idi p m meminit se vouisse. **Et** scripsit principibꝫ suis per epistolam trans flumen. vt nul latenus impediret iudeos. sed de sumpti bus regis iuuarent eos dantes eis p sin gulos dies hostias. simalam. vinū et sal. vt offerant ea deo celi. et orent pro vita re gis et filiorum eius. **Et** addidit **Qui** hęc mutauerit iussione tollatur lignuꝫ de do mo eius. et configatur in eo. domus auteꝫ eius publicetur. **Ego** darius statui decre tum. quod studiose impleri volo. **Remi sit** quoqꝫ darius vasa dñi per manum zo robabel. **Qui** redi tum faciens per cal deam contribulibꝫ suis regis manda ra patefecit. et ascē derunt cum eo. ml n iherosolimā. **De** eodem etiam ie ro. in qdam eplā di cit. **Q** cū maximuz et pulcerrimū agre gasset exercitū. vna vice ascēdit cū pau cis in tumulum. vt oēs aspiceret. ⁊ cepit flere. **Et** cum quereret cur flieret. cū pon esset illi gaudendum sup tāto exercitu re

spondit. **I**deo fleo. quia nullus istorum durabit viuens post .c. annos. sed erunt omnes puluis et cinis. **I**gitur anno se cundo darij mense. viij. instabant operi ⁊ compleuerunt illud anno. vij. darij. qui erat. xlvj. regni persarum. secundum qd dictum est in euangelio. xl. et .vi. annis edificatum est tem plum hoc. id est. a qñ dñs dixit **Sol** prima licentia qñ uite templū hoc. et dedit cyrus redeū itez reedificabo illō di et reedificandi tē plum. vsqꝫ ad vij. annū darij. qꝫ psumma tū est. totāni fluxerit. **Et** mortuꝫ est aggeꝫ ⁊ sepultꝫ iuxta sacerdotū monumēta. **Cō** uenerūt autē filij isrl ad dedicatōeꝫ templi. et dedicauerunt il lud mense. xij. qui aquid latinos mar cius dō. xxiij. die mēsis. **Et** hęc ē scōda tēpli dedicatō xna lis. **Et** celebraue runt filij isrl pha sescōm legem dñi **De** archa dō quō vel quando rece perunt eam. incer tum est. **Sed** si ve rum est qd epipha nius dicit. eam vs qꝫ ad iudicij diem non esse egressurā de latibulo petre. certum est. qꝫ he bzei instar prioris edificauerunt alte ram. **Naꝫ** inter ma nubias. quas tu lerunt romani de iudea. **Leguntur** translata archa do mini candelabrum et mensa. **Et** moꝫ tuus est zacharias

modicum numerus. vt supra capit. si sup aliquā summani supercreuit sepe subricet. **Q**ui cum venissent ad regē benigne ab eo collecti sunt. non tamen ad regem intromissi vsqz in diem quintum imminebat enim ea die solemnitas triphalis pro triumpho. scilicet quodā. quē maiores sui eadem die habuerant. **E**a igitur die suscepit eos quos coram vniuersitate principum decreuerat honorare. **P**ro susceptionem vero duodecim diebus fuerunt cum rege. et saccatus est ab eis qd corde suo disposuerat. et precipue de duobus. de cognitione dei & gubernatione regni. **C**unqz instruxissent euz de regni administratione. plenius disputauerunt de vno deo colendo. et qd nulla creatura deus esset. **I**nde est qd vbiqz occurrit eis de trinitate. vel sub silentio transierunt. vel enigmatice trastrulerunt ne tres deos colendos tradidisse viderentur. **S**i militer et de incarnatione verbi. facientes. vt in ysaya. **Q**ui cū dixisset puerum vobis nasciturum. et addidisset. vi. ei noia quoz vnū est deus. pro illis. vi. nominibus transfulerunt magni consilij angelus ne viderentur tradidisse hominem deificatū. **T**unc ostenderūt regi rotulum quez attulerāt. **N**ec sufficiebat admirari rex cartarum tenuitatem & compaginationem. que oculis deprehendi non possit. qd littere auree cātoze cartarum adeo legibiles apparerēt.

**U**nde in ysaya. et vocabit nomē eius ammirabilis cōsiliarius. deus fortis. pater futuri seculi pnceps pacis. **P**ro his omnibz transfulerunt magni consilij angelus. qd translatione vsus est gregorius. qui ecclesiasticum officium ordinauit. quoz translatione vniuersitatis vbiqz vel positi vel alterius auctoritatez inducit cū in ecclesia translatione iero. vel vulgari vtaf in his omnibz.

Introduci autem sunt in domum regis  
lectis mare secretam. que erat ad negocio  
rum deliberationem. Et date sunt eis cel  
le singule. et quicquid visum est eis opo  
tunū et comodū ad interpretandū. Diluclo  
egrediebant ad o  
prandū regi bona  
et policronitudi  
nem. Tunc laua  
bant se ad mare se  
cundum purificati  
onem iudeoz. post  
ea interpretabantur  
vsq; ad horam no  
nam. Inde transi  
bant ad cibum. et  
requiem et psu  
mauerunt opus.  
Iux. duob; diebus  
Unde quibusdam  
visum est qd non  
transulerunt tunc  
nisi pentateuchum  
Postea vero. vel  
postq; redirent. vel  
post aliqui ex eis ad regem redeuntes tra  
stulerunt psalmos et pphetas. Verū tamē  
si miraculose factum est vt dicit augusti  
nus. qd vna et eadem sine dissonantia  
inuenta sit editio vniuscuiusq; eorum mi  
nus miraculose fieri potuit. vt in tot die  
bus interpretari sint legem psalmos et p  
phetas. Iero. tñ videtur velle. qd interpre  
tationes. vi. dierum in sabbato confere  
bant ex omnibus constantes vnam. Nec  
mirandum esse hoc asserit. cum esdras le  
gem quā per spm reparauerat. postea cu  
veteri scriptura que apud samaritanos  
erat correxit. Opere completo cōuocauit  
demetrius qui super libros magister erat  
omnes iudeos qui erant in alexandria. et  
de prouincia peritōres. Et lecta est corā  
omnib; translatio eoz et approbata. Post  
ea delata est ad regē et coram eo replicata  
Cunq; peterent interp̄tes a rege dari au

**P**olicronitudō dē  
oratio que fit ab ec  
clesia pro regib; pō  
tificibus p̄ncipib;  
terre et op̄rat eis bo  
na spiritualia et tem  
poralia. et eterna. et  
temporis longitudi  
nem. Pol̄is enī gre  
ce pluralitas larine  
cronos tēpus. Ad  
huc apud grecos ta  
lis consuetudo ē. vt  
cum surgunt mane  
templum respicien  
tes clamant policro  
nitudō basilicas. id  
est multum tēporis  
viuat rex.

toritatem vt immobilis p̄seueraret. hoc  
se facturū laudauit. si demū ita caste corri  
gerent eam vt quod semel iudicatū foret.  
non cogerētur irritare Et remisit eos mu  
nerib; honoratos. Elezaro quoq; sum  
mo sacerdoti transmisit munera. In tem  
plum vero misit preter vasa mentam au  
ream. gēmis imp̄ciabilibus insignitam.  
cuius crassitudo cum esset dimidij cubiti  
tñ materia supabat op̄.

**E**o tempore so  
stratus farum in  
alexandria constru  
xit. aratus claruit.  
argenteus numus  
primus in vrbe fi  
guratur. Roma  
nos carthagenen  
ses nauali p̄elio  
vicerunt. metello  
consule fugato.

**H**oc fuit vnum de  
mirabilibus mun  
di. vt dicit plinius  
Dhar? enī erat tur  
ris altissima in lito  
remaris ita. nō in  
terra fundata. h; su  
per caneros. iij. vi  
treos posita et tan  
te magnitudinis. qd  
ignis in summo po  
situs in nocte totū  
fere litus irradiabat. Sep̄scrū arari ad  
miracione est dignum nam in id saxa iā  
crata resiliunt.

De euergete. C. VIII.

**P**hiladelphum regnauit frater eius  
p̄tolomeus euergetes qui  
ab egiptijs euergetes dicitur ē. qd reueci  
onē sonat. qd post vastatā syriā et ciliciam et  
partē asie inter innumera spolia q̄ cepit.  
etiā deos eoz quos cābises in psas trans  
uererat reuexit. Iudeoz pontif. xonias si  
monis iusti filius. cui successit simon fili  
eius. sub q̄ ibūs fili? syrach lib; sapientie  
qui ecclesiasticus  
dē cōposuit quem  
panaretion vocāt  
Et predicci sumōis  
in eo facit menti  
onem. Porro oni  
as cum tributa ne  
gasset euergeti. ze  
Tres libros salo  
mō fecit Ecclesiasten  
qui sic incipit. Glā  
nitas vanitatū. pa  
rabolas siue prouer  
bia q̄ hebraice mas  
lor dicitur. Cātica  
k iij

lo legis vel potius  
ex auaricia vt dicit  
iosephus qui eum  
in honorem fuisse  
testatur. compulit  
regem in iram. Et  
missus est legatus  
a iudeis etiam inui  
ro omnia ad regem.  
**I**oseph? vir nobi  
lis thobie filius et  
sororis onie. **H**ic  
habuit filium hira  
nū. cuius dum pu  
er esset probauit  
pater prudentiam  
tradens ei .ccc. iu  
ga boum sine loris  
**Q**ui non soluz pa  
cem reformauit. s;  
remissus est a rege  
dux iudee. et finiti  
marum regionum.

canticorum. **E**st et  
quartus cuius dubi  
tat auctor qui prie  
dicit liber sapientie  
**D**iligite iusticiam.  
**E**st quintus qui ec  
clesiasticus dicitur  
cōposuit ihūs filius  
syrach **Q**uilibz isto  
rū dicitur liber sapientie  
qd̄ i eplis notari po  
test ab his libris sū  
pris. **I**deo aut̄ hāc  
appellatiōem sortiti  
sunt. quia in quoli  
bet istorū sapientia  
introducitur loquē  
vel quia mores iſoz  
mant. vel quia de sa  
lute salomōis ppter  
ydolatriaz dubitat̄.

**E**o tempore enni?  
tarentinus a cathone questore romā trans  
larus est. parco sumptu contentus. **E**t v  
nius acille ministerio. xl. ferme milia gal  
lozum a romanis cesa sunt. **A**pod rhodū  
collosus magnus terremotu corruit.

**D**e philopatre. Ca. IX.

**D**est euergete re  
gnauit filius eius ptolomeus  
philopater. **P**ost quē ptolomeus epi  
phanes **P**ost quē ptolomeus philome  
roz. quē vicit rex sirie antiochus magnus  
et iudeā sibi subiugauit. **P**ontifex iudeo  
rū fuit onias magnus simonis filius. **A**d  
quē ad repandum sedus qd̄ legif̄ fuisse i  
ter abrahā et maiores suos. lacedomonio  
rū rex anius legatos misit. **P**orro antio  
chus rex tributa. vij. anni et ministrozum  
tēpli q̄ philadelphus relaxauerat a iude  
is reuocauit. **Q**ui dū finitimas regiones  
sup̄ modū infestaret. delata est res ad ro  
manos. **E**t missi sunt ad eū scipio nasica.

et scipio a africanus. et ab infestatiōe sub re  
ligione iurisiuradi amouerūt eū. **I**n sup  
tulerūt ab eo obsidem filium eius seieucum  
primogenitū. quez volens recipere ab eis  
tradidit pro eo filium minorem natu antio  
chuz epiphane. ita qd̄ esset obses perpetu?  
id est nō rediturus. ppter eiusdem antio  
chi seiciā. **D**escendit onias in egiptum  
ad ptolomeū epiphane sic sup̄ dictum ē.  
et occisus est in plide antiochus i sano na  
nee. et mēbratim eiectus a sacerdotibus.  
**Q**ui in dolo pmiserāt ei thesauros. et cuz  
paucis iduxerūt eū in aditū vt sup̄ dicit̄ ē.

**D**e seieuco. Ca. X.

**D**est antiochum

magnū regnauit in siria filius ei?  
maior seieucus pessimus. sed iners **P**on  
tifer iudeoz fuit onias. **N**am omnia transe  
unte in egiptū. filius eius simō sedit. p eo  
**C**ui successit filius eius onias. **S**ub hoc  
misit seieucus nūciū heliodorū in irim ad  
spoliandū p̄mune exariū tēpli.

**Q**uo igressio in tē? **M**ōvafa s; donaria  
plū surrexerūt duo in vltis tēpli.  
iuuenes de latibulis et occiderūt eū. **V**idet̄  
tū iosephus velle angelos fuisse in simili  
rudie hominū. **I**n scdo machabeoz libro  
legitur. qz apparuit terribilis seſtor equi et  
conculcabat eū et p̄fractus ē. et mutus fa  
ctus sed nō mortuus. et duo iuuenes deco  
ri flagellabāt eū. **T**imēsq; onias indigna  
tionē seieuci. orabat ad dñm pro relicto  
et iſurrexit **Q**ui rediēs ad regē ait **S**i ha  
buerit dñs meus aliquos quoz siniat san  
guinē. mittat eos in irim vt spoliēt tēplū.

**E**o tpe aristobolus natōe iudeus p̄ri  
paticus phūs scripsit p̄mētanos expla  
natōnū i moyſe ptolomeo philometoz

**D**e antiocho Epiphane. C. XI.

**A**ntiochus epiphane qui romie  
obses erat. p p̄te p̄tem mortuū. scieſq; fra  
tris iernā. de regno sirie habēdo p̄sumēs

# Hester

dam romam egressus est. Licet quidam tradant eum sub conuenticia senatorum rediisse. Reuersusque in siriā benignus se omnibus et munificus exposuit. Strenuus erat in agendis. et acer in hostes. Unde et a populo agnomiuatus est epiphanes. quod sonat illustris. **E**t mortuo fratre regnauit pro eo. Tunc iniquitatem sibi insitam apuit. quam pro regno obtinendo paliauerat. Tunc surrexerunt in israel filij be hial. introducetes ritum gentium et petierunt ab antiocho ut faceret in iherosolyma. id est lupanaria ephraim. et quod iherosolyma scriberentur antiocheni. et gymnasia in quibus dogmatizabant de ritu gentilitatis. **E**t fecerunt sibi prepuccia. id est non circumciderant paruulos suos. vel quod ritu prepucciarum uiuebant. Quidam tamen volunt quod quedam velamina fecerunt circumcisioni sue. ut in denudatione grecis apparerent dissimiles. **C**ausa uero huius flagitij hec fuit. **O**mas sine liberis duos habuit fratres. iherosolimam et iohannem. qui contendebant de pontificatu. et ut placerent antiocho. declinauerunt ad ritus gentium adeo ut etiam nomina gentium sibi imponerent. **E**t iherosolimam dicitur iason. vel omias. iohannes uero menelaus. **C**umque plures essent cum iasone. supplicauit antiocho de faciendo gymnasio in iherosolyma. **E**t auerterunt cum uini pessimi culpabiles in cibo et violatione sabbati et huiusmodi. **P**ostea antiochus amouit iasonem. et eleuauit menelaum. **Q**ui secutus est omnia in antiochia. **H**ic enim cum uidisset facinus fratrum. descenderat ad regem. si posset mutare animus regis. **Q**uod cum nequiveret sequebatur in antiochia

in asilo. **E**t uenies post eum menelaus? suasit andronico. ut occideret oniam. **Q**ui euocans eum de asilo occidit eum. **E**t iratus rex pro morte iusti. andronicum exiit purpura. et flagellatum per ciuitatem in eodem loco fecit interfici. ubi ille occiderat oniam. **P**orro antiochus cum percussisset egyptum in dolo ascendit in iherosolymam. et pro diuisione. id est dissensione ciuium ad libitum fecit in ea. et percussit multos in iherosolyma. et lugebat omnis terra. **C**umque redisset in egyptum. et esset repulsus pro nuntios romanorum post biennium redijt in iherosolymam in furore. **E**t aperuerunt ei portas fauentes sibi. **E**t interemit contraria sentientes. et expoliauit templum menelao auctore. tollens uasa et lucernas. mensam et sacrificium. et urnam auream. **A**uiculis quoque non abstinuit. **E**t posuit in templo ydolum iouis olympici vel hospitalis vel peregrini. **O**blationes mosaicas fieri prohibuit. altare eremum amouens. et carnem suillam edere. et ydolo immolare coegit iudeos. arcemque muniuit in ciuitate dauid. in qua posuit presidium macedonum. qui iudeis erant in omnibus inhumani. **M**aius quoque circumcidisse filios suos reperissent. suspendebant. et paruulos ad colla eorum. **U**identes autem samarite iudeos hec pati de consuetudine nature sue. se non esse cognatos iudeorum fatebantur. et quod hactenus predicauerant templum supergarizim dei esse maximi negauerunt. scribentes antiocho iu hunc modum. **D**eo epiphani. relatio a sibi iudicis sydoniorum. **M**aius nati propter pestes quandam superstitione sabbatorum secuti sunt. edificantes in garizim templum sine numine. ueniuntque iudices uiri ad nos. et filia iudeis nobis

# Historia.

inferūt. dñi ab initio sydones esse noscam  
Cohibe iudices tuos ab afflictōe nra. ⁊ tē  
plum sup garizī noīe greci iouis vel an/  
ruris. i. hospitalis perim⁹ tedicari. Et ad  
iudicauit antiochus facere peritōem eoz.

**S**equitur titli caploz In historiam  
Machabeozum. Libri primi.

De machabeis. Cap. i.

De preljs iude machabei. Ca. ij.

De purificatōe templi. Ca. iij.

De preljs iude. C. iij.

De morte āniochi eupatoris i iudea. c. v.

De demetrio ⁊ nicanore. Ca. vi.

De federe iudeoz cū romanis. C. vij.

De morte iude. Ca. viij.

De ionatha. Ca. ix.

De alexandro. Ca. x.

De demetrio cretensi. Ca. xi.

De antiocho adolescente. Ca. xij.

De simone. Ca. xij.

De antiocho demetrii filio. C. xij.

De morte symonis. Ca. xv.

**I**ncipit historia libri machabeoz. C. I.

**U**nc multi  
iudeoz sponte quidam  
timore regis iussa secu/  
ti sunt. pbari ⁊o partis  
legibz adxerūt. Erat

aūt vir de modin modico iudee vico sacer  
dos noīe mathathias. filius iohānis filij  
symonis filij asamonei. de vice ioachi. id  
estronius illoz. xiiij. q̄s dauid elegit. et in  
eundem modū dictus est. zacharias de vi  
te abia. Erantq̄ ei filij quinq̄. Iohānes  
Simon Judas Eleazarus Ionathas ⁊  
quicq̄ suo agnomine censebatur. S; suf  
ficiat de iuda dicere. qui dicebatur macha  
beus. **Q**ui vidētes mala. induti cilicis plā  
xerūt. Et venērūt emissarij directi a rege i  
modin. statuentes ydola in loco quibus  
coegerent iudeos immolare. Et dixerunt  
mathathie. Princeps es in ciuitate hac.  
et prior iussa regis imple. Qui clamauit  
Et si omnes obediant regi. ego ⁊ filij mei

et fratres mei obediemus legi dei celi. Nō  
sacrificabimus. Tūc quidā ex iudeis im/  
molauit i medio. Et surgēs mathathias  
cū suis trucidauit eū super arā ⁊ nuncios  
regis interemit. aram quoq̄ deponēs cla  
mauit. Qui dei est seq̄tur me. Et cū omni  
tribu sua abijt in solitudine. omnia relin/  
quēs. Multiq̄ cū filijs ⁊ vxoribz ad soli/  
tudines confugerunt. malentes herbis v/  
ti q̄ inquinari. Quos iudices regis pri/  
⁹ verbis flectere conabantur vt eligerent q̄  
profunt. ne eis tanq̄ hostibus vterentur.  
Qui noluerunt eos audire. Tūc emissari/  
rij regis aggressi sunt eos in dieb; sabba/  
toz. quibz nephas erat eis arma mouere.  
et percusserūt quosdam. Alios in spelun/  
cis globis fumiferis suffocantes. Et peri/  
erūt ex eis. iij. milia. Plures liberati ad/  
iuncti sunt mathathie. et eū iudicem sibi  
statuerūt. Qui docuit eos pugnare i saby  
baris dicens. Si super hoc legem suabv/  
tis. eritis hostes legis. dantes causam vt  
pereat populus dei. et lex cum populo pe/  
ribit. Exinde dicit iosephus. pmaner no/  
bis consuetudo pugnandi. etiā si tali die  
bella consurgant. Colligensq̄ mathathie  
as armatos. aras deposuit ydoloz. immo  
lantes quos potuit interemit. pueros nō  
circūcisos iussit circūcidi. Et anno vno  
hunc gessit magistratuz. Cuncq̄ grauius  
egrotaret. cōuocans filios ait. Ego tece  
tam proficiscoz viam. Amendo vobis pa/  
trias leges. vt pro eis grata mente moria  
mini. Nam corpora mortalia sunt sancto  
rum vero monumenta immortalitatis or  
dinem consequuntur. Concordiam habe  
te et symonem propter sapientiam in con  
silijs habete parrem. Judam vero ppter  
fortitudinem ducem in armis. Et mortu  
us est mathathias ⁊ sepultus in modin.  
Et planxit eum israel planctu magno. Et  
furrerit pro eo iudas machabeus filij ei/  
⁹ et factus est quasi leo defendens israel  
clipeo suo.

De preljs iude machabei. C. II.

**T**unc appolloni-  
 mus dux samarie. in virtute ma-  
 gna egressus est contra iudam. Judas autem  
 occurrit ei. et percussit eum multosque cum  
 eo. et reliqui fugerunt. Tulitque spolia mil-  
 ra. et gladium appollonij. et erat pugnant  
 in eo omnibus diebus vite sue. Seron autem  
 dux inferioris syrie. audiens iudam robo-  
 ratum tulit sub se constitutos. et iudeos  
 transgressores et castra metaturus est. in beth-  
 siria. Et occurrit ei iudas. et videns suos  
 propter paucitatem et ieiunium desiderans horra-  
 batur eos non in multitudine sed in pietate  
 te confidere. Et confligens cum siris du-  
 ce eorum interfecto persequabatur fugientes  
 in descensu montis bethoron usque in cam-  
 pum. Et ceciderunt ex eis. dccc. viri. Joso-  
 phus dicit. vij. milia. Reliqui fugerunt  
 ad marina loca philistinorum. et cecidit ti-  
 mor iude super gentes. Audiens hoc anti-  
 ochus congregavit omnem propriam virtutem  
 et multos ab insulis mercede conduxit.  
 Cumque militibus stipendia distribueret vi-  
 dit thesauros deficere. Non enim ei omnia  
 tributa reddebantur propter seditiones gen-  
 tium. et deliberavit ire in persidem. et acci-  
 pere tributa regionum. Et reliquit lissiam de ge-  
 nere regali super negocia regni ab eufrate  
 usque ad fines asie inferioris. et ut nutrirer  
 antiochum filium eius donec rediret. Et  
 tradidit ei medietatem exercitus et elephan-  
 tes. precipiens ut vastaret iudeam et euer-  
 teret iherusalem. et genus iudeorum extirparet  
 Ipse vero abiit in persidem egressus ab e-  
 math. quam repans antiochiam nomina-  
 vit. et perambulavit superiores regiones  
 Lissias vero elegit ptholomeum. micanorem. et  
 gorgiam. viros potentes et amicos regis.  
 Et misit cum eis. xl. milia peditum. et vij. mi-  
 lia equitum. ut veniret in terram iuda. et appli-  
 cuerunt in emaus in loco campestri. Et su-  
 peruenerunt syri eis ad auxilium. et multi trans-  
 fugerunt iudeorum. et negociatores quidam spera-  
 res se iudeorum emere captiuos. Judas

et cum exercitu venit in masphar. et hortatur  
 suos sperare in deum dimittentes secundum  
 legem nouiter exoratos. et qui possessiones  
 paulo ante adquisierant. Et assumpsit gorgias.  
 v. milia viros. et iij. milia equites et  
 lectos. et egressi sunt circa solis occasum.  
 ut per noctem irruerent super iudam. Quod  
 prescians iudas statuit et ipse castra hosti-  
 um latebre inuadere. et focos plurimos in  
 castris derelinquens peruenit ad campestriam  
 emaus. Gorgias vero neminem in castris iu-  
 deorum inueniens. arbitrans eos fugisse  
 se in montes. querebat eos in montibus  
 Diluculo apparuit hostibus in castris iu-  
 das cum tribus milibus plus vel minus ut  
 cumque propter paucitatem. Cumque inopina-  
 tos hostes inuaderet. multos occidit. reli-  
 quos persecutus est usque ad geferon. et  
 campos ydumee et azoti. Et ceciderunt ex  
 eis tria milia. Judas vero dicebat suis pro-  
 dam preternere. dum adhuc pugna pro gorgia  
 superesset. Videntes autem qui cum gorgia  
 erant castra suorum incensa. nam fumus a  
 longe hoc eis indicabat scientesque suos  
 in fugam versos. et ipsi terga dederunt. Ju-  
 das vero post plenitudinem victoriae tulit  
 spolia multa hostium. ad propria remeans  
 et laudans deum. Et adixerunt iude plu-  
 res. et fuerunt cum eo circiter. x. milia virorum  
 Sequenti vero anno congregavit lissias ex-  
 ercitu. xl. milia viros. et. v. milia equitum  
 et venerunt in iudeam. Et occurrit illis iu-  
 das in bethoron. cum. x. milibus et statim pre-  
 cursores prosternens. congressus est cum eis  
 Et ceciderunt de exercitu lissie. v. milia vi-  
 rosum. Et attendes lissias iudeorum au-  
 daciam. et timens eorum desperationem.  
 nisi eis viuere cum libertate licuisset. rediit  
 antiochia. presidia congregans peregrinorum  
 ut cum maiori apparatu rediret in iudeam

**D**e purificatione templi. Ca. III.  
**Q**uoties igitur vi-  
 ctis antiochi ducibus persuasit  
 iudas populo. ut ascenderent

iherosolimam templumq; mundaret. Et  
 inuenientes templum desertum. et in eo fru-  
 tices pullulasse. planxerunt plactu magno.  
 Et elegit iudas milites qui expugnarent  
 eos. Qui arcem presidij custodiebat. du-  
 m ipse templum a feditate purgaret. Quod  
 diligenter emundans eadem die qua de-  
 structum fuit. introduxit vasa noua.  
 candelabrum. et mensam. araz quoq; et au-  
 ro factam. Et posuit vela in ingressu. et ia-  
 nuas restaurauit. et deponens altare quod  
 statuerat antiochus de lapidibus nouis  
 aliud edificauit. et encensatum est templum  
 xxv. die decembris. Que dedicatio stetit  
 in posterum alijs  
 duabus habitis i  
 disuetudine. De  
 hac dictum est in  
 euangelio. Facta  
 sunt encenia in iherosolimis. et yes erat.  
 Et obrulerunt olocausa in nouo altari.  
 et adoleuerunt incensum de calculis igne  
 concepto. Et accenderunt luminaria mil-  
 ta. et dixerunt festum luminum. vel ppter mi-  
 ritudine luminariu. vel qz tuc illumina-  
 uerat eos deus sedentes in tenebris. Et sta-  
 tuerunt iudam summum sacerdotem. Facta  
 sunt autem hec post tres annos quibus replum  
 manserat. pphanatum scdm danielis prefa-  
 tionem. qua ante. cccc. annos et octo predixe-  
 rat. Et solennizauerunt. viij. diebus sub  
 braciis scdm ritum scenoplogie. memores  
 qd paulo ante in speluncis habitauerant.  
 statuente vt posteri p. viij. dies hanc re-  
 nouationem templi celebraret. **N**ota qd  
 hic habes festum iudeorum per ogdoadem.  
 qd non obest. quia non fuit festum ex lege  
 Unde iosephus ait. Ab illo tempore et ha-  
 crenus illam festiuitatem celebramus vo-  
 cantes eam lumina. eo qd preter spem lu-  
 men nobis religionis apparuit. Tunc co-  
 struxit iudas murum in circumitu ciuitatis.  
 et edificauit turres. custodes in eis depu-  
 tans. Sed et bethsuram muniuit. vt ea pro  
 castello aduersus hostes vteretur. arcem tñ

presidij nondum obtinuit.

**De presidijs iude. C. III.**

**D**uxo gentes fir-  
 missime reparationem iherusalem  
 et robur iudeorum egre ferebant. et perse-  
 quebantur eos. Quos iudas viriliter de-  
 bellabat. et percussit ydumeos plaga ma-  
 gna. Et pugnavit contra thimothuz du-  
 cem filiorum amon. et fugauit eum et vasta-  
 uit iazer. et redijt in iudeam. Et congrega-  
 te sunt gentes que erant in galaad aduer-  
 sus iudeos. qui erant in sinibus eorum. Qui  
 fugientes in therman. miserunt ad iudam  
 vt ferret eis auxilium nunciantes qd festina-  
 ret thimothheus capere locum in quem co-  
 fugerat. Cuiq; adhuc legerentur epistole  
 superuenerunt nuncia a galilea. indicantes  
 congregari eos qui erant in ptholomaide  
 et tyro et sydone aduersus iudeos. Ergo  
 utrobiq; hostibus nunciatis. misit iudas  
 symonem fratrem suum cum tribus mili-  
 bus electorum in solacium galileorum. Ipse vero  
 cum ionatha fratre suo et. viij. milibus ex-  
 iit in galaaditidem. relinquens in iudea  
 iosephum et azariam duces. vt fuarent  
 iudeam. sed cum nullo hostium interu-  
 lum committerent. Et venit sinon in gali-  
 leam. et contrite sunt gentes ab eo. et pse-  
 cutus est eos vsq; ptholomaidem. et tulit  
 spolia eorum et iudeos quos traxerant capti-  
 uos. et redijt in iudeam. Judas vero et io-  
 nathas transeuntes iordanem. ambula-  
 uerunt via trium dierum per desertum. Et  
 occurrerunt eis nabuthxi et susceperunt eos  
 pacifice. et narrauerunt eis que acciderant  
 fratribus eorum in galaaditide. et quomodo in mu-  
 nitione tenerentur comprehensi. Judas  
 vero prius incendit bosoz et spoliavit. Et  
 surgens nocte cum diluculo venisset ad ob-  
 sidionem. vidit portantes scalas et machi-  
 nas vt comprehenderent munitiorem. Et  
 venit post eos tribus ordinibus. et inso-  
 nuuit tuba. et castra thimothxi agnouerunt  
 quia machabeus est. et fugerunt ab eo. et

# Machabeoz

eciderunt ex eis fere .vij. milia. et vasta-  
uit iudas ciuitates gentium in galaaditi-  
de. Post hoc congregauit thimothæus ex  
eratum alium et ledit secus torrentem iu-  
das vero abiit obuias illis. Et ait thimo-  
thæus principibus suis. Si transierit iu-  
das ad nos. potens poterit aduersus nos.  
Si vero timuerit transire. et castra posue-  
rit extra flumen. transeamus ad eum et pote-  
rimus aduersus eum. Et transiit iudas  
torrentem relinquens post se qui clamaret  
neminem remanere. Et contrite gētes fu-  
gerunt ad pbanum quod erat in carnaim.  
Iudas vero succendit pbanum cum om-  
nibus qui erant in eo. Tunc congregauit iu-  
das uniuersos israelitas qui erant in ga-  
laaditide. et viros et paruulos ut veniret  
in terram iude. Cūq; venissent in effron  
perierunt a cuius transitu et noluerūt  
eis aperire. Et radicauit iudas effron. et  
per eam transiit super interfectos. et erat  
iudas congregans extremos per totā viam  
et exortās. Et transiit iordanem ascēde-  
runt montē syon et obtulerūt olocausta  
quod nemo ex eis cecidisset. Et redierunt in  
eadem die iudas de galaaditide. et simon  
de galilea. Interim vero dum aberant io-  
sephus et azarias volentes sibi facere no-  
men. congressi sunt cum gorgia. et fugerūt  
et ceciderunt de populo duo milia. et ma-  
gnificatus est iudas in isrl. qui quasi pro-  
pheta habebatur. et predixerat iosepho et  
azariene egredierentur. Erastauit iudas  
ydumeos et philistinim. Et pertransiēs sa-  
maria et declinauit in azorū et pūssit aras  
et deos eorū. et cū spolijs rediit in ierlm.

De morte antiochi eupatoris in iudea.

Cap. V.

**Q**uoniam hec fierent  
in iudea. perambulabat antiochus  
superiores regiones. et audiuit esse ciuita-  
tē elimaidē in pside opulentā. et templum  
in ea locuplex in quo erāt velamīa aurea  
et lorice et scuta quę reliquerat alexander. et

quererebat predari eam sed non potuit. naz  
elimaitē fugauerunt eum ignominiose. et  
nunciatū est in via ei. quomodo fracti es-  
sant principes eius in iudea. Et reversus in  
furorem iussit agitari suū currū sine inter-  
missione. superbe intonas venturū se ihero-  
solimā. et facere eā poliandrum iudeorū. Et  
statim apprehēdit eum amarus dolor visce-  
rum et contigit eum in impetu euntes de  
curru cadere. et collisus est. Et manifesta-  
uit deus in eo virtutem suam. ut qui sibi  
videbatur etiam **Q**uinq; de causis  
fluctibus maris in-  
perare. et montiu-  
altitudines in sta-  
tera appendere. in  
gestatorio porta-  
retur. Et ebulli-  
erunt vermes de  
carnibus eius. et vi-  
uentes effluebant  
et fetore illius gra-  
uabatur exercitus.  
Cūq; nec ipse fe-  
rorem suū ferre po-  
tuisset. ductus est  
ad agnitionem sui  
venire. et ait. Iu-  
sum est mortalem  
subditum esse deo. et vouebat se liberatu-  
rum iudeos. et pares atheniensibus factu-  
rum. Pollicebatur quoq; se futurum iu-  
deum. et in omni loco predicaturū dei po-  
testatem. et desperans scripsit omnia hec  
ad iudeos. orās ut fideliter adhererēt an-  
tiocho filio eius. Cūq; profiteretur se pa-  
tri hoc propter templi violationem. mira-  
tus ē iosephus polibiū virū bonū dixisse.  
ideo perisse antiochum. quia voluit tem-  
plum diane in perfide deuastare. Nā qui  
nullatenus egit peccatum sed tantum co-  
gitauit. nullo reatu tenet. Sic patet scōz  
opinionem iosephi. quod lex cohibebat ma-  
nū. et non animū. Tūc vocauit antiochus  
philippum collactaneū suū. et constituit

# Historia.

eum tutorem regni. dās ei diadema et stolam et annulum ut ferret ea ad antiochum filium suū. et poneret eū super solium regni. Et mortuus est antiochus peregre in moribus et miserabiliter. Quod cum accepisset lissias constituit antiochum quem nutrierat regem et vocauit eum eupatorē. Tunc cogitauit iudas ut obsideret eos qui erant in arce presidij. et fecit balistas et machinas et confortauit aggerem. Tunc egrediuntur quidam de obsessis. et adiunxerunt se illis aliqui ex impijs israel. et uenerunt ad regem et dixerunt. Quousque non uidecas nos. qui decreuimus seruire patri tuo et tibi. Ascende et libera obsessos tuos. et redde nobis hereditates nostras. Et iratus rex uelementer collegit exercitum. Sed et de regnis alijs uenerunt ad eum aduocati et erant. c. milia peditum. et. xx. milia equitum. et elephantes. xxxij. Et applicuit ad bethsuram. ut expugnaret eam. et recessit iudas ab arce et admouit castra contra castra regis. Et ordinauit rex diluculo exercitum. et ostenderunt elephantis sanguinem uide et mori. ad acuendum eos in prelium. et astiterunt singulis elephantibus ad custodiam mille pedites loricati. et equites. d. et turres lignee erant super singulos. et in turre. xxxij. uiri pugnantes desuper. et intus magister bestie. Et distenta est pars exercitus regis super montes. alij per loca ibant humilia. Et resplenduit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis. et apparuit iudas in prelio cum suis. et ceciderunt de exercitu regis. dc. uiri. Et uidit eleazarus frater iude unam de bestijs ceteris eminentiorem. et arbitrans regem esse in ea. cucurrit per hostes. et subijt elephanti et effodit eum in umbilico. et cadens elephas oppressit eum. Tunc diuerterunt iudei a prelio. et ascendit rex post eos. et capta bethsura. posuitque in ea custodibus obsedit iherusalem. et statuit illic balistas et machinas et ignis iacula et scorpios ad mittendas sagittas et fun-

dibula. Ecce autem non erant in urbe. eo quod septimus annus esset et egressi sunt plures. Tunc audiuit lissias quod philippus redierat a perside. et querebat suscipere regni negocia. et suggessit regi dicens. Desicimus quotidie. et ca nobis modica est. et munitus est locus quem obsidemus. et incumbit nobis ordinare de regno. Demus ergo terras hominibus istis. statuentes ut ambulent in legibus suis. et seruiant nobis. Et facta pace iurauit rex et princeps eius. et intrauit montem syon. et uidens munitionem loci rupit iusiurandum. et destruxit murum in giro. Et reuersus antiochiam. inuenit philippum dominatorem in ea. et vi occupauit ciuitatem.

De demetrio et nichanore.  
Cap. VI.

**A**d tempore exijt demetrius seleuci filius ab urbe roma. et ascendit in ciuitates maritimas et regnauit ibi. Hunc dum adhuc puer esset patruus eius antiochus epiphanes priuauerat regno. et descendit romam in accusatione patruus. Audiens uero patruus defunctus redijt. et plures receperunt eum. Sed exercitus ligauit antiochum et lissiam ut traheret eos ad eum. Quod cum accepisset ait. Nolite mibi ostendere faciem eorum. Quia germanus meus est antiochus. non deceret me occidere eum. sed uos occidite. Et occidit eos exercitus et sedit demetrius super solium patris sui. Tunc uenerunt ad regem impij ex israel. et alchimus aaronita dux eorum. qui uolebat fieri sacerdos. Et accusauerunt iudam dicentes. Perdidit iudas omnes amicos tuos. et nos dispendit de terra nostra. Virte uirtu cui credis. qui uideat exterminum et vindicet nos. Et constituit rex alchimum principem sacerdotum. et misit cum exercitu

# Machabeoz

bachidem in iudeam. Qui misit nuncios ad iudam et fratres eius in dolo loquentes de pace. Et non attendit iudas simonibus eorum. Multi vero de populo crediderunt eis dicentes. Homo sacerdos de semine aaron venit. non recipiet nos. Et egressi sunt ad bachidem. et occidit ex eis sexaginta viros vna die. secundum illud. Sanguine sanctorum tuorum effuderunt in circuitu iherusalem. et non erat qui sepeliret. Alii fugerunt ab eo dicentes. Non est ei veritas et iudiciu. Tunc recessit bachides a iherusalem. et applicuit in bethel. et multos ex eis qui a se refugerant occidit. et projecit in puteum. Et promisit regionem alchim reliquens ei adiutores. et ipse reuersus est in antiochiam ad regem. Tunc alchim? seducebat omnes verbis. et ad libitum cuiusque loquens subito manu valida transfugarum circumspectus est. et fecit mala in iherusalem plusquam omnes gentes. Ad attendens iudas. cessauit exire in regiones. et fecit vindictam in viros de septem. Videns autem alchimus quod non posset iudam sustinere. rediit ad regem. accusans iudam in multis. Et misit rex nicanorem qui cum eo fuerat rome in iudeam. mandans ei euertere populum. Et venit nicanor in iherusalem exercitum. et locutus est ad iudam in dolo verbis pacificis et salutauerunt se inuicem. Sed cum iudas intellexisset insidias. exiit et refugit ad suos. Postea ingressi sunt iuxta vicum capharsalama. et victus iudas fugit in ciuitatem dauid. Et egressi sunt sacerdotes ad nicanorem. supplicantes et ostendentes olocausta que offerebant pro rege. et irridens spreuit eos. et apponens manum capiti iurauit. Nisi tradit fuerit mihi iudas. cum rediero succendam locum istum. Et recessit nicanor a iherusalem. et venit in bethoron. et suscepit exercitum syrie sibi destinatum. Et exiit iudas cum tribus milibus post eum. et commiserunt prelium tertia die mensis adar. et contrita sunt castra nicanoris. et cecidit ipse primus. et fugit exercitus eius armis proie-

ctis. Et egressi sunt de castellis iudee in circuitu. et percusserunt eos usque ad vnum. Et caput nicanoris amputantes. et dexteram quam superbe extenderat suspenderunt ea contra iherusalem. et linguam eius minutatim incisam. dederunt auiibus ad comedendum. Et statuerunt diem illam solennem omnibus annis. Et siluit terra iuda a preliis dies paucos.

De federe iudeorum cum romanis.

Cap. VII.

**U**nc audiuit iudas nomen romanorum et virtutes eorum quas fecerant in orbe. et quos volebant vel priuabant regno vel exaltabant. et quod cum amicis optime conseruabant amicitias. et in omnibus istis nemo postularat sibi diadema. Et fecerat sibi curias et. cc. xx. consilium. Respublica romanorum prius regibus tractabatur quorum primus romulus. secundus remus post ea per consules. tertio per imperatores. quarto primus fuit iulius cesar. pulus iudeorum miserunt nos ad vos statueret vobiscum societatem. et ut auferatis ab eis iugum grecorum. Placuitque sermo romanis. et scripserunt federis formam. et rescriptum in tabulis eneis miserunt in iherusalem. ut esset ibi memoriale in hunc modum. Bene sit romanis et genti iudeorum in mari et in terra. Et pax in eternum. Quod si institerit bellum romanis. auxilium feret gens iudeorum non accipiens stipendia a romanis. Id ipsum facient romani iudeis. Tunc scripserunt romani ad demetrium. Quare grauaasti iugum tuum super amicos nostros. et socios iudeos. Si ergo iterum adierint nos aduersus te. faciemus illi iudiciu. et pugnabimus tecum terra marisque.

De morte iude. C. VIII.

**I**nterea cum audisset

demetrius. quod cecidit nicanor cum suis. misit rursus in iudeam bachidem et alchimium. et dextrum cornu cum illis. et applicuerunt exercitum ad iherusalem. Et surgentes abierunt in berea. et iudas posuit castra in laisa. cum tribus milibus electorum. Qui videntes multitudinem hostium timuerunt valde. et subtraxerunt se de castris. nec remanserunt cum iuda. nisi. ducc. viri. Sed et iudas corde dissolutus est. nam bellum perurgebat eum. nec habebat tempus congregandi. Et locuti sunt ad eum. qui residui erant. Non poterimus pro eis. sed liberemus animas nostras modo. et reuertamur ad fratres nostros. et tunc pugnabimus aduersus eos. Qui respondit. Absit ista rem facere ut fugiamus ab eis. et superinducamus opprobrium glorie nostre. sed moriamur in virtute propter fratres nostros. Et processerunt cum hostibus et expugnabant cornu dextrum. Qui autem in sinistro cornu erat. venit eis a tergo. et ingrauatum est plium. et cecidit iudas. et ceteri fugerunt. Simon autem et ionathas fratres eius redimerunt corpus ab hostibus. tulerunt illud in modum et sepelierunt in sepulcro patrum suorum. Et planxit eum populus terre planctu magno. et emerferunt iniqui in israel. et facta est fames magna. et tradidit se bachidi omnis regio. Et elegit bachides impios viros. et constituit eos dominos regionis. Qui persequerentur amicos iude. et congregati sunt amici iude. eligentes ionathan in ducem sibi.

De ionatha. C. IX.

**E**t surrexit ionathas loco iude fratris sui. et querebat bachides eum occidere. Tunc ionathas cum suis fugit in desertum thecue et misit fratrem suum iohannem ad nubuthos amicos suos. ut commendarerent ei apparatus suum. qui erat preciosus. Et exercentes filii zamri. percusserunt iohannem

et tulerunt omnia que habebat. Post hoc numerum est ionathas et simoni fratri eius. quod filii zamri facerent nuptias. et ducerent sponsam ex nadaba. et surrexerunt ad eos thesauri et percusserunt multos in vindicta sanguinis fratris sui. et redierunt ad ripam iordanis. Et audiuit bachides et venit die sabbatorum in virtute magna. Et dixit ionathas ad suos. Ecce bellum ex aduerso. aqua non iordanis hinc et inde. et paludes et saltus. et non est locus diuertendi. Clamate ergo in celum. et pugnemus. et commissum est bellum. Et ceciderunt ex parte bachidis mille viri. et reversus est bachides in fugam. et reversus est in iherusalem. et edificauit in iudea ciuitates munitas. et posuit custodiam in eis. Et accepit filios principum regionis obseques et posuit eos in arce in iherusalem in custodia. Tunc precepit alchimius destruere muros domus sancte interioris. et destruere operiphetarum. Cuius cepisset destruere. percussus est paralisi et mortuus est cum tormento magno. Tunc rediit bachides ad regem. et siluit terra iuda duobus annis. Post quos viri iniqui in israel redierunt bachidem in iudeam. Qui voluit comprehendere ionathan occulte sed non potuit. nam innotuit consilium eius ionathas. Qui comprehendens. I. viros de his qui infideli abatur ei occidit eos. Et secessit ionathas cum suis in bethessi. que est in deserto. et confirmauit eam. Et ascendit bachides in virtute magna. et obsedit bethessen. Et egressus ionathas reliquit simonem in ciuitate. et fecit sibi ionathas numerum. et percutiebat per noctem multos hostium in tabernaculis eorum. Simo vero egressus de ciuitate succendit machinas. et pugnaverunt contra bachidem. et contritus est ab eis. Et iratus est bachides contra viros qui redierant eum in iherusalem. Et multos ex eis occidit. Quod audiens ionathas. misit ad eum legatos pacem componere cum eo. qui libenter accepit. et iurauit se nil mali facturum ionathas omnibus

diebus vite sue. et reddidit ei captiuitate quam prius erat predatus in terra iuda. et redijt in terram suam. Et cessauit gladius ex israel. et sedit ionathas i machinis iudicans ibi populuz. et exterminans impios ex israel.

**De alexandro. Cap. X.**

**Q**uod tempore ascēdit alexander filius antiochi epi phanes. et occupauit ptholo/ maydam. et regna uir in ea. **Q**uod au/ diens demetrius congregauit exer/ cium. et misit ad ionathan. ut scuz faceret pacem. Et nō cum alexandro

**I**nsuper dedit ei potestatem congregandi exercitum. et obfides qui erāt in arce iussit ei reddi. Et venit ionathan in ierlm. et cepit innouare ciuitatem muniuit montem sion incircū itū. et fugerunt custodes quos posuerat bachides in iudea. Tamen in bethsura a/ liqui remanserunt. que erat eis ad refugi um. Et audiuit alexander promissa que fecerat demetrius ionathæ. et prelia. et uir tes quas ipse fecerat et fratres eius et scri psit ad ionathan dicens. **A**udiuimus de te qd uir potens es et apertus ut sis amicus noster. et nūc constituimus te hodie sum/ mum sacerdotem gentis tue. et ut amic⁹ regis uoceris. Et misit ei purpuram. et co ronam auream. et induit se ionathas sto la sancta in die solenni scenoplxgie. et cō/ gregauit exercitum. et fecit arma copiosa

**Q**uod audiens rex demetrius contrista/ tus est. et remisit ad ionathan in hec uerba. **M**anete in amicitia nostra. et nunc absol uo omnes iudeos a tributis. et potestates atcis que est in ierlm do summo sacerdoti et omnem animam iudeorum que est in

regno meo captiua relinquo liberam gra/ tis. et qd omnes dies solennes sint dies i/ munitatis et remissionis et dies dect eti circa illos. id est tres ante solennitatez. et tres post ptholomaidē et duas ciuita/ res confines eius do summo sacerdoti ad necessarios sumptus sanctorum. et singu lis annis. xv. milia siclorum argenti ad i/ stauranda opera sanctorum. et ad innouā dos muros in iherusalē. et in iu sea sum/ ptus dabuntur de rationibus regis. **J**o/ natbas autem et populus non crediderūt ei. Et complacuit eis in alexandro. et fere bant ei auxilium omnibus diebus. **L**ūc congregauit rex alexander exercitū et mo/ uit castra contra demetrium et fugit exer/ citus demetrii. et cecidit demetrius in illa die. **L**unc misit alexander ad ptholomeū regem egipti dicens. **D**a mihi filiam tu/ am uxorem. Et acquieuit ptholomeus. si gnificans ut occurreret ei ptholomaide. **E**teruuit ptholomeus de egipto et filia e/ ius cleopatra et occurrenti sibi alexandro in ptholomaide dedit ei uxorem. **L**unc a/ lexander uocauit ad se ionathan. et ueni/ ens ionathas ptholomaidē inuenit gra/ tiam in conspectu duorum regum. **E**t re/ nerunt quidam pestilentes ex israel post eum. et accusabant. **S**ed non attendit ad eos rex. sed magnificabat ionathan. et in/ duit eum purpura et scripsit eum inter primos amicos. **S**unt autem quattuor insignia regalia. purpura fibula aurea. diadema et sceptrum et reuersus est iona thas in iherusalem cum gloria.

**De demetrio cretensi. Ca. XI.**

**Q**uod tres annos uenit demetrius filius demetrii a creta. **H**ic occiso patre i prelio. fugit ad cretenses parentes maternos. Et resum/ ptis uiribus redijt in maritimam pbili/ steorum et in syriam cheles. Et constituit appollonium ducem exercitus. qui prouo/ cauit ionathan in preliū. **Q**ui assumptis

# Historia

milibus egressus est de iherusalem. et re-  
niens ioppen. expulit inde appollonium. et  
obtinuit eam. Et ibat appollonius in azo-  
tum et infecurus est eum ionathas. et cō-  
miserunt prelium in campo. Et fugerūt  
equites appollonij in azotum. et intraue-  
runt fanū dagon. vt se tuerentur. Et succē-  
dit ionathas ciuitatem et fanū. et eos qui  
erant in eo. et fuerunt de occisis in campo  
et succēsis in fano fere. viij. milia. Et trā-  
siuit ionathas in ascalonē. et receperūt eū  
ascalonite in gloria. Et redijt ionathas ī  
iherusalem. Et audiuit alexander rex vir-  
tutem eius. et addidit adhuc glorificare  
ionathan. et misit ei fibulam aureaz. que  
solet dari pgnatis regum. et dedit ei acha-  
ron et omnes fines eius. Et cuz vteretur  
ionathas duobz insignibus regijs forte si-  
gnum erat de renouatione regni iudeozū  
Et ascendit alexander in superiores ptes  
cilicie Et egressus est rex egipti socer eius  
in virtute magna et querebat obrinere re-  
gnum alexandri in dolo Et aperiebantur  
ei ciuitates et occurrebant ei. sicut enim mā-  
dauit alexander. Et transiens in singulis  
ciuitatibus relinquebat custodias. Et vt  
appropinquabat azoto. ostenderunt ei tē-  
plum dagon succensum. et cetera demoli-  
ta. et eorum tumulos qui occisi fuerāt Et  
dicebant. Siefecit ionathas vt inuidiaz  
facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit iona-  
thas ptholomeo in ioppen et salutauerūt  
se. Et abiit ionathas cuz rege vsqz ad flu-  
uium eleutherum. et redijt in iherusalem  
Cunqz ptholomeus obrinuisset ciuitates  
vsqz seleuciam maritimaz misit ad deme-  
trium dicēs. Veni componamus pactū.  
et dabo tibi filiam meam. Denitet enim  
me qz dederim illam alexandro Et tollēs  
filiam suam dedit eam demetrio. et recessit  
ab alexandro manifeste. Et intrauit  
ptholomeus antiochiam et imposuit sibi  
duo diademata egipti et asie. Tunc alexā-  
der venit contra eum in prelium. et vict' ē  
a ptholomeo. et fugit in arabiam ad parē

tes maternos cuz antiocho filio suo. Rex  
autem arabum timens virtutem ptholo-  
mei occidit alexandrum. et reseruauit filiū  
et misit caput alexandri ptholomeo. qui  
gausus est. Sed factum est. vt tercia die  
moreretur. et regnauit demetrius in solio  
patrum suorum. In diebus illis expu-  
gnauit ionathas arcem que erat in iheru-  
salem. et nunciauerunt hoc demetrio qui-  
dā iniqui ex israel Qui iratus venit ptho-  
lomaide. et scripsit ionathę ne obsideret ar-  
cem. sed occurreret ei festinato. Et elegit  
ionathas de senioribz israel. et dedit se pe-  
riculo. Et accepit pecuniam multam et ve-  
stes. et abiit ad regem. et dans ei munera  
inuenit gratiam in conspectu eius. Et li-  
cet multi accusarent eū. magnificauit euz  
rex in conspectu omnium. et statuit ei pri-  
cipatum sacerdotij. et quecūqz habuerat  
prius. Et vidit demetrius quia filius ter-  
ra in conspectu eius. et dimisit exercitum  
in loca sua. et retinuit secum exercituz pe-  
regrinum. et inimici erant ei omnis exer-  
citus patris eius. Trifon autem erat qui  
dam partium alexandri prius. qui vidēs  
qz omnis exercitus murmurabat contra  
demetrium. iuit in arabiam vt reduceret  
inde antiochum filium alexandri in terrā  
patris sui. Eo tempore dum demetrius  
erat offensus suis misit ad eum ionathas  
vt eiceret eos qui erant in arce in iherusa-  
lem. et qui in presidijs erant. quia impu-  
gnabant israel Et rescripsit demetrius di-  
cens. Hęc et maiora faciam tibi cuz fuerit  
oportunum. Nunc autem recte feceris. si  
miseris mihi viros in auxilium. quia di-  
scessit exercitus meus a me. Et misit io-  
nathas. iij. milia electorum in antiochia.  
et delectatus est rex in aduentu eozū. Et  
surrexerunt antiochem. c. xx. milia. et vole-  
bāt interficere regē Et fugit rex in aulam  
Et misit indeos per ciuitatem. et occidēt  
centū milia hominum. et liberauerunt re-  
gem. Residui vero ciuium dederūt terre  
ras regi et fecerunt pacē. et glorificati sunt

# Rachabeoꝝ. i.

iudei et redierunt in iherusalem. Et filuit terra in conspectu demetrii et mentitus ē omnia que dixerat ionathe. et recessit ab eo et verabatur eum valde.

**De antiocho adolescente. C. XII.**

**A**d tempore reuer-  
sus est trifon de arabia reducens  
antiochum adolescentem. et imposuit ei  
diadema. Et congregati sunt ad eum ex-  
ercitus quos disperserat demetrius. et pu-  
gnauerunt contra demetriū et fugit. Et ob-  
tinuerunt antiochus et trifon antiochiā.  
Et scripsit antiochus adolescēs ionathe  
dicens. Constituo tibi sacerdotium et cō-  
stituo te super quatuor ciuitates vt sis de  
amicis regis. Et misit illi vasa aurea. dās  
ei potestatem bibendi in auro et esse i pur-  
pura et habere fibulam auream. Et symo-  
nem fratrem eius psituit ducem a termi-  
nis tui vsq; ad fines egipti. Et erit iona-  
thas. et perambulabat ciuitates. et venit  
asaloniam. et occurrerunt ei heronice.  
Hocentes vero prius resistentes ei. post-  
ea cederunt ei destras. Et accepit obli-  
des ex eis. Et misit eos in iherusalem. et pam-  
bulabat regiones vsq; in damascū. agēs  
regni negocia. Et audiuit ionathas q; pri-  
cipales demetrii qui erant in cades galilee  
cum exercitu magno volebant eum remo-  
uere a negocio regni. Et occurrens illis.  
relinquens fratrem suum symonem itra  
prouinciam. congressus est cum eis. et fu-  
gerunt omnes qui erant cū ionatha p̄ter  
duos. Et scidit ionathas vestimenta sua  
et orauit. Et aggressus hostes p̄uertit eos  
in fugam. Et redierunt ad eum qui recesserant  
ab eo. et insecutus est hostes vsq; ad castra  
eorum que erant in cades. et ceciderunt  
ex eis tria milia. Et redijt iona-  
thas in iherusalem. et misit romam reno-  
uare cum eis amicitiaz. Sparciatis quo-  
q; scripsit quos supra lacedamonios di-  
rimus dicens. Et scripsit nobis ari-  
us rex vester. sub omnia summo sacerdote

iudeorum quia de genere abrahe estis. et  
fratres nostri. et fecimus vobiscum frater-  
nitatē. Et tunc memores sumus vestri in  
sacrificijs et obseruationibus nostris. sicut de  
cer nos meminisse fratrum et nūc misim⁹  
ad vos vt innouemus fraternitatem. Et  
rescripserunt sparciare. Decora nostra et  
possessio nostra vestra sunt. et vestra nostra  
et innouata est fraternitas. Et audiuit io-  
nathas. q; iterum egressi sunt principes de  
metrii cum exercitu multo. supra q̄ prius  
et egressus est aduersus eos. Qui cum au-  
dissent aduentum ionathe nocte fugerūt  
relinquentes focos. alias suos in castris.  
Et mane insecutus est eos ionathas et nō  
comprehendit. Transierant enim flumē  
eleuterus. et diuertit ionathas ad arabes  
qui dicuntur zabadei et percussit eos. Si-  
mon autem in ioppen declinauit. Audie-  
rat enim. q; vellent presidium tradere p̄i-  
bus demetrii. et posuit ibi custodes. et re-  
dijt ionathas in ihe-  
rusalem et innoua-  
uit muros in ea. et  
muniuit eam val-  
de inter arcem et ci-  
uitatem. vt esset ci-  
uitas singularis in  
terra. et nec emant  
nec vendant. id est  
nō indigentes bo-  
nis aliorum. Et tempore cogitauit trifon  
occidere antiochum adolescentem. et im-  
ponere sibi diadema. sed timuit ionathā  
strenuum defensorē antiochi. Et elegit  
vt eum prius occideret. scripsitq; ionathe  
vt occurreret ei in bethsan. Et venit ad eū  
ionathas cum c. xl. milibus virorum. Qui  
densq; trifon q; non posset extendere ma-  
nus in eum. honorauit eum dans ei mu-  
nera. et precipiens exercitibus suis. vt obe-  
dirēt ei sicut sibi. Et ait ionathe. Et quid  
vexasti populum? Elige tibi paucos et ve-  
ni mecum p̄tholomaidem. et tradam eaz  
tibi. et reliqua presidia. et exercitū. et vni-  
l ij

# Historia

uerfos ministeriales regni . et redibo. Et credidit ei ionathas. et remisit in iudeaz exercitum. et retinuit tantum tria milia. ex quibus dimisit in galileam duo milia. Et erant mille cum eo. Cuius intrasset pitholomade ligauerunt eum cives. et omnes qui erant cum eo interfecerunt. Et plantavit omnis terra iuda ionathan. estimans occisum esse. Et dixerunt gentes que erant in circumitu iudee. Non habent principem tollamus de hominibus memoriam eorum. Et congregauit trison exercitum. ut ueniret in terram iuda. et attereret eam. Timens quod populus ascendit in iherusalem. et ait simoni. Tu es dux noster loco iude. et ionathas fratris tui.

De simone. Cap. XIII.

**E**t accelerauit simon consummare muros iherusalem. et misit exercitum in ioppen. Cognoscens autem trison. quod surrexit simon loco ionathas. misit ad eum legatos dicens. Pro argento quod debebat ionathas frater tuus. in ratione regis detinuiimus eum. Et nunc mitte argenti talenta. c. et duos filios eius obsoles. et remitemus eum. Cuius cognosceret simon uolum eius. misit tamen argentum. et pueros. ne murmuraret populus dicens. non redemit fratrem uolens regnare. Et mentitus est trison. et intrauit regionem. ut contereret eam. Et cum appropinquasset baschama. uidens quod non proficeret. ionathan ibi occidit. et filios eius. et rediit in terram suam. Et misit simon. et accepit ossa ionathas. et sepeliuit eum in modin. Et statuit. vii. pyramides patri. et matri. et quattuor fratribus. et sibi. et circumposuit columnas magnas. et sculpsit in eis arma. et naues ad memoriam eternam. Trison autem cum iter faceret cum antiocho adolescente. dolo occidit eum. et regnauit pro eo in asia. Tunc edificauit simon presidia in iudea. et misit ad demetrium. ut faceret pacem cum eo. et mittens

munera rogauit. ut faceret remissionem regioni. Et scripsit demetrius dicens. Munera suscepimus. et pacem facimus uobis cum magna remittentes ignorantias. et peccata usque in hodiernum diem. et absoluiimus uos ab omni tributo. Et ablatum est iugum gentium ab israel. Et extunc cepit scribere populus israel in tabulis. et gestis publicis annotationes temporis in hunc modum. Anno primo sub simone summo sacerdote. magno duce. et principe iudeorum. Tunc descendit. alias ascendit simon in gazam. et obsedit eam. et eiecit ydolatras. et ydola de ciuitate. et mundauit edes. et collocauit in ea uiros qui legem facerent. et muniuit eam. et fecit sibi habitationes. et obsedit eos qui erant in arce iherusalem. Et clamauerunt ad simonem. ut acciperet terras. et dedit illis. et eiecit eos inde. et mundauit arcem a contaminationibus. et intrauit eam cum musicis instrumentis. hymnis. et ramis palmarum. stantes. ut omnibus annis ageretur hec dies cum leticia. Et uidit simon iohannem filium suum. quod uir esset prelij. Et posuit eum sub se ducem. et dedit ei gazam ad habitandum. Tunc cogegauit rex demetrius exercitum. et intrauit mediam ad contraheda sibi auxilia. ut expugnaret trisonem. Sed arfaces rex persidis. et meridie misit unum de principibus suis. qui percussit castra demetrii. et comprehendit eum uiuum. et posuit eum arfaces in custodia. Et siluit terra iuda in diebus simonis qui fecit sibi ioppen in portum. et itrotum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis sue. et abstulit immundiciam. et se dit unusquisque sub uire sua. et sub ficu sua. nec erat qui eos terretet. Et misit simon ad

Et sic tria festa legitur in libro machabeorum. Primus festum mundationis templi de quo supra capit. Tertiens igitur victis. Secundum fuit occiso nicanore. de quo supra. c. Et tertium habes hic nullum in horum legale fuit.

# Nachabeoz. i.

spacitas ad inuouadaz fraternitatē. **N**o manis quoqz misit drapeū aureū mmaruz mille. et statuerūt ei romani libertatem. et scripserūt in tabulis ereis fedus. q̄ posite sunt in titulis in monte syon.

**De antiocho demetrii filio. C. XIII.**

**A**d tempore exiuit antiochus filius demetrii i terrā patrū suoz et puenērūt ad eū omīs exercitus. ita ut pauci essent cū trifone. Et scripsit antiochus simoni et genti iudeoz dices. **S**tatio uobis omnia quecūqz remiserūt uobis reges ante me. et permitto uobis facere p̄cussurā p̄p̄tj numismatis in regione uestra. **C**unqz obtinero regnuz magnificabo gentē uestrā et templū in gloria magna. **P**orro trifon fugiēs antiochū per maritima. recepit se in dorā. Et infecutus est eū antiochus. et obsedit ciuitatem terra et mari. **E**o tpe lucius consul romanoz scripsit regibz et regionibz in oriente. ne inferrent mala iudeis amicis suis. nec op̄ferrent inferentibz. sed si qui pestilentes ex iudeis confugerent ad eos traderēt eos simoni principi sacerdotū. ut uīdicarerin eos scdm legē suā. **A**ntiochus autē rex obsedit dorā sc̄do. et concludit trifonez ne procederet. **E**t misit ei simon duo milia uiroz in auxiliū. et argētū et aurū et uasa copiosa. **Q**ui noluit ea accipere. sed fregit pactū qd̄ fecerat cū eo. et misit ad eum athenobiū. mandās ei ut redderet ei arce que est in ierlm. et ioppen et gazā. et tributa locoz quibz dñatus fuerat. alioquin ueniret et expugnaret eū. **E**t uidit athenobiū in ierlm gliam simonis. et apparatū copiosum. et affluentā in auro et argēto. et obstupuit. **E**t tridit simō. **T**errā alienaz nō sumpsimus. sed hereditatē patrū nostroz que iniuste ab inimicis nostris aliq̄ tēpore possessa est. **E**t redijt athenobius ad regē. et renūciauit ei d̄ba simonis et gloriaz eius. **E**t iratus est rex ira magna. **P**orro trifon fugit nauigio in orthosiada. **R**ex at

persequēs trifonē. constituit cendebeū ducentem maritimū. et reliquit ei exercitū ut expugnaret iudā. **E**t edificauit cendebeus cedronē. collocans in ea milites. ut uasta rent fines iudee. **Q**uō cū accepisset simon uocauit duos filios suos seniores iudam et iohannē. **E**t ait illis. **E**go et fratres mei expugnauimus hostes israel ab adolescentia usqz in hūc diē. **N**ūc autē senui. sed esto te loco mei. et pugna te pro gēte uestra. **A**uxiliū d̄o de celo uobiscū sit. **E**t uedit illis xx. milia pugnatoz et equites. **E**t profecti sunt aduersus cendebeū. **E**t erat fluminis torrēs inter eos et timuit plūs transire. et transiuit iohānes primus et secuti sunt eū omnes. **E**t insonuērūt sacris tubis. et puerus est in fugā cendebeus et castra eius et ceciderūt ex eis mlti uulnerati. **U**ulneratus est et iudas frater iohānis. et infecutus ē iohānes fugiētes usqz cedronē. et ceciderūt ex eis duo milia uiroz rediētes filij simonis i pace.

**De morte simonis. C. XV.**

**P**rotophtholomeus filius abobi p̄stitus erat dux in cāpo iericho. **E**rat enī gener summi sacerdotis. et hēbat argentū et aurū multū. **E**t eleuatū est cor eius. et uolebat obtinere regionē. et cogitabat doli aduersus simonē et filios eius. ut tolleret eos. **S**imō autē pambulabat ciuitates regionis. gerēs sollicitudinē earū. **E**t descendit in iericho cū iuda et mathathia filijs eius. **E**t suscepit eos ptholomeus i munitiunculā quā edificauerat in dolo. et fecit eis conuiuium magnum et abscondit ibi uiros. et intrauit conuiuium cum armatis. et occidit simonē et duos filios eius. et reddidit mala p̄ bonis. **M**am et uxore simonis cū duobus filijs eius minoribus iugulauit. **E**t scripsit antiocho regi ut mitteret ei exercitū in auxiliū. et traderet ei regionē et ciuitates et tributa. **U**isit q̄qz nūcios ad tribunos. ut ueniret ad se. et daret eis argētū et aurū et dona. aliosqz misit occupare

ihersusalem ⁊ montes templi. Porro alios misit in gazam. ut interficeret Iohannem. sed precurrens quidam in gazam. nunciauit iohanni que facta fuerant. Et ipse festinauit occupare ihersusalem. et occidit eos qui venerant eum perdere. Et factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

**S**equuntur tituli capitulorum In historiā machabeorum Libri secundi.

**Recapitulatio. Ca. i.**

**De commendatione iohannis hircani.**

**Capitulum. ij.**

**De institutione xenedochiorū. et de morte Iohannis.**

**Capitulum. iij.**

**De restauratione regni iudeorum per aristobolum. Cap. iiij.**

**De nece antigoni. Ca. v.**

**De tyrannide regis alexandri.**

**Capitulum. vi.**

**De regno alexandri et de filijs eius hircano et Aristobolo.**

**Capitulum. viij.**

**De multiplici discordia fratrum.**

**Capitulum. viij.**

**De pompeio ihersusalem sibi traditā et pugnavit. Cap. ix.**

**De diuisione iudee in p̄tarchias.**

**Capitulum. x.**

**De fuga Aristoboli et iterata eius captiuitate. Cap. xi.**

**De reditu Aristoboli in syriam et eius morte. Cap. xij.**

**De antipater transiuit in gratiam cesaris. Capitulum. xij.**

**De antipater procurator iudee creatus ē. Capitulum. xij.**

**De herodes factus est p̄ses galilee. ⁊ p̄iceps militie syrie. Ca. xv.**

**De morte Iulij cesaris et signis.**

**Capitulum. xvi.**

**De herodes adhesit cassio. Ca. xvij.**

**De nece antipatri vindicata per herodez. Capitulum. xvij.**

**De vxoribus herodis et liberis eius.**

**Capitulum. xix.**

**De herodes et phaselus terrarū iudee facti sunt ab antonio. Ca. xx.**

**De herodes rex iudee rex creatus est rome. Capitulum. xxi.**

**De herodes pulso antigono positus ē in throno regni in ihersusalem.**

**Capitulum. xxij.**

**De morte marianne uolo salomee.**

**Capitulum. xxij.**

**De augustus addidit regno herodis terram conitidem ⁊ iuream. Ca. xxij.**

**De herodianis. Ca. xxv.**

**De offensa herodis in filios. C. xxvi.**

**P̄fatio in historiā Sc̄di libri machabeorum.**

## Secundus

liber machabeorum non est historie profectio. sed profectio te recapitulatio. Est enim epistola quam

scripsit iudas machabeus ⁊ senatus iudeorum iherosolimita dispersioni iudeorum que erulabat in diuersis regionibus orientis. et maxime in egipto. in qua insinuauerunt eis duas a se solennitates nouiter institutas. hortantes ut eas susciperēt quorū annis. Quam de purificatione templi quā fecerant vicesima quinta die mensis casleu. post tres annos pollutionis facte ab antiocho. Alteram quā instituerant. xij. die mensis adar. quod est martij. que dicebatur voce syriaca pridie mardochei. diem scilicet quam instituerant pro incredibili victoria quam habuerunt interfecto micanore. ⁊ caput ⁊ manum contra templū suspensa p̄durimus. Nihilominus hortantes ut solennē agerent diem sce-

Judei duce mardocheo solennitatem. xij. die eiusdem mensis instituerūt in memoria eius. quia victoria

## Rachabeoz. ii.

nophgie. et diem ignis qui darus est de crassa aqua quā do neemias obtulit sacrificia. In hoc autē loco huius eplē legitur iheremias abscondisse archam. et altare incensi in speluncā montis in quo moises ascēdit. et vidit dei hereditatem. Et accesserunt quidam qui se quebantur ieremiam. vt notarent sibi locum. et non potuerunt inuenire. Quos culpans ieremias dixit. Ignotus erit locus. donec congreget deus congregatōem populi. et propicius fiat. et tunc ostendet dominus hęc. et apparebit maiestas domini et nubes sicut in diebus moisi. et sicut cum salomon fecit vt locus sanctificaretur magno deo. Quod ergo supra diximus ephiphanium dixisse ieremiam aliter de manifestatione archę. fortasse mysticum fuit. Ne autē iherosolimitę viderēt sine causa habuisse solennitates. recapitulauerūt in epistola bella que fecerant contra hostes. qui frequenter ebullierant de perfide. Et quomodo liberati erāt a deo in manu fortis. et signis et prodigijs innumerabilibz. In hac autem recapitulatione apposita sunt quedam. que in predicta non leguntur historia. quoz quedam iam supra posuimus. suppressa vero ibi nunc supplebimus. Forma vero epistole hęc est. Popul⁹ qui est iherosolimis et in iudea. senatusqz et iudas. aristobolo magistro ptolomei regis qui est de genere xpianoz sacerdotū et his qui in egipto sunt iudeis salutem et sanitatē. Benefaciat vobis deus. et det vobis cor omnibus. vt colatis eum. et faciatis eius voluntatem. Adapiat cor vestruz in lege sua. et in pceptis suis. et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras et reconcilietur vobis. nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hęc sumus orantes pro vobis.

De magnis autem periculis a deo liberati magnifice gratias agamus ipsi. et cetera que sequuntur. Pericula vero sua et liberationes a deo factas enumerare ceperunt. a morte antiochi magni et a filio eius seleuco. Qui cum prius templum honoraret et de redditibus suis prestaret sumptus ad ministerium sacrificiorum. ad suggestionem simonis de tribu beniamyni qui erat prepositus templi. et iniuri debat onie. misit eliodorum ad spoliandū commune crarium. quod dixit non pertinere ad rationem sacrificiorum. Erant equidem hęc congregata ad victualia viduarum et pupillozum. et pleraqz erāt deposita diuitum. Terminauerunt autem prosecutionem huius epistole i morte nicanozis. in hęc modū. Igitur his erga nicanozem gestis. ex illis temporibus ab hebreis ciuitate perpeffa vel possessa. Ego qz in his finem faciam sermonis. Et si quidē bene et vt hystorie competit. hoc et ipse velim. Si autem minus digne. concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere aut semper aquam. contrarium est. alternis autem vtri delectabile. ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Sic ergo erit consummatus.

Recapitulatio. Cap. I.

**P**orro quedā superaddita in hac epistolari recapitulatione summam tangere curabimus. Sane in pphanatōne antiochi cum cogerētur iudei a patris legibus recedere. due mulieres delate sunt natos suos circumcidisse. quas infantibus ad vbera suspēsis cum publice p ciuitatē circumduxissent carnicēs p muros precipitauerūt. Eleazar⁹ vn⁹ de primoribz scribarū. et vir etate puer⁹. a pro ore hians ppelebat suillas et carnes sacrificij manducare. Quidam vero veteres amici eius carnes licitas secreto asferetes. rogabant vt simularet se ad impi-

um regis manducare. qđ reuens aiebat  
Adoleſcentibꝫ exēplum forte maluz deſe/  
linquā et plagis pemptus memoriā mor/  
tis ſue et exēplum virtutis reliquit. Conti/  
git autē et vij. fratres vna cū matre pphen/  
los cōpelli a rege ad eſum porcine carnis.  
quibꝫ reuētibꝫ iuſſit rex corā eis ſartagi/  
nes et ollas eneas ſuccēdi et primogenito  
linguā amputari. cuius cute capitis ab/  
ſtracta. et ſummitate manuū et pedū pre/  
ciſa. corā mēte et fratribꝫ miſſus in ſartagi/  
nē torq̄baſ. In eūdē modū.

ſinglī fratē ſcđm  
ordinem geniture  
torq̄bātur. premis/  
ſa tñ vnicuiqꝫ ex/  
hortatione. vt re/  
gi obediret et vi/  
ueret. **S**upra mo/  
dum autem mater  
mirabilis et bonoz  
memoria digna.  
ſinguloꝝ hortaba/  
tur patria voce.  
et feminee cogita/  
tioni maſculinum  
animū inferēs. di/  
xit ad eos. **N**eſcio  
qualiter in vtero  
meo apparuiſtis.  
nec enim ego ſpiri/  
tum et animaz co/  
nauī vobis nec vi/  
tam. et ſinguloꝝ  
membra non ego  
ipā compegi ſꝫ qui  
formauit vos ſpi/  
ritum vobis iterū  
cum miſericordia  
reddet et vitam. ſi  
cut nunc voſmet/  
ipſos deſpicitis.  
propter legeꝝ eius  
**C**unqꝫ adhuc ado/  
leſcentior ſupeſſet

**N**omē martiris ad  
iij. extenditur. **D**i/  
ciſ martir qui pro  
conſeruacione legis  
dei moritur vt ma/  
chabei. **D**iciſ etiam  
martir qui pro veri/  
tate predicationis  
moritur vt ieremi/  
as. et alij prophete  
**D**icitur idē martir  
qui loco ipſius xpi  
moritur. vt infan/  
tes **D**icitur et mar/  
tir qui per confeſſi/  
onem fidei et paſſi/  
onis xpi moritur vt  
**P**etrus et **P**aulus  
**E**t iſti pprie dicunt  
martires. id eſt te/  
ſtes paſſionis criſti  
**Q**uozū feſtum facit  
eccleſia. cū nullius  
veteris teſtamenti  
martiris feſtum a/  
gat niſi. vij. macha/  
beozum. **H**ueozum  
quoqꝫ feſtum agit  
eccleſia. licet ad in/  
feros deſcenderint  
**U**nde in eozū feſto  
cāricum leticie ſub/  
ticitur. **S**i obſciaſ

ſuadebat rex ma/  
tri. vt adoleſcenti  
fieret in ſalutem.  
**C**unqꝫ promiſſet  
ſe ſuaſuram filio.  
inclinata ad illum  
patria voce dixit  
**F**ili miſerere mei.  
dignus fratribꝫ  
tuis effectus. ſu/  
ſcipe mortem. vt  
in illa miſeratione  
cum fratribꝫ tuis  
te recipiam. **T**unc  
rex indigne ferens  
ſe deſum. in hūc  
crudeliꝝ ſuper om/  
nes deſeuit. **N**ouiſſime autē et poſt filios  
mater deſuncta eſt. **P**ro hactanti prero/  
gatiua martirij. aſſerunt plurimi de his.  
vij. fratribꝫ eccleſiam ſolemnizare. **A**ddi/  
tur quoqꝫ in eadem epiſtola. qđ cū iudas  
aduerſus timotheū dimicaret. apparuit  
aduerſariꝝ de celo viri. v. in equis duca/  
tū iudeis pſtantes. e quibꝫ duo machabe/  
um mediū habētes. armis circūſeptū cō/  
ſuabant. in aduerſarios autē tela et fulmi/  
na iaciebāt. **N**ec multo poſt tpe. cū egre/  
deretur iudas a iheroſolimis. vt dimica/  
ret aduerſus liſiā. apparuit precedēs eos  
eques in veſte cādida. armis aureis baſiā  
vibrās. **A**ddiſ qꝫ qđ ioppite rogauit in  
deos ſecum habitātes aſcendere ſcapas  
quas pauerāt in die feſto ad colludendū  
**C**ūqꝫ in altū proceſſiſſent. ſubmerſit ex  
eis nō minus ducētos. **Q**uāobꝫ iudas  
in nocte ſupueniens portum ſuccendit. et  
ſcaſas exuſſit. refugos ab igne gladio per/  
emit. **I**amnitris quoqꝫ nocte ſuperuenit.  
et portum cum manibus ſuccendit. ita vt  
lumen ignis appareret iheroſolimis ſta/  
dys. cc. quadragira. **A**dditur quoqꝫ qđ p/  
lio. cōmiſſo apud iamniā plures proſtrati  
ſunt de iudeis. **E**t venit iudas cum ſuis  
vt corpora proſtratoꝝ tolleret. et in ſei

de iohāne baptiſta  
dicimꝫ. qđ paſſiois  
eiꝫ feſtū non agimꝫ  
ſed natiuitatis que  
fuit figura natiui/  
tatis xpi. **F**eſtus ex/  
go decollationis eiꝫ  
non eſt feſtū paſſio/  
nis. preſim cū ipſe  
circa paſcha decol/  
latus fuerit. ſed tē/  
pore tali capite eius  
inuentū fuerit. **A**lj  
tradunt duas eſſe  
dictiones eo qđ tali  
tpe collata ſunt oſſa  
eius.

pulchris poneret paternis. Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs ydolorum. que apud iamniam fuerit. Omnibus ergo manifestum factum est. ob hanc causam eos corruisse. Et benedixerunt iustum dei iudicium. qui occulta fecerat manifesta. et in preces conuersi rogauerunt deum. vt delictum eorum obliteraretur. **A**lter uero vir fortissimus iudas collatione facta a suis. xij. milia dragmas argenti misit iherosolimam offerre ea ibi pro peccatis mortuorum. vel delicto illo in sacrificium. **A**dditur quoque quod cum scelerauissimus nicanor persequeretur iuda post fedus cum eo initum et postea fractum comperit iudam esse in locis samarie. et disposuit bellum committere cum eo in die sabbati. **I**udei uero qui sequebantur nicanorem per necessitatem dixerunt ei. vt honorem daret diei sanctificationis et deo qui uniuersa conspicit. **A**t ille quesuit ab eis **S**i potens est in celo. qui imperauit agi diem sabbatorum? **E**t dixerunt. **E**st deus vnus in celo potens. qui iussit agi diem. vij. **A**t ille ait. **E**t ego potens sum super terraz. qui impero summi arma et negotia regis impleri. **M**achabeus autem cum pauca essent cum eo. formidantes impetum nicanoris et multitudinem singulos illorum iudeorum armauit non clipei et haste munitione. sed sermonibus optimis et exhortationibus. presertim exposito eis somnio quod in eadem nocte uiderat in hunc modum. **V**iderat oniam summum sacerdotem. qui a puero in uirtutibus excitatus fuerat manus protendentem. et orantem pro populo iudeorum. **P**ost hoc apparuisse et alium virum etate et gloria mirabili circa illum. et onie dixisse. **H**ic est amator populi israhel. hic est qui multum orat pro populo. et ciuitate sancta. **I**eremias propheta

**H**inc habes auctoritatem. quod animas sanctorum efflagitare debemus. quod pro nobis orent et intercedant per quod profutur

dei. **E**tendisse autem ieremiam de iherosolymam. et dedisse iudeis gladium aureum. et dicentem. **A**ccipe sanctum gladium munus missum a deo quod detur aduersarios populi mei. **Q**ua uisione confortati qui erant cum iuda impetum fecerunt in hostes et prostrauerunt ex eis non minus quam xxx. milia. nicanore cum eis interfecto. et edieit iherosolimam benedicentes deum. et caput nicanoris et manum cum humero abscisam. contra templum suspenderunt. **I**taque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate preterire. **H**ic terminatur epistola iude ad dispersionem iudeorum. **T**erminata igitur epistolari recapitulatione. ad prosecutionem historie reuertamur de iohanne filio simonis prosequentes.

**D**e commendatione Iohannis hircani  
**C**apitulum. II.

**M**ortuo simone qui ultimus quique filiorum mathathie asimonet dux et sacerdos fuerat in iudea. successit ei filius eius iohannes. cognomine hircani a deuictis hircanis. quem iosephus in tribus commendat. in religione sacerdotij in strenuitate ducatus. et quia uir propheta erat. **Q**ui insecutus est ptholomeum. qui patrem eius dolo interfecerat. matremque eius cum duobus paruulis tenebat in uiculis. et confugerat ad opidum ultra iherosolymam. quod agon vocabatur. **O**bsessio quidem opido. cum iohannes accius inlisterat. ptholomeus matrem iohannis et fratres super muros usque ad sanguinis effusionem cedebat. fractusque pietate iohannes ab impugnatione se temperabat. **N**arra tamen clamante ne pro se fieret scelus. **P**tholomei multum.

Mortem enim suam sic iudicaret immortalitate meliorem. Ob hoc diutius tracta obsidione septimus aduenit annus ferriatus a iudeis. Necessitas ab obsidione iohannes. philomachus vero matrem ipsius et fratribus occisis. confugit ad zenonem philadelphie tyrannum. qui contra agnominabatur.

**De institutione xenodochiorum. et de morte iohannis. C. III.**

**P**ost hoc antiochus ponticus rex syrie obsedit iherusalem. Quam obrem aperuit hircanus duos. de. viij. loculis circumstantibus sepulchrum dauid. et sustulit ex eis plus quam tria milia talentorum. deditque trecenta talenta antiocho. ut ab obsidione recederet. et ut placeret murmur populi de apertione sepulchri. de reliqua pecunia primum instituit xenodochia pauperum in iherusalem. Samariam captam solo equauit. quam post herodes instaurans. sebastem dixit. Mortuus est autem iohannes. xxx. tribus annis rebus optime administratis relictis quinque filiis. Aristobolo primogenito et antigono cum tribus minoribus. Cuiusque unus eorum ad regendum populum sufficeret. uxorem suam discretissimam iudee prefecit et filios.

**De restoratione regni iudeorum per Aristobolum. C. IIII.**

**A**rystobolus vero impatiens dominij materni. matrem cum tribus fratribus minoribus vinculauit in carcerem. et antigonum quem diligebat secundum a se constituit. Imposuitque sibi diadema et restitutum est regnum iudee. Fluxerat autem a sedebat. sub quo regnum fuerat interruptum. anni quadringenti. septuaginta quinque et menses. iij. vel a reditu de captiuitate babilonis. Unde sepe legitur

intermissum fuisse regnum. usque ad hircanum et aristobolum intransitu. id est usque ad aristobolum hircani. Nec tamen regnauit Aristobolus nisi per annum. eo quod matrem fama peremerat in vinculis. Cuius egrotaret Aristobolus in turri. quam post ab herode dicta est antonia. redibat Antigonus de galilea. in qua multa preclare fecerat. inducus nouis armis et decentibus. Cuius ingrederetur iherusalem in diebus scenoplagiarum ob honorem fratris. et ut ostentaret decorem armorum populo. armatus intrauit. Quod videntes emuli ipsius. et maxime vxor fratris. que oculos in eum iniecerat. sed ipse ei assensum non prebebat. accusabat eum dicentes Aristobolo. Frater tuus audiens te egrotantem in manu forti et armata intrauit te perimam et regnet. Quod ita probare potes. Iube eum venire ad te. si uenerit armatus. super his que dicimus certest. Posuit ergo ad suggestionem vxoris Aristobolus armatos in subterraneo qui pirus stratonis dicebatur. per que antigonus transitum facurus erat. qui si uenerit armatus eum interficerent. Et aduocans fratrem aristobolus precepit nuncio ut diceret ei. ne uenerit armatus. Sed regina corrupta nuncium muneribus. ut diceret ei quod cum armis descenderet. Accraret enim eum rex videre in armorum decore.

**De nece Antigoni. Ca. V.**

**E**rat autem eodem tempore in iherusalem generaliacus quidam iudas nomine. de heresi esseorum qui per constellationem iudicauit de natiuitate puerorum. qui scolasticis suis arte sua predixerat de morte antigoni et diem et locum. Is cum uidisset antigonum in armis gloriantem. exclamauit. Pape. Mibi pulchrum est mori. quam ante me uentitas interijt. in earumque predictionum aliquod mendacium deprehensum est. Cuius ant

gonus iste. qui hodie moriturus erat in  
pirgo stratonis. Locus autem ille ab hic  
sexcentis stadjijs distat. hore no diei sunt  
quattuor. Cuncti sic euilaret senex. paulo  
post occisus est antigonus. cuius armatus  
descenderet per pirgum stratonis seqz lo  
corum equiuocatione senex agnouit suis  
se deceptum. Audiens autem rex morte  
fratris indoluit. adeoqz morbus inualu  
it. ut sanguinem laceratis visceribus euo  
meret. Quem vnus de seruulis huic offi  
cio destinatus foras efferens vbi antigo  
nus occisus fuerat. casu effudit super ad  
huc extantes cruoris maculas. Quod vi  
dens populus exclamauit. asserens nutu  
dei in occisi vltionem. sanguinem libatuz  
occisozis. Cuncti causam clamoris rex sci  
scitaretur. nullusqz ei auderet prodere. ta  
dem minanti pro taciturnitate suppliciu  
z verum quod erat ei indicauerunt. Et iuge  
miscens. ait. Fas non erator dei lumē sce  
lera mea laterent. Quare hoc corpus im  
pbū matri fratrisqz aīaz dānatā detinebit  
Quānam non paulatim eis sanguinē me  
um libem. sed totum simul accipiant. Et  
his dictis expirauit.

De iannide regis alexandri. C. VI.

**Q**uo mortuo vx  
oz eius. quia prolem ex eo nō su  
sceperat. fratres viri soluit a vinculis ma  
iozem natu alexandrum regem constitu  
ens. qui cognominatus est iamneus. qui  
etiam modestia prestare videbatur. Qui  
fratrem secundum interfecit. quia ad re  
gnum aspirare videbatur. tertium secum  
viuere coegit priuatum. duxitqz vxorem  
nomine alexandā. que et saloma dicta est  
Hic adeo nequissimus fuit. qz in. viij. an  
nis circiter quinquagintaquinqz milia se  
niorum interfecit. quia facinora eius dete  
stabantur. Cūqz offensus esset populo mu  
niuit sibi palacium in turri. que baris di  
cebatur super quam postea ammiratus ē  
tius. quod eam iudei deseruerant. cū de

fendi posset a duobus ab omni viuente.  
Adeo autē offensus erat iudeis. vt semel  
percunctanti ei. quo nam pacto eos se  
dare posset. responderent si moreret. Ob  
hoc in plateis iherusalem suspendit octin  
gentos viros vxozatos. vxozesqz eorum et  
liberos necauit. Cuncti qui euisset a plijs  
et quartanis fatigaretur. morbuqz ex onio  
natum putans intempest. uis laboribus  
militie se reddidit. et. xxxviij. regni suo an  
no mortuus est. duos relinuens filios.  
Hircanum et Aristobolum. Sciensqz fi  
lios pro patre iudeis odiosos. regnum re  
liquit vxori. Que sibi sub viro beniuolen  
tiam populi sepe comparauerat tyranni  
di ipius sepius resistens. etiam simulatā  
religionem in habitu preferebat.

De regno alexandri de filijs eius. hircano et aristobolo. Ca. VII.

**Q**ue dum regna  
ret hircanum primogenitū pon  
tificem declarauit. eum futurum regē in  
dicans quia modestus erat. minorem ve  
ro aristobolum eo qz feruentis animi vi  
deretur. priuatum viuere coegit. Eo tem  
pore orta est in iudea heresis phariseozuz  
de quibus post cum sectis alijs explicabi  
tur. quozum consilio vtebatur in omnibz  
alexandra. ita vt e  
ozum consilio opti  
mates quosqz iu  
deoz. aut exilio dā  
naret aut interfice  
ret. Deniqz dioge  
nē qui alexandro a  
micissim⁹ fuerat oc  
cidit. Alienigenaz  
quidē duos sibi cō  
flauerat exercitus.  
vt i iudeos tunus  
debacharet. Pro  
inde mlti ad aristo  
bolū pfugerāt. vt eius  
pōcinio tuerent. Nono at regni sui āno  
egrotauit alexandra. et aristobol⁹ collecta

His temporibz iu  
gurta contra roma  
nos dimicās. a ma  
rio et silla captus est  
Rome ars rethori  
ca cepit haberi edo  
cta a plonio gallo.  
Lucretius poculo  
amatorio in furorez  
abus p interualla i  
sanie aliqz libroz cō  
scripsit. tandē inter  
fecit se.

plurimorum manu post matrem se regna-  
turum declarauit. **P**ob hoc miserata que-  
relas hircani mater coniugem aristoboli  
cum filijs in custodia recludens. obfides  
accepit. ne regnum sibi aristobolus usur-  
paret.

**D**e multiplici discordia fratrum.  
Capitulum. VIII.

**Q**ua mortua ari-

stobolus collecto exercitu contra  
fratrem mouit arma. **C**unq; egressi essent  
fratres in campis iherichonitis. victus  
hircanus fugit in iherusalem. Tandem  
ea lege in concordiam redierunt ut aristo-  
bolus regnaret. **H**ircanus vero sub eo qui-  
buslibet fungeretur honoribus. **D**omos  
etiam permutauerunt. **E**rat autem cum  
hircano antipater ydumeus. cuius pru-  
dentiam et strenuitatem timens aristobo-  
lus. calumnias ei pretendebat. **H**ic per-  
suasit hircano. ut sedulo circūuentum q̄-  
reretur. et ut ad arethā regem arabum cō-  
fugeret. cuius auxilio rediret in regnum.  
**N**octu igitur egressi venerunt ad regem  
arabum. in opidum quod petra dicitur.  
vbi regni sedes erat. **I**taq; collecto exer-  
citu aretha venit in iudeam. et obsedit ier-  
usalem. quā et recepisset. nisi dux roma-  
norum scaurus soluisset obsidium. **I**am  
enim syria desierat habere regem. facta ro-  
manis tributaria. **M**issusq; erat pōpei⁹ a  
romanis contra tigranez regem armenie  
et is staurum miserat p̄sede; syrie. **Q**ui  
cum audisset dissensionem fratrum in iu-  
dea. ratus tempus esse quo defacili iudeā  
poneret sub tributo. i manu valida fines  
intrauit iudee. **A**d quem legati a fratribus  
vtriusq; venerunt. auxilium eis hinc et in-  
de postulantes. **C**orruptus autem staur⁹  
ccc. talentis missis ab aristobolo quod pro-  
prium esse romanorum iosephus testatur  
ad arabes legatos mittit romanorum. pō-  
pei⁹ nomen eis intentans nisi ab obsidio-  
ne recederent. **R**ecedens ergo aretha. hir-

canum et antipatrum philadelphie collo-  
cauit. **Q**ui frustra spe arabum. i aduer-  
sarios spem contulerunt. **C**um enī pom-  
peius damascum venisset. cū multis mu-  
neribus venerunt ad eum. orantes ut vi-  
olentia; aristoboli digna; odio iudicaret  
et hircanum regno restitueret. **S**ed nec  
aristobolus sibi desuit. corruptione stauri  
fratris. **C**um autem pompeius honorem  
regium ei non exhibuisset indignans ifa-  
lurato pompeio recessit. et recepit se in ale-  
xandrium propter inexpugnabilem oppi-  
di munitionem. **Q**uem collecto romano-  
rum suorumq; exercitu insecutus est ma-  
gnus. iussitq; ut de opido ad se descenderet.  
**I**s vero quia pro imperio vocabatur. tete-  
uerat potius periclitari q̄ parere. **C**ōsilio  
tamen suorum descendens ab oppido. re-  
lictis ibi custodibus precepit. ut non nisi  
manu sua scriptis epistolis obtemperaret  
abijtq; iherosolimam. **Q**uem statim inse-  
cutus est magnus alacer factus. circa ier-  
ichonta morte merididatis sibi nunciata.  
vbi pinguisima ydumee regio et palma-  
rum plurium et balsamum nutrit. **C**ui⁹  
inciso lapidibus acutis robore. stillantes  
lacrimam et vulneribus colligunt.

**P**ompeius iherim sibi traditam expu-  
gnauit. C. IX.

**Q**uāq; iherosoli-  
mam propteraret. tertio aristobo-  
lus occurrit ei. pecuniam pollicens. que  
erat in alexandrio. seq; de cetero impenio  
romano pariturum. sed nihil horum effe-  
ctum est. **M**issum enim gabinium ad re-  
cipiendam pecuniam custodes nec in op-  
pidum receperunt. **H**is commotus pom-  
peius aristobolum in custodiam colloca-  
uit. **C**um autem obsedisset iherusalem or-  
ta est dissensio in vrbe. **I**am fautores ari-  
stoboli vrtem rueri. fautores hircani eam  
tradere romanis contendebant. sed victa  
pars aristoboli in templum cessit. **R**ece-  
ptusq; in vrbe pōpei⁹ replū expugnauit

Cumq; septentrionalem vallem aggeribus impleat. labor esset imperfectus. nisi obseruatis septem diebus quibus operari iudeis fas non est aggerem fieri precepisset. Nisi tamen tercio sanum iterum est. Faustus autem cornelius filius primus ingredi ausus est. et irruentes romani prophanauerunt templum. et ut alibi legitur. equos in porticibus stabulauerunt. Ob quam rem traditur nunc qd de cetero pugnassee pompeium. quin viceretur. qui hactenus fortunatissimus fuerat. Postero autem die ingressus templum pompeius ammiratus situm et ornatum et religionem templi. nihil inde tulit. precipiens editus. ut a sordibus templum mundarent. Cumq; imposuisset ierosolimis tributum hircano pontifice declarato. aristobolum captiuum duxit. duosq; filios eius alexandrum et antigonum cum totidem filiabus. romanisq; per siciliam properabat sicie iudee administratione stauru commissa relicta secum duabus cohortibus.

De diuisione iudee in pentarchias. Capitulum. X.

Alexander vero filius aristoboli ex itinere fugit. Qui magna manu collecta iudeas populabatur. et hircano imminerebat. Obtinebat autem munitissima loca. alexandriuz hircanum. et macheronta. Missus est autem in siciliam scauro gabinius. ut succederet sub quo marcus antonius militabat. Qui cum in alexandria obsidisset alexandrum. consilio matris alexander se tradidit ei et castra. Que gabinius consilio eiusdem mulieris funditus euertit. ne alterius belli fierent receptaculum. Dalpabat enim mulier gabinium obsequijs. viro suo et ceteris captiuis metuens qui romam fuerant abducti. Post hoc gabinius cura templi mandata hircano gentes iudeorum in. v. conuentus diuisit. quasi pec-

pentarchias iudee frangens superbia. Eo tempore factus est antipater amicissimus gabinio et marco antonio maxime. adeoq; claruit. qd data est ei vxor neptris regis arabum cipris nomine. Qui fustulit ex ea quattuor filios et filiam. Primo genitus fuit phaselus. secundus herodes qui post dictus est ascalonita. tertius iossippus. quartus ferozas. filia dicta est saloma.

De fuga aristoboli et eius iterata captiuitate. Cap. XI.

Post hec casu elapsus est roma aristobolus. qui magna iudeorum manu conflata. alexandrium muro recingebat. ad quem debellandum missus est a gabinio antonius. Captusq; iterum aristobolus cum filijs romam perductus est. Iulum quidem in custodia senatus coercuit. filios autem iudeam remisit. quia gabinius id se scripserat spondisse vxori aristoboli pro castellorum traditione. Post hoc cum gabini detineretur apud egiptum. alexander aristoboli filius iudeos iterum ad dissensionem reduxit. Sed rediens gabinius pacem fecit. et hircano pontificum confirmauit. Quo mortuo missus est preses syrie crassus ut etiam parthos qui iam romanis imminerebant reprimeret. In sumptu vero parthice militie omne fere aurum templo sustulit. et ea quibus pompeius abstinerat duo milia talentorum. Ob hoc auro. cui dictum est aurum sicisti aurum bibe. in os infuso interijt. Cui successit preses syrie cassius. qui in omnibus consilio antipatri utebatur.

De reditu aristoboli et eius nece. Capitulum. XII.

Eo tempore factus est discidium inter romanos pro pompeio et iulio cesare. Cesar autem pro lenatus et pompeii fugam trans mare ionium

rebus omnibus romaq; potit. solum aristobolum cum duabus cohortibus in siriā misit. facile per hunc sibi posse iudeas subici ratis. Ceterum spes cesaris frustrata est. Nam a studiosis pompeij veneno perit aristobolus. Seruabaturq; corpus eius melle conditū. prohibita sepultura. donec iussu antonij in monumentis regalibus sepultus est. Occiditur quoq; filius eius alexāder antiochie a scipione securi percussus. secundum pompeij literas accusatione pro tribunali prius habitā. super bis que in romanos admiserat. Solus autem superstes antigonus cum duabus sororibus suis ad quendam ptholomeum iamnei filium qui sub libano morabatur confugit. Accepitq; ptholomeus minorem sororem alexandram uxorem. ex qua ut quidam tradunt suscepit lisianiam abiline postea tetrarcham.

**Q**uod antipater transiit in gratiam cesaris. Ca. XIII.

**Q**uod hoc factum est prelium in emathia. cui inter fuit antipater et iudei sub pompeio. Qui cum redisset in iudeam. timens cesaris iram. liberos suos ad arabas cognatos eorum transmisit. Mortuo autem pompeio antipater in clientelam cesaris se contulit. Visit autem cesar meridatem pgamum ad expugnandum pelusium. mittens cum eo incolam libani ptholomeum et antipatrum cum tribus milibus iudeorum. Ubi virtus antipatri plurimum enituit. Nam et murum primus transēdit. etiam memphitas ad obsequendum cesari prudentia sua inclinavit. et in toto ptholomeo cum egyptijs ceterisq; pluribus occisis. totus perfossus corpore preter spem seruatus est ex prelio. habitaq; victoria factorum suorum apud cesarem meridatem testes habuit. Marco etiam antonio in pluribus eum commendante factus est amicus cesaris. Quem cesar romana ciuilitate do-

nauit simul et immunitate. et eius gratia pontificatum confirmauit hircano.

**Q**uod antipater procurator iudee creatus est. C. XIII.

**Q**uod tempore antipatrum et hircanum criminabatur antigonus apud cesarem. dicens. eorum consilio patrem suum et fratres interisse. Ad hoc antipater veste proiecta. multitudine vulnerum demonstrās. verbis non opus esse dixit. cum cicatrices se tacente clamarent ipm fuisse fidelem romanorum. cum antigonus filius fuisset fugitiuorum nullusq; ipm a pompeio quoad vixit potuit auellere. nec modo a cesare quisq; eius esset auxiliurus. Tunc cesar cuiuslibet dignitatis sub pontifice in iudea dedit antipatro optionem. Qui remissa dignitatis mensura in cesarem. procurator iudee declaratus est. impetrās quoq; ut euerfa patrie mentia renouare sibi liceret. Regnum quoq; est concessum hircano. ita tamen. ne rex vocaretur. Sextum etiam cognatum suum cesar irie prefecit.

**Q**uod herodes factus est ptes galilee et princeps militie regis sirie. C. XV.

**Q**uod hec antipater filium suum maiorem haselum iherosolimis sub se procuratorem statuit et herodem galilee prefecit. qui cum natura strenuus esset. et etiam quendam principem latronum interfecit cum suis sequibus. adeoq; terram quietam reddidit. ut publice herodes pater galilee cantaretur. Haselus quoq; indolez fratris bona emulatione superare certabat. Ob hoc etiam pater eorum obsequijs regalibus a gente colebatur. nec propter hoc tamen minus fidelis hic fuerat hircano. Ceterum fieri non potest. ut liuorem in bene gestis quisq; esse fugiat. Erant ergo qui dicerent hircano. quod antipatro et filijs eius rebus traditis. ipse vacuo regis nomine sederet. **Q**uod accellus

# Rachabeoz. ii.

paulatim byrcanus. causam dictū herodem iubet accessit. Qui munita prius galilea ad regem properabat. ferens secū lxxviii. epistolam precipientis byrcano. ut herodem ab omni crimine et pena liberaret. Nec multo post factus est herodes princeps militie lxxviii. et tunc iniuriam predicate uocationis herodes vindicasset in byrcanum. nisi pater eius et frater imperum eius fregissent.

De morte Julij cesaris et signis.  
Capitulum. XVI.

**A**d tempore do-  
lo bruci et cassij occisus est cesar. cum per triennium et menses septem tenuisset principatum. Fuerat quidem romule impatum. a romulo sub regibus. vij. annis. cc. quadraginta. post sub consulibus res acta est annis quadringentis quadraginta quattuor. Obijt autem cesar anno etatis sue quinquagesimo sexto. corpusq; eius pro rostris combustum est. Statuit autem populus in foro solidam columnam lapidis numidici viginti prope pedum. super quam tumularus est. que et iulia dicta est. Centesimo autem die ante mortem eius cecidit fulmen super statuam eius in foro. et de nomine eius super scripto. c. litteram capitalem abrupit. Nocte precedente diem obitus eius. fenestre thalami eius tanto cum strepitu aperte sunt. ut exiliens a stratis ruituram domus estunaret. Eadem die cum ieret in capitolium. date sunt ei littere. indices mortis imminētis. Qui dum referretur occisus in manu eius nondum solute inuente sunt. Die sequenti apparuerunt tres soles in oriente qui paulatim in unum corpus solare redacti sunt. significantes quod dominium lucij antonii et m. antonii. et augusti in monarchiam rediret. vel potius. quia noticia trini dei et vnus. toti orbi futura imminebat. Hos quoque aranti locutus est. dicens. In breui magis desituros homines quam frumenta.

Herodes adhefit cassio.  
Capitulum. XVII.

**P**ost hec cassius venit in siriam cuius pridem pater fuerat. colligensq; exercitum contra augurium adolescentem et marcum antonium septingenta talenta a iudeis erigebat. Primus autem herodes de galilea centum ferens talenta. fauorem cassij meruit. moram aliorum indigne ferentis. Profectus est etiam herodes cum cassio ad prelium. qui ei adepta victoria regnum iudee pollicebatur.

De nece antipatri vindicata per herodem.  
Capitulum. XVIII.

**F**rat eo tempore cum byrcano quidam de amicis suis nomine malicus. aspirans ad sacerdotium. Cunctis decreuisset byrcanum veneno appetere. statuit prius appetere antipatrum immemor beneficiorum ipsius. Suscepto itaque veneno per ministrum mortuus est antipater. Malicus vero cum de morte eius suspensus haberetur. coram herode in multis se excusabat. Conquestus autem herodes per epistolam de patris morte apud cassium. rescipsum ipsius accepit ut dolum dolo vindicaret. Scripsit etiam cassius ciliarchis. ut in ista causa herodi operam ferrent. Vocauit itaque herodes byrcanum et malicum ad cenam. qui dum irent. circumseptum malicum ciliarche interfecerunt. Byrcanus autem stupore dissolutus concidit. vixque recepta anima. herodem percunctabatur. quis malicum occidisset. Cunctis vnus respondisset cassij preceptum ait. Me et patriam cassius seruauit incolomen. ambozum insidiatore perempto. Non multo post cum egrotaret herodes damasci. phenix malici frater in ultionem fratris mouit arma contra phasaelum functus byrcani auxilio. Cunctis conualuisset herodes. byrcanum aggredi tentabat

sed propter affinitatem redierunt in concordiam.  
**De vxoribus herodis et liberis eius. Ca. XIX.**

**H**abebat quidem herodes uxorem nomine tosidem. sed ignobilem. de qua et antipatrum suscepit. superduxitque mariannem neptem hyrcani. cuius etiam amore circumcidit se. et factus est phelitus. **H**abuit siquidem herodes uxores. ix. et quarum vij. numerosam suscepit sobolem. sed de his paucos numerare sufficiet. **P**rimogenitus eius antipater ex toside. alexander et aristobolus ex marianne. archelaus ex mathaca samaritide. herodes antipas qui post tetrarcha fuit. et philippus ex cleopatra iherosolimitide. **H**erodem tamen hunc quidam marianne filium putant. **Q**uod herodes et phaselus tetrarche iudee facti sunt ab antonio. Ca. XX.

**S**ed ubi cassio in philippis interfecto cesar in italiam. antonius siriam discesserunt. iudeorum optimates phaselum et herodem apud antonium accusabant. quod rerum summam vi possiderent. nomen tamen superesset hircano. **H**erodes autem muneribus placauit antonium. in memoria reuocans ei patris sui antiquam cum eo familiaritatem. **C**um autem denuo antiochie a c. iudeis accusaretur astante hircano percunabatur hircanum antonio. qui nam rebus gerendis essent aptissimi. **C**umque herodem et fratres eius alijs pretulisset hilaratus antonius eos de procuracione tetrarchas iudee declarauit. **A**beunte autem antonio romam pachorus rex parthorum in manu valida eufraten transgressus est. **A**d quem descendens lysanias antigoni nepos. filios ptholomei ex alexandra ut predictum est. pollicitus est talenta mille et virgines quingentas. ut antigonum in regnum induceret. **A**ceptis itaque a pachoro multis milibus parthorum. antigonus irim expugnabat. et phaselus quidem muros herodes domum regiam custodiebat. **S**ed

cum intrasset urbem antigonus in diebus penthecostes. etiam in foro dimicatum est. **C**um autem de pace tractaretur. antigonus pachorum regem parthorum pacis arbitrum in dolo deprecabatur. **E**gressi sunt ergo hircanus cum phaselus et antigonus ad parthorum regem perantes. herodes noluit cum eis descendere. suadente marianne. ut nunquam fidem adhiberet. **H**ircanus vero et phaselus in itinere a partibus preprehensi sunt. **Q**uo accepto herodes noctu ad ydumeos tribules suos fugit. **P**remisit quidem uxores et filios et vniuersam suppellectilem. et ipse subsequens impetrus subsequenti sustinebat. **G**rauiores autem parthis iudeos in fuga expertus est. cum quibus seragesimo a ciuitate stadio dimicauit. abique ob incredibilem victoriam castro munitissimum postea firmavit quod herodion dixit. **D**imissis autem vxoribus et liberis in oppido massada. sub custodia fratris sui iohanni. in petram ciuitatem arabum pererit. **P**arthi vero non solum antigonum restituerunt in regnum. verum etiam hircanum et phaselum victos ei tradiderunt verberandos. **N**ille auricularum hircani dentibus truncavit. ne quam mutatis rebus solutus. pontificatum reciperet. **A**b integris enim celebrari sacra oportet. **P**haseli vero virtute preuentus est. **Q**ui cum nec ferri copiam nec manus liberas haberet ad saxum fracto capite mortuus est. **C**ognito quidem quod herodes euaserat. aut se equanimiter velle mori. quod ultorem viuum relinqueret. **D**e hircano sunt qui dicant. quod medicus ab antigono sibi missus in auricularum eius venenum pro medicamento infudit. et mortuus est. **I**osephus vero refert eum ad parthos missum. et diu habitum ludibrio. **Q**uod herodes rex iudee romae creatus est. **Capitulum. XXI.**

**H**erodes accepta morte fratris romam peruenit. nec venis asperitate retentus est. **C**irca philiaz fracta nauis et in rhodo reparata. ad romam profectus est. primoque causam vie

## Rachabeoz. ii.

exposuit antonio. Qui miratus eius ca-  
sum et miseratus. senatui persuasit. ut herode-  
m regē iudee declararent. Coronatus g̃  
herodes. augusto et antonio hinc et inde a-  
stantibus in capitolium ductus est. ubi et de-  
cretū senatus super hoc facto repositum ē.  
Remissus est itaq; in iudeā herodes. du-  
os principes cū eo ventidius et sylo qui  
eū in regno collocarēt. Cum g̃ venissent i  
galileā. sylonē antigonus mercede corru-  
pit. et p̃perea p̃gredi aduersus antigonū  
simulatis occasionibus differebat. Cūq;  
tandem obsidissent ierlm̃ romani. tū pro-  
p̃emissis asperitate. tū p̃ inopia victi. ab ob-  
sisione descendentes. i iudumea et galilea  
p̃manerūt. Nec tunc tñ herodes occisus  
erat. sed latronū multitudinē p̃sequens.  
etiā in cauernis eos igne suffocabat. In-  
ter quos erat senior. vij. filioꝝ pater. quos  
ip̃e occidit in hūc modum. S̃c̃as i ore spe-  
lunce singulos nominari euocabat. et p̃-  
teritū quēq; filioꝝ trucidabat. nouissime  
et vxorē. tandem se p̃fossū vulnere super  
mortuos misit.

**H**erodes pulso antigono positus est  
in throno regni ierlm̃. C. XXII.

**A**d tempore cir-  
ca adhenas morabatur antonius  
et iam amore deopatre tenebat. Ad que  
p̃perabat herodes. sup̃ dolo silonis q̃relaz  
facturus. Interim autē et iossipus vt ali-  
quid preclare facerz. p̃tempo herodis im-  
perio contra antigonū dimicauit. et victus  
decapitatus est a p̃apio p̃ncipe milicie an-  
toni. Cuius truncū antigonus calcantibus  
verberare inhumanitus aggressus ē. Cū  
autē accepisset antonius dolum sylonis mi-  
siu solum cū herode in manu valida. Qui  
ueniēs in iudeā. occurrentē sibi p̃apiū vi-  
dit. caputq; eius ferore fratri suo in solaci-  
um occisi fratris transmisit. Tandem. v.  
mensibus obsessa ierlm̃. cū i sexto romani ir-  
ruerent in eā. nemini parcerent erati. licz  
herodes rogaret vt parcerēt. Antigonus

quoq; descendens ad pedes solij prostra-  
tus est. que non miseratus solius sed irri-  
dens. antigonū appellauit et in vincula cō-  
iecit. Cū autē omnis militū multitudo ad vi-  
senda sancta. et fanū spoliandum incitare-  
tur. refrenabat eos herodes. acerbiorē sibi  
q̃ si victus fuisset fore dicēs victoriam. si  
q̃d videri nefas esset. culpa sua visum fu-  
isset. Inuehoaturq; in iossū. si vacue fa-  
ctaviris et opibus ciuitate solitudini se regē  
relinqueret. De suis autē facultatibus mer-  
cedem singulis se daturū p̃firmavit. Cūq;  
q̃ p̃missa p̃pleisset. solij aurea corona deo-  
dicata sublata. victū antigonū deducens  
ad antonū remeabat. que antonius secu-  
ri percussit. Confirmatusq; est herodes in  
regno iudee quarto āno ex quo rome dia-  
dema susceperat. Inde est q̃ quicq; plures  
q̃ncq; pauciores anni regni herodis legunt.  
Translatū est itaq; regnū de iuda ad alie-  
nigenā. imminente xp̃i aduentu. Audiēs  
hircanus herodē regnantē rediit in iudeā  
et in p̃stintū statū restitutus est. excepto  
q̃ nō ministrabat.

**D**e morte mariāne dolo salome.

Cap. XXIII.

**S**acta est autem  
dissensio inter mariāne et salo-  
mā sorore herodis. hec illi meretriciū illa  
huic ignobilitatē obijciebat. Consilio ve-  
ro sororis herodes hircanum occidit dolo  
eo q̃ regnū sibi debere hircanus diceret.  
In solaciū autē mariānes. ionathā fratrem  
eius cū esset. xxij. annoz in pontificē ordi-  
nauit. et dosidem cū filio antipatro ad pe-  
nitōem mariānes a ierlm̃ expulit. solis tri-  
bus solennitatibus ad orandum ascendere  
eis iherosolimā p̃mittēs. Ecōtra saloma  
suggerēte occisus est et ionathas. eo q̃ ad  
regnū viderē aspirare. Cūq; accusaret  
saloma mariāne de adulterio addidit q̃  
expresse imaginē suā miserat antonio. vt  
ad amorē suū eū incitaret. Q̃ vt p̃gnosce-  
ret herodes p̃perauit ad antonū. mariāne  
ll ij

sub custodia viri salome collocās . certa ei tradens inter signia . sub quibus nūcia tū ipi foret mariannē occideret . dumq; moram faceret herodes ipse . et audiret ab Antonio imaginem illam missam a marianne . quia antonius adeo diligebat herodem . q̄ nihil eū celaret . vir salome que sibi fuerant impara mariannē reuelavit . Reuerso autē herode vxor cū in sinu eius dormiret . cū lacrimis q̄ de morte eius impauerat indicauit . Eriliensq; a stratis herodes sciscitabatur a sorore . dormiuit ne vir tuus cū marianne . Que ait dormiuit . Statimq; occidi mariannē fecit . et virū sororis . Verū de morte vxoris quā supra modū diligebat adeo doluit . vt tanq; lunaticus crebro in amennā verteretur . Cū autē pualuisset . antipatrū cū matre reuocauit . Filios autē quos de marianne susceperat . alexandru et aristobolu romā misit liberalib; artibus erudiēdos .

**De** augustus addidit regno herodis traconitidem et itureā . C. XXIII.

**Q**uod est hec cōmū

sum est preliū apud actium . inter augustum et antonium . cui nō inter fuit herodes . missus ab antonio contra regem arabum . ad peritionem cleopatrē vt quolibet eorum victo . ipa regnum illius obrineret . Mortem enim regum orientaliū iam tunc moliebatur vt pro eis ipa regnaret . Cūq; herodem offensum antonio reddere moliretur . nec efficere valerē tamē iherichoncināz terrā palmarū et balsami feracē in sui dominiū iam transtulerat . Victo ḡ antonio cū augustus rhoduz venisset . nec antoniū victū reputaret cū superesset herodes . periculis occurrens herodes . deposito habitu regio . in cultu priuato stetit ante cesarem et ait . Fateor me vtilem fuisse antonio et fidelem qd̄ expectus fuisses sub actio si affuisssem . Verum nec omnino defui . aurilia et frumēta mitens ei . nec modo deesssem . si mihi acquirē

scens cleopatram odij vestri fomitem occidisset . Una ergo cum victo victus sum coronamq; cum fortuna deposui . ad te autem veni . ipē salutis de virtute presumēs . Ad hec cesar . Imo saluus esto . et nunc regnato certus . meritis es vt plurimos regas . cum amicitia tanta fide tuearis . Recte fecit antonius . qui magis cleopatrē paruit q̄ tibi . Te enim lucrari sumus per euz propter eius amentiam . Experiat quoq; tibi benefacere . vt non queras antonium . Cum autē pperaret augustus in egiptuz non solum in prelijs vixit herodis emittit vtz etiā i deserto eū et i edēni exeret iura parauit necessaria . vt nec aquarū deesse copia . nec quicq; vtensilij . ita vt miraretur cesar . Fortuis vero cleopatra et antonio . modicum esse regnum herodis romani conciamabant . Ob hoc augustus cū restituisset partem regni quam cleopatra abstulerat . contradidit ei traconitidem et ituream . totamq; maritimā vtz ad pirus stratonis . quā post in honorem augusti cesareaz appellauit . Edificauit autē in ascolone domū regiam . et deinceps agnominatus est ascolonita . Vel p̄ ne dictus est ascolonita . Huius enim eius qui et herodes ascolonita fuit natione et edificauit templi appollinis . cuius filiū antipatruz puerulum rapuere latrones ydumei . et cū eis tñ fuit . q̄ etiā post factus est princeps eoz . vnde et idumeus dicitur . Natōne enim idumeus fuit ex parte . arabs vō ex matre . Deditq; ei cesar quadringentos galathas satellites stipatores cleopatrē immanes et sanguinis humani avidos .

**De** herodianis . C. XXV.

**Q**uod est cum prius

leuthero diceretur a flumine euleuthero superioris galathie . super qd̄ oriū di fuerant . de cetero herodiani dicitur . Cum autē fecisset prius in ierlm rurei quā vocauit antoniā que nūc turris dauid dicitur . fecit et nūc aliā quā vocauit agrippē

nam. **A** cesareni amabatur post agrippā  
 et ab agrippa post cesarē. **¶** **D**omiuit et aquilam  
 aureā super speciosam portā templi  
 immani ponderis in honore romanorum  
 iudeis id egre ferentibus. **F**ecit quoque herodion  
 in quo et sepultus est. **F**ecit et phaselum  
 in memoria fratris. **R**e parauit salomariam  
 quam et sebasten dixit ubi et templum  
 maximum cesari dedicauit. **A**liud etiam  
 templū circa iordanis fontē cā  
 dido marmore cesari dedicauit pro  
 prius non erat ydoneus regni locus  
 que vacuum honore cesaris relinqueret.  
**A**nno quoque xv. regni sui tēplū  
 dñi magnifice decorauit. nec solum in re  
 gno suo verum etiam in adiacentibus ciuitatibus  
 memorialia sue libertatis quasi  
 industrie opera reliquit.

**¶** **D**e offensa herodis in filios.  
 Cap. XXVI.

**¶** **Q**uod hęc redierunt a stadio filij eius. et erat  
 alexander acerrimus porator. **¶** **Q**uorum  
 vnus aristobolus filia salome amite sue  
 duxit in uxorem. **A**lter filiam regis capodocie.  
**I**amque licentius cum patre de successione  
 regni disceptabāt. **O**b hoc pater offensus  
 antipatrum illis preponere sargebat. **I**n  
 testamento quoque iam apte declaratus  
 fuerat successor. **¶** **P**roinde predicti  
 fratres de morte patris occulte tractabant.  
**¶** **Q**uod presentiens pater a se eos reijcit.  
**¶** **I**bi vero remanē nauigauerunt. vt  
 patris iniuriam deferrent ad cesarem.

**¶** **S**equitur tituli capitulorum **I**n hystoria  
 euangelicam.

**¶** **D**e conceptione precursoris. **C**a. i.  
**¶** **D**e conceptione saluatoris. **C**a. ij.

**¶** **D**e ortu precursoris. **C**a. iij.  
**¶** **D**e descriptione orbis. **C**a. iij.  
**¶** **D**e natiuitate saluatoris. **C**a. v.  
**¶** **D**e cantico angelorum et circūcisione domini.  
**C**a. vi.  
**¶** **D**e stella et magis. **C**a. viij.  
**¶** **D**e oblatione et nominibus magorum.  
**C**a. viij.  
**¶** **D**e ipopanti domini. **C**a. ix.  
**¶** **D**e fuga dñi in egiptum. **C**a. x.  
**¶** **D**e nece pueorum. et quare dilata per annum.  
**C**a. xi.  
**¶** **¶** **Q**uod comminatio ieremie etiam propheta fuerit.  
**C**a. xij.  
**¶** **D**e nece duorum filiorum herodis.  
**C**a. xij.  
**¶** **D**e priori testamento herodis. et odio ipsius  
 et antipatri. **C**a. xiiij.  
**¶** **¶** **Q**uod herodes incarcerationem antipatrum in  
 fidiantem vite eius. **C**a. xv.  
**¶** **D**e magnitudine morbi herodis.  
**C**a. xvi.  
**¶** **D**e nobilibus iudeis occidendis in morte  
 herodis. et de morte antipatri. **C**a. xvij.  
**¶** **D**e morte herodis et substitutione archelai.  
**C**a. xvij.  
**¶** **D**e lite fratrum pro regno corā augusto.  
**C**a. xix.  
**¶** **D**e quattuor regibus in iudea.  
**C**a. xx.  
**¶** **D**e simulato alexandro.  
**C**a. xxi.  
**¶** **D**e diuisione regni. **C**a. xxij.  
**¶** **D**e reditu ihesu ab egipto et de morte glafire.  
**C**a. xxij.  
**¶** **D**e exilio archelai. **C**a. xxiiij.  
**¶** **D**e primo procuratore iudee.  
**C**a. xxv.  
**¶** **D**e morte augusti. **C**a. xxvi.  
**¶** **D**e nberio imperatore. et valerio procuratore  
 iudee. **C**a. xxvij.  
**¶** **D**e odio iudeorum in pontium pilatum.  
**C**a. xxvij.  
**¶** **T**estimonium iosephi de christo.  
**C**apitulum. xxix.

# Historia.

**D**e baptismo iohannis. et principio sexte  
eratis. Ca. xxx.  
**D**e tribus sectis iudeorum. ca. xxxi.  
**D**e iohannes confessus est se non esse christum.  
ca. xxxij.  
**D**e ihesu baptisato. ca. xxxij.  
**D**e spiritu sancto et voce patris.  
ca. xxxij.  
**D**e ieiunio ihesu et tentatione. ca. xxxv.  
**D**e prima uocatione discipulorum. ca. xxxvi.  
**D**e varijs opinionibus historie.  
ca. xxxvij.  
**D**e mutatione aque in uinum.  
ca. xxxvij.  
**D**e instructione nicodemi. ca. xxxix.  
**D**e prima eiectione vendentium et emen-  
tium in templo. ca. xl.  
**D**e secunda uocatione discipulorum.  
ca. xli.  
**D**e eo quod dominus legit in nazareth.  
ca. xliij.  
**D**e discipuli baptisabant et iohannes.  
ca. xliij.  
**C**ur iohannes incarceratus est.  
ca. xliij.  
**D**e tertia uocatione discipulorum.  
ca. xlv.  
**D**e aperta predicatione et miraculis do-  
mini. ca. xlvj.  
**D**e electione duodecim apostolorum.  
ca. xlvij.  
**D**e sermone domini in monte.  
ca. xlvij.  
**D**e oratione dominica. ca. xlix.  
**D**e apostoli missi sunt cum potestate cura  
di. ca. l.  
**D**e curatione leprosi. ca. li.  
**D**e seruo centurionis. ca. liij.  
**D**e focu petri. ca. liij.  
**D**e filio uidue. ca. liij.  
**D**e excitatus imperauit uentis et mari.  
ca. lv.  
**D**e duobus obsessis a legione.  
ca. lvi.  
**D**e palinco dimisso per tectum. ca. lvij.

**D**e puteo samaritane.  
capitulum. lviij.  
**D**e filio reguli.  
ca. lix.  
**D**e conuiuio leui.  
ca. lx.  
**D**e filia archisynagogi. et emorroissa.  
ca. lxi.  
**D**e duobus cecis et resurdo et muto.  
ca. lxij.  
**D**e beelzebub.  
ca. lxij.  
**D**e maria magdalena.  
ca. lxiiij.  
**D**e ministerio marthe.  
ca. lxv.  
**D**e questione iohannis.  
ca. lxvi.  
**D**e septuaginta duobus discipulis.  
ca. lxvij.  
**D**e solutione sabbati et confricatione gra-  
norum. ca. lxvij.  
**D**e manco.  
ca. lxix.  
**D**e quattuor parabolis ad turbas in na-  
ui. ca. lxx.  
**D**e .iij. parabolis in domo ad discipulos.  
ca. lxxi.  
**D**e saltu domini.  
ca. lxxij.  
**D**e decollatione iohannis.  
ca. lxxij.  
**D**e quinque panibus et duobus piscibus  
ca. lxxiiij.  
**D**e domino ambulauit supra mare.  
ca. lxxv.  
**D**e uerbis domini pro quibus quidam abie-  
runt retro. ca. lxxvi.  
**D**e traditionibus phariseorum etiam con-  
tra mandata domini. ca. lxxvij.  
**D**e abus non transit in ueritatem nature  
ca. lxxvij.  
**D**e muliere chananea.  
ca. lxxix.  
**D**e resurdo et muto. ca. lxxx.

De probatica piscina. **Cap. lxxi.**  
De zelo iudeoꝝ qꝫ xꝑꝰ filium dei se fecit.  
ca. lxxij.  
De refectioe quattuor miliũ de seprez  
panibus. ca. lxxij.  
De quodam ceco. ca. lxxiiij.  
De confessione fidei quam fecit petrus ꝑ  
omnibus. ca. lxxv.  
De transfiguratione domini. ca. lxxvi.  
De lunatico. ca. lxxvij.  
De verbis dñi quibus innuit triduum  
mortis sue. ca. lxxvij.  
De tributo inuento i ore piscis. ca. lxxix.  
Qd apostoli quesierunt quis eorum eẽt  
maior. ca. xc.  
De parabola ouis et dragme ⁊ filij pro  
digi. ca. xci.  
De dimittendo fratri septuagies septies  
ca. xcij.  
Qd ob solam fornicationem vxor potest  
dimitti. ca. xcij.  
De galileis quos occidit pilatus.  
ca. xcij.  
De muliere incuruata. ca. xcvi.  
De scenophagia. ca. xcvi.  
Quod missi vt tenerent ihesum amira  
bantur verba eius. ca. xcviij.  
De adultera. ca. xcviij.  
De parabola diuitis volentis ampliare  
horrea sua et de quibusdam verbis do  
mini. ca. xcix.  
De ceco nato. **Ca. c.**  
De signis perfectionis et de impossibili  
tate intrandi diuitem in regnũ celoꝝ.  
**Ca. c.**  
Qd relinquentes oĩa pro xꝑo iudicabunt  
ca. cij.  
De diuite ⁊ lazaro. ca. cij.  
De villico iniquitatis. ca. cij.  
De denario diurno. ca. cv.  
De ydropico et exhortatõne ad humilita  
tem et misericordiam. ca. cvi.  
Qd in excensis voluit iudei lapidare ie  
sum. ca. cvij.  
De resuscitatione lazari. ca. cvij.

Qd pontifices ⁊ iudei conspirauerunt in  
ihm. ca. cix.  
De ultimo aduentu dñi in ierlm. ca. cx.  
De decem leprosis. ca. cx.  
De samaritanis.  
**Ca. cxij.**  
De petitione filioꝝum zebedei.  
ca. cxij.  
De zacheo et ceco prius illuminato.  
ca. cxij.  
De duobus cecis ierichontinis.  
**Ca. cxv.**  
De alabastro vngenti.  
**Ca. cxvi.**  
De maledictione ficus ⁊ sessione super as  
sellum. ca. cxvij.  
Qd gloriose susceptus dominus fleuit  
supra ciuitatem. ca. cxvij.  
De scõa eiectione vendentiũ ⁊ ementiũ  
in templo. ca. cxix.  
De excitatõne templi in triduo. ca. cxix.  
De duobus minutis vidue.  
ca. cxix.  
De phariseo et publicano.  
ca. cxix.  
Qd dominus pernoctauit in bethania.  
ca. cxix.  
De voce patris ad ihesum quam quidaz  
putauerunt tonitruum. ca. cxix.  
De filio qui negauit seiturũ in vineam ⁊  
iuit. ca. cxv.  
De cultoribus vinee sanguinarijs.  
ca. cxvi.  
De lapide angulari.  
ca. cxvij.  
De inuitatis ad nuprias et non habent  
vestem nuptialem. ca. cxvij.  
De herodianis et de tributo reddendo.  
ca. cxix.  
De septemvira muliere.  
ca. cxix.  
De mandato primo et secundo in lege  
et fauciatõ a latronibus.  
**Ca. cxxi.**  
De cõfutatione phariseoꝝ ꝑ auctorita

# Historia.

- Dauid. Ca. cxxxij.**  
**De doctoribus pharisaicis audiendis. nō imitandis. ca. cxxxij.**  
**Quibus debeat de eternum. Ca. cxxxij.**  
**De zacharia filio barachie. Cap. cxxxv.**  
**De comminatione euerfionis iherusalē. Cap. cxxxvi.**  
**De signis euerfionis et aduentus sui. Cap. cxxxvij.**  
**Proprium signum euerfionis. c. cxxxvij.**  
**De impedimento fuge. cap. cxxxix.**  
**Propria signa aduentus iudicis. Capitulū. clx.**  
**De signis duodecim dierum ante iudicium. Cap. cli.**  
**De pater nouit diem iudicij et de vno assumpto et altero relicto. c. clij.**  
**De vigilia ianitoris et .x. virgibus. Cap. cliij.**  
**De commendatione talentorum et decemnis. cap. cxliij.**  
**De ventilatione aree. Cap. cxlv.**  
**Opiniones de igne eterno. cap. cxlvi.**  
**De pascha et diuersis acceptionibus huius nominis. Cap. cxlvij.**  
**Qua die et quomodo iudas vendidit dominum. cap. cxlvij.**  
**De cena dñi. cap. cxlix.**  
**De surgens a cena lauit pedes discipulorum. Cap. cl.**  
**De notatione proditoris etgressu eius. Cap. cli.**  
**De eucharistia data discipulis et nō iude. Cap. clij.**  
**De predicatione negatōis petri. cap. cliij.**  
**De simone dñi post cenam. cap. cliij.**  
**De trina oratione dñi in villa getsemani. cap. clvj.**  
**De ligatōe dñi et sanatōe auricule serui. Cap. clvi.**  
**De fuga adolescentis. ca. clvij.**  
**De prima negatōe petri. cap. clvij.**  
**De scōa et tertia. cap. clx.**
- De sententia mortis lata in iherusalē. ca. clx.**  
**Prima illusio. cap. clxi.**  
**De suspendio iude. ca. clxij.**  
**De vobis pilati ad iherusalē et iudeos. c. clxij.**  
**De herodes illudit dño. cap. clxij.**  
**De scōa illusione. ca. clxv.**  
**De pilatus hora sexta sedit pro tribunali. Cap. clxvi.**  
**De pilato q̄si nolēs tradidit iherusalē crucifigeretur. ca. clxviij.**  
**De illusione militū. ca. clxviij.**  
**Tercia illusio. ca. clxix.**  
**De simone cireneo. ca. clxx.**  
**De diuisione vestimētū et tūca sortita. c. clxxi.**  
**De titulo triumphali. ca. clxxij.**  
**De diuersis meritis latronū. ca. clxxij.**  
**Quōd v̄go virgini cōmissa est. ca. clxxij.**  
**De tenebris factis a .vi. v̄sq̄ ad horā nonam. cap. clxxv.**  
**De clamore dñi ad patrē. cap. clxxvi.**  
**De morte dñi p̄ gustatū acetū. c. clxxviij.**  
**De signis in morte dñi. ca. clxxviij.**  
**Quōd fractis cruribus latronū x̄ps lanceat̄ est. ca. clxxix.**  
**De sepultura dñi. ca. clxxx.**  
**De sepulcro dñi. ca. clxxxi.**  
**De custodibus sepulcri. ca. clxxxij.**  
**De aduentu milierū ad sepulcrū. c. clxxxij.**  
**De alio ordine dierū. cap. clxxxij.**  
**Opiniones de hora resurrectōis. c. clxxxv.**  
**Quōd angli locuti sunt mulieribus. c. clxxxvi.**  
**De cursu iohānis et petri. ca. clxxxvij.**  
**De dñs apparuit magdalene. c. clxxxvij.**  
**De mendacio custodū. ca. clxxxix.**  
**Quōd dñs apparuit mulieribus in via. ca. ccc.**  
**De duobus euntibus in emaus. ca. ccc.**  
**Quōd dñs apparuit illis absente thoma. ca. cccij.**  
**Quōd postq̄ comedit cū eis. insufflans et dicit eis spiritū sapie. ca. cccij.**  
**Quōd apparuit thome. ca. cccij.**  
**De apparitōe ad mare tiberiadis. c. cccv.**  
**Opiniones de morte iohannis. c. cccv.**  
**De apparitione dñi in galilea. ca. cccvij.**  
**De ascensione dñi. cap. cccvij.**





# Historia euāgelica.

Historie euāgelice. De cōceptiōe p̄  
cursoris domini. Cap. I.

**H**ic autē  
i diebus herodis re/  
gis iudee ei fluxifan  
nis regni eius. vnde  
triginta sacerdos no/  
mine zacharias de  
vice abia. ⁊ vxor ei⁹  
aaronica nomine eli  
zabeth. Dauid enī ampliāre volens cul/  
tum domini. xxiij. instituit summos sa/  
cerdotes. quorū vnus tm̄ maior qui dice  
batur princeps sacerdotū. Statuit autē.  
xvi. viros de eleazar. et octo de ythamar.  
⁊ scōm fortes dedit vnicuiq; ebdomodaz  
viciis sue. Habuit autē abias octauā eb/  
domodā de cui⁹ genere zacharias cū i die  
ppiciatiōis incensum poneret p̄dixit sibi  
angel⁹ nasciturū sibi filiū de vxore. Qui  
cōsiderās sterilitatē vxoris ⁊ vtriusq; se/  
nectutē non credidit. et ob hoc obmutuit  
vsq; ad diē part⁹. Nōmē quoq; pueri et  
magnificentiā cū abstinētia ei indicauit.  
Cōcepit autē elizabeth. et occultabat se  
mensibus quinq;.

De cōceptiōe saluatoris. C. II.

**M**ense autē sexto  
missus ē gabriel in nazareth ad  
mariā desponsatā ioseph. Cūq; ea saluta  
ta. dixisset eā pariturā iesum filiū altissi/  
mi quesisset quomodo hoc fieret cuz se  
non cogniturā virū in animo vovisset. ni  
si aliter de⁹ disponderet. Angel⁹ addidit.  
nō de viro sed ope spūs sancti cōcepturā.  
enā cōcepisse cognatā suā elizabeth sibi i/  
dicauit. Permirte enī erant sacerdotalis  
tribus ⁊ regia. Nā ⁊ aaron vxorē habuit  
de iuda. elizabeth sororē naafon. ⁊ ioiada  
pōtifer iochabeth filiā regis iorā. Et ait  
mariā Fiat mihi secundū verbū tuū. Et  
statim cōceptus ē christ⁹ de virgine ple/  
nus bō in anima ⁊ carne. ita tamen q̄ li⁹

neamēta corporis ⁊ membrorū. visibus  
discerni non possent. Creditur autem cō  
ceptus octauo kalēdas aprilis. et reuolu  
tis. xxij. annis eadē die mortuus est.

De ortu precursoris. C. III.

**E**xurgēs autem  
maria abiit in ciuitatē iuda. Ju  
da nomē est regni nō tribus. Hierusalem  
enī in tribu beniamin erat. per quā forte  
transiuit ad q̄dū. in quo dicunt tūc za/  
chariā habitasse quarto militario a hieru  
salē ⁊ ibi natū iohannē. Et legit̄ i libro iu  
storū. q̄ beata virgo p̄mo eū leuauit a  
terra. et cū salutasset elizabeth. exultauit  
in fans in vtero eius. et cū matrē domini  
sui. et beatā eā p̄phetaret elizabeth. edī  
dit maria domino canticum dicēs. **V**  
gnificat anima mea dominū. **V**isit autē  
maria ibi mēlibus tribus ministrās cogna  
te donec pareret. et tūc redijt in domum  
suā. Octauo autē die cū circūcidere⁹ pu  
er ⁊ vocaret eū nomē patris sui zachariā  
ait mater. **I**ohānes ē nomē ei⁹. **I**dipsum  
scripsit ⁊ pater. sumpro pugillari. Est  
autē pugillaris tabella que pugno potest  
includi. vt calam⁹ scriptoris. et apertū ē  
os zacharie. et p̄phetās canticū fecit do/  
mino. **B**ndictus dominus de⁹ israel. **E**t  
q; hec duo cantica euāgelica sunt. iō stan  
tes ea cāramus. **S**uer enī crescebat ⁊ cō  
fortabat̄ spiritu. ⁊ erat in desertis locis  
vsq; in diem ostēsiōis sue ad israel. **R**e  
uertēs autē maria nazareth. inuēta est a  
spōso in vtero habēs. **Q**ui nolēs eā tra/  
ducere in coniugē occulte voluit eam di/  
mittere. **I**n somnis autē ammonitus est  
ab angelo vt acciperet eā in cōiugē. ⁊ ne su  
spicaret̄ adulteriū. conceptū puer de spi  
ritu sancto idicauit. ⁊ vt iesum vocaret p̄  
cepit. q; saluū faceret populuz a peccatis  
eorum. **E**t hoc cognouit ioseph deum na  
sciturum. qui solus peccata dimittit ⁊ ac  
cipiens sponsam in vxorem. cum virgīe  
virgo p̄mansit. **H**abuit autē virgo viruz

ne grāvida infamaretur. et vt viri solacio et ministerio frueretur. et vt dyabolo occultaretur dei partus. **H**ec duo cantica nō cantantur in ecclesia eo ordine quo sūt edita. **P**rius enim cantat quod scōdo est editum. Quia em̄ in cantico zacharie legitur. **E**t erexit coruu salutis. quod est factum in resurrectione. ideo canitur in laudibus et loquitur ad puerum qui fuit auroza solis. **E**t quia legitur in cantico virginis. **R**espexit humilitatem ancille sue ecclesie scz et ipsius marie. quod quidem factum est in. vi. etate. ideo canitur ad vespertas. vi. scz officio diurno. **T**ercium canticū simeonis qd sequitur cantat in. vij. officio id est in completorio. quia orat se dimitti in pace. qd fit in. vij. quiescentium

**De descriptione orbis. Ca. III.**

**I**n diebus illis editum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. **V**olens cesar scire numerū regionū in orbe que romane suberant ditioni. numerū etiā ciuitatū in quilibet regione. numerū quoqz capitū in quilibet ciuitate. p̄ceperat vt de suburbanis oppidis vicis et plagis ad suā p̄fluerent homines ciuitatē. et maxime vbiqz habitarent ad ciuitatē puenirent vnde traherent originē et quisqz denariū argenteum p̄c̄ij. x. numorū vsualiu vnde denariū dicebatur p̄sidi prouincie tradens se subditū romano imperio profiteret. **M**ā et nūmus ymaginē p̄ferebat cesaris. et superscriptionē nomis. **E**t quia numerus eoz qui censicapite ferebant certo numero determinabant et redigebatur in scriptis. ideo professio huiusmodi descriptio vocabatur. **H**ec descriptio prima facta a p̄sede syrie cyrino. **P**rima dicitur q̄ntū ad cyrinū syrie p̄sede. quia em̄ iudea in vmbilico zone habitabilis esse dicit. prouisum est vt in ea includeret. et deinde per circumstantes regiones alij p̄sides prosequerent. **V**el forte prima vniuersalis. qz

alie p̄cefferant particulaers. **V**el forte prima capitū in ciuitate fiebat a p̄sede. secundā ciuitatū i regione a legato cesaris. tertiā regionū i vrbe corā cesare. **H**ic primū iudea facta est stipendiaria roma. **H**ec descriptio singul annis fieri videt. quia in euāgelio legitur. **M**agister vt nō soluit tributū hocāno. **A**scendit autē ioseph a nazareth in bethleem. eoqz eēt de domo dauid vt p̄fiteret cū maria vxore sua p̄gnante. **S**i mulieres p̄fitebant. iungendū est sic vt profiteretur cum maria. **S**i soli viri sic est ordo. **A**scendit ioseph cum maria.

**De natiuitate saluatoris Ca. V.**

**F**actum est autē cum essent ibi. peperit virgo filium suum primogenitū non post quē alius sed ante quem nullus. et p̄nis in uoluntate reclinauit eū in p̄sepio. quia nō erat ibi ei locus in diuersorio. **D**icitur qz fenem in quo iacuit biesus delatū est romē ab helena. et est in ecclesia sancte mariē maioris. **I**ntra basilicam non longe a p̄sepio quiescit hieronimus. **P**aula quoqz et eustochiū in bethleem quiescūt. **D**ifficile fuerat pauperibus p̄frequentia multorum qui ob id ipsum conueuerant vacuas inuenire domos. et in communi trāsitu qui erat inter duas domos operimentum habens qd diuersorium dicitur se receperūt. sub quo ciues ad colloquendum vel ad cōuisendum in diebus otij vel pro aeris intemperie diuerterāt. **F**orte ibi ioseph p̄sepium fecerat boni et asino quos secum adduxerat. in quo repositus est biesus. **A**d qd quidā referūt illud ysaię. **C**ognouit bos possessorem suū et asinū p̄sepe domini sui. **E**t illud abacuc. **I**n medio duum animalium cognosceris. **E**tiam in picturis ecclesiarum que sunt quasi libri laicorū hoc p̄sentatur nobis. **N**atus est autē saluator anno regni augusti cesaris. xliij. **A**nnos em̄ duodecim quia morte iulij fluxerāt vsqz

ad actium bellū. regno augusti connume-  
tam? Anno vero regni herodis. xxx. viii.  
uerfo orbe pacato  
olimpiadis cente-  
sime nonagesime  
tercie. al. xliij. año  
ab vrbē cōdita. dcc.  
l. ij. natus est dñs  
Rome templū pa-  
cis corruit. fons olei  
erupit. cesar p̄cepit  
rat ne quis eum do-  
minum vocaret.

Natus est autē no-  
cie dominice diei. qz si tabulā computi re-  
tro p̄curras. inuenies huius anni cōcur-  
rentem quintuz regulatē ianuarj terciū  
Quibus iunctis et sublati vñ. remanet  
vnum. Itaqz kal. ianuarj i dominica in-  
uenies q̄ cōcurrunt. Nam ea die q̄ dixit  
fiat lux. et facta est lux. visitauit nos ori-  
ens ex alto. Inchoata ē vero sc̄dm quos-  
dam. vi. etas a natiuitate xpi sc̄dm apo-  
stolum qui ait. Cū venerit plenitudo tē-  
poris. etc. Sc̄dm alios a die qua baptiza-  
tus est. p̄pter vim regeneratiuaqz datam  
aquis. Sc̄dm alios a passione. quia tūc  
apta ē porta et inchoata ē q̄dam mō vñ. q̄  
escētiū. Fluxerūt quidē ab adā āni q̄nqz  
milleni centū nonaginta sex. a ls nonagi-  
tanouē ab abrahā duo milia. xij. sc̄dz. lxx.  
sc̄dm h̄breos vero longe pauciores.

Decanico anglorum et circumfisione  
domini. Ca. VI.

**E**t pastores erāt  
secūdo miliario a bethleē i regi-  
one eade custodiētes vigilias noctis sup  
gregē suū. Nos fuit antiquioribz i vtro-  
qz solficio vigilias noctis custodiē ob so-  
lis venerationē. qui forte apud iudeos  
ex vsu cobabitantiū inoleuerat. Et ecce  
angl̄s stetit iuxta illos annunciās eis na-  
tum saluatoz in  
berbleem et i signū  
positū puerū in β-  
sep̄io nūcianit. Et  
facta est cū angelo  
multitudo angelo  
rum dicentiū Glo-  
De q̄ sp̄uciū dñi  
delatū ē ab angelo  
karolo magno in tē-  
plo domini. et trans-  
latū ab eo aquis gra-  
ni. et post a karolo

ria in excelsis deo. caluo positū in eccle-  
et i terra par homi-  
nibus bone volūta-  
tis. qz p̄ xpm glorificatus est pater. et par-  
facta est inter deū et hominē. inter angelū  
et hominē. inter iudeū et gentilē. Inge-  
stis pontificū legif. q̄ ea que secūtur euā-  
gelica verba thelesphorus adiecit. Pro  
hac multitudine angeloz vñ p̄ grege pa-  
storum volūt quidā illū locū p̄lxice di-  
ctum turrim gregif. ibi. et tu turris gregif  
nebulosa. cū tñ iam primo p̄traxerat hoc  
nomē locus. id. qz iacob gregez ibi p̄uic-  
cū rachel parturiret. Et transeuntes pa-  
stores vsqz bethleē inuenerūt verbū qd̄  
factū erat ad eos. et qui audiebāt mirabā-  
tur sup his q̄ dicebant a pastoribz ad eos  
Maria quoqz cōseruabat oīa vba hęc cō-  
ferens in corde suo. de q̄ natus est hiesus  
vt putabāt filius ioseph. xpi em̄ genera-  
tio sicerat. Prima quidē hois cōditio de  
terra. sc̄da de latere viri. terciā ex viro et fe-  
mina. q̄rta sicerat ut nasceretur sine viro  
hō de femia. Vñ et appropriata circūlocu-  
tione p̄ noīe xps. filius hominis dicitur est  
Prima et sc̄da generatio ruerūt. i terciā  
de ruina generamur. in q̄rta de ruina su-  
scitamur Octaua die circūciderūt puerū  
et declarauerūt nomē eius esse hiesum qd̄  
impositū erat ei ab anglo p̄iusqz cōcipe-  
retur. De stella et magis. Ca. VII.

**T**erciadecima  
vero die ecce magi venerunt  
ab oriente hierosolimā dicentes. Ubi est  
qui nat⁹ est rex iudeoz? Vidim⁹ em̄ stellā  
ei⁹ in oriente. et venim⁹ adorare eū. Suc-  
cessores fuerunt isti doctrine balaam qui  
stellā nouerūt ei⁹ vaticinio. et a magnitu-  
dine scientie magi nūcupati sunt. Quos  
em̄ greci philosophos. pse magos appel-  
lant. Generūt em̄ de finibz persarū et cal-  
deozum vbi fluit⁹ est saba. a quo et saba-  
regio dicit. Quidā tñ non eos primo di-  
ctos magos putant. sed postqz dolū herodis  
m q̄

die sefellent per alia viam reuertentes  
**E**niosomus dicit stellam multo antequam  
 poret christus nasceretur apparuisse eis  
 et ita multo tempore de longinquo vene-  
 runt. **D**oruit tamen fieri. ut in tredecim  
 diebus super domedarios sedentes lo-  
 ga terrarum spacia transinearet. **A**udiens  
 magos herodes rex turbatus est. et omnis  
 hierosolima cum illo. **T**imuit rex ne quis  
 de semine hircani vel aristoboli natus es-  
 set regnaturus. se tamquam alienigena des-  
 tituto. **T**urbat autem ciuitas nouitate  
 miraculi percussa. **C**umq; diligenter didi-  
 cisset rex ortum stelle a magis ut per eum  
 natalem pueri cognosceret. etiam a sacer-  
 dotibus et scribis sciscitabatur. ubi christus  
 nasceretur. **Q**ui iuxta micheam in  
 bethlehem effrata nasciturum dixerunt.  
**B**ethlehem prius dicta est effrata ab pro-  
 re caleph que ibi sepulta est. quam qui-  
 dam suspicantur filiam fuisse vr. et marie  
 sororis moysi. **D**ostea vero post famo-  
 sam sterilitatem. pro qua elimelech cum do-  
 mo sua abiit moabitas. cum reddita fuisset  
 ei incredibilis vbertas. dicta est beth-  
 lehem que sonat domus panis. **D**ixit au-  
 tem rex magis. ut inuentum puerum sibi in-  
 dicaret. ut veniens adoraret eum. **J**am enim  
 animam dixerat ad perdendum puerum.  
**Q**uos egredientes de hierusalē stella an-  
 tecedebat. usq; dum veniens staret supra do-  
 mum ubi erat puer. **D**icit fulgentius. stel-  
 lam tunc creatam notabilem et discretam a ceteris  
 et in splendore quae eam lux diurna non  
 impediuit. **E**t in loco. quia neq; in firmamento  
 cum stellis minoribus erat. neq; in ethere  
 cum planetis. sed in aere vicinas terras  
 tenebat vias. **E**t in motu. quia prius im-  
 mobilis super iudeam. magis dedit signum veni-  
 di in iudeam. qui ex deliberatione sua hiero-  
 rusalē tanquam caput iudee adierunt. **Q**ui-  
 bus egressis. tunc primo motu notabili  
 processit eos stella. que peracto officio mor-  
 esse desijt. reuertens in preiacentem materiam  
 vnde sumpta fuerat. **T**amen quidam tra-

dunt hanc voluisse quod in puerum bethlehem  
 mirantem ceciderit. et post in diebus paulo  
 et eustochij quasdam virgines deo dicatas  
 eam miraculose vidisse. **Q**uod quia fa-  
 bulosum existimauerunt. fratres cum qui-  
 bus monastica ducebat vitam cum a com-  
 munionem sua quandoque sepauerunt.

**De oblatione et nomine magorum. C. VIII.**

## Ingressi vero

**I**magi domum quam diuersorum lu-  
 cas nominat obtulerunt puero singuli au-  
 rum thuris et mirram. secundum sabbas costum  
 tam oblationem. **I**nde significantes eum re-  
 gem deum. sed mortalem. **N**omina trium  
 magorum hec sunt hebraice. **A**ppellus. ame-  
 rus. damasius. grece. galgalath. maga-  
 lath. sarachim. **Q**ui cum deliberarent de  
 reditu. responsum est eis in somnis. ne  
 redirent ad herodem. **E**t venientes tharsum  
 sicilie conducto nauigio redierunt in re-  
 gionem suam.

**De ypocritarum domini. C. IX.**

## Et postquam im-

**P**leni sunt dies purgationis marie  
 tulerunt puerum in hierusalē ut offerret eum  
 domino. id est offerendo presentaret. **E**t dederunt  
 hostias pro eo par turturum et duos pullos  
 columbarum. **I**nsup redemerunt eum. id est  
 clis argenteis. **E**t erat in hierusalē symeon  
 senex. qui acceptus a spiritu sancto non visurum  
 se mortem nisi prius videret christum domini. **E**t  
 tunc eodem spiritu venit in templum et accipiens  
 puerum in vlnas suas sciens eum christum ait.  
**N**unc dimittis domine. etc. **E**t prophetas de pas-  
 sione christi ait ad mariam. et tuam ipsam ani-  
 mam pretransibit gladium. id est passio ipsius.  
**N**on enim sine materno dolore potuit vi-  
 dere crucifigi filium. et si surrecturum spera-  
 ret. **G**el ita. **A**nimam ipsius que et tua est  
 quam. id est quasi tuam diligis pertransibit gla-  
 dium. **E**adē hora supuenit anna prophetissa.  
 et loquebatur de illo omnibus qui expecta-  
 bant redemptionem israel.

De fuga domini in egiptū. Ca. X.

**U**nc herodes

vidit quod illusio esset a magis. Videns enim herodes magos nihil sibi renunciassent, putavit eos visione stelle decipros, et erubuisse redire ad eum, et ideo ab inquisitione pueri cessavit. Sed cum audisset que dicta fuerat a pastoribus, et maxime prophetias simeonis et anne sensit seilicet, et de morte puerorum bethlehemitarum tractabat, ut ille quem ignorabat cum eis occideret. Propterea per ammonitionem angeli fugit in egiptum ioseph cum puerorum matre eius usque ad obitum herodis. Cum ergo iret in egiptum, corruerunt ydola egipti secundum ysaia qui ait. Ascendet dominus nubem leuem et ingredietur egiptum, et movebitur simulacra egipti. Tradunt quoque quod si cur in exitu filiorum israel de egipto non fuit domus egipti in qua deo procurante non iaceret mortuum primogenitum, ita nec modo fuit in egipto templum in quo non corruisset ydolum.

De nece puerorum et hinc dilata per annum. Capi. XI.

**H**erodes autem

cum de nece puerorum disponeret, citatus est per epistolam ab augusto cesare, ut romam iret accusationi filiorum eius. Tunc ioseph dicit, quod alexandrum filium suum secum romam traheret, et veneni sibi parati reum apud cesarem postulauerit. Qui cum iret faceret periculum audiens naues tharsensium magos transduxisse in spiritu vehementi per bures naues tharsis secundum quod dauid propheta uerbat in psalmo. In spiritu vehementi commouit naues tharsis. Cum ergo coram cesare disceptasset pater cum filiis, hac lege facta est reconciliatio, ut adolescentes patri in omnibus obedirent, ipse autem regnum dimitteret cui uellet. Non dum tamen herodes a suspicionibus liberatus est. Veniens ergo hierosolimam populo conuocato tribusque filiis assistantibus, et concordiam fra-

trum a cesare factam exposuit, et se successoris iudicem constitutum, ne iudei regnum ad suos reditum estimaret. Tunc confirmatus in regno herodes certum quod prius mittens occidit omnes pueros, qui erant in bethlehem et in omnibus finibus eius, a bimaturo et infra, secundum tempus quod exquisierat a magis. Quorum maxima pars, in quatuor milibus a bethlehem usque ad austrum sepulta est. Plurimum sententia et uisitatione hęc. Ortus didicerat herodes stellam eadem die qua natus erat dominus, et secundum ortum stelle dominum anniculum esse sciebat et aliquot insuper dierum. Ideoque ipse supra etatem eius usque ad bimaturo et infra usque ad unius noctis infantem deseuit in pueros, nimenque pueri morphoseon, id est commutationem, ne scilicet pueri si uera famulabantur supra etatem suam uel infra faciem suam transformaret. Crisostomus autem dicit stellam apparuisse per annum ante domini natiuitatem. Credebatque herodes tunc etiam dominum fuisse natum, et sic purabat dominum bimatum fuisse, cum adiectione paucorum dierum, et ideo occidit pueros bimaturo et deinceps usque ad u. annos sed non minores bimatis, et exponit bimatum et infra secundum rationem numeri. Sicut enim ratio repositis minores bimatis inferiores sunt eis quod post nati sunt, ita ratio numeri maiores bimatis inferiores sunt eis, quod post eos numerantur. Cui assertioni uideat fide facere quod quedam ossa innocentium habent adeo gradia que bimorum esse non possent. Potest tamen dici ad hoc quod longe maioris tunc erant homines quantitas quam modo. Quod comminatio hieremie etiam prophetia fuit. Cap. XII.

**U**nc impletum est

illud hieremie. Vox in rama audita est, etc. Rama locus est iuxta gabaa quatuor miliario distans a bethlehem, ubi fere delata est tribus beniamin propter uxores leuite, pauci supstitutes planxerunt mortuos suos. Hoc autem uideat hieremias idurisse potius comminando quam prophetando

Minabatur enim imminere tantam ruinam  
duabus tribubus quanta facta fuerat in fi-  
liis Rachel. cum plangentium vox audita est in  
rama. **R**si etiam prophetavit de nece paruu-  
lorum. ut matheus ait. et tunc rama non est  
nomen loci. Sed quia rama excelsum sonat  
idem est ac si dixisset. vox in excelso audita est.  
**V**ide quomodo debuisse dici Iherosolymam si-  
lios suos. cum berthelemite de tribu iuda  
fuerint. Sed quia tribus beniamin contemni-  
nata est iude. insinuavit euangelista multos  
de beniamin fuisse occisos pro vicinia ad  
exaggerandum scelus herodis. **U**el quia Rachel  
iuxta berthelem sepulta est. prophetico locu-  
tionis modo dicitur ea egisse que in loco eodem  
gererentur. **E**t noluit consolari. quia non sunt  
id est inconsolabiliter dolebat de eo quod non  
sunt. id est de eo quod mortui esse desiderant. **I**nno-  
centes quidem martires dicuntur laxato vo-  
cabulo. non quia testes christi. sed quia pro christo  
occisi sunt. quem si non loquendo. mortem  
deum confessi sunt. **P**ro quo etiam ecclesia  
pro eis solenniter. quibus ad inferos descendere  
trinit. **U**bi et in eorum solennitate cantica leticie  
subtrahunt. **S**ed te deum laudamus. et gloria in ex-  
cellis deo. et parallelum quidam dicunt. laus  
tibi ipse. alij. cantemus eum.

**D**e nece duorum filiorum herodis  
Capitulum XIII.

**F**actum est autem  
ut quoniam herodes multos orba-  
uerat filijs. ipse suis miserabilibus orbare  
tur. **N**am per astutiam antipatri iterum fa-  
cti sunt suspecti. alexander et aristobolus  
patri. **O**b hoc scripsit herodes augusto.  
in multis accusans filios. **V**isit autem  
augustus saturnum et peganum legatos cum re-  
scripto. ut coram his duobus coacto consi-  
lio procerum filios iudicaret. et de eis si con-  
uicere eos posset faceret quod vellent. **A**u-  
ditis autem hinc et inde tribus. legati illos  
damnandos pronunciauerunt. non tamen morte.  
**T**unc apud sebasten pater coniecit eos in  
vincula. **C**oplices vero eorum apposuit ro-

quare pater. ut confessione eorum certiorate-  
tur. si in animam suam aliquid machinaren-  
tur filij. **C**onfessus est autem quidam multa si-  
bi ab alexandro promissa si patri venenum pro-  
pinaret. **C**onfessus est etiam totus de promissis  
sibi muneribus. si dum pararet patri bar-  
bam eum iugularet. **A**ddiditque dixisse alex-  
andrum. non esse spernendam in senem qui ca-  
nos tingebar ut videretur adolescens. **H**is  
motus herodes. missis spiculatoribus iussit  
filios occidi. et asportari in alexandriam  
ibi que sepeliri cum alexandro auro suo ma-  
terno.

**D**e prioribus testamentis herodis et odio  
ipsius et antipatre. C. XIII.

**N**unc inscripsit  
testamentum herodes. et antipa-  
trem futurum regem instituit. et herodem  
qui cognominabatur antipas substituit an-  
tipatre. **A**ntipater vero intolerabile odium  
populi excepit. cum cunctis scientibus. quod  
fratribus suis conseruisset calumnias. **O**b  
hoc etiam et pater iam eum non recto oculo aspi-  
ciebat. **A**d hoc etiam antipater molestus erat  
patri. quod fratrem sibi substituerat eo quod ad fi-  
lios ipsius antipatre regnum transire nolu-  
isset. **A**lia quoque maior causa inuidie orta  
est ei in patre. **N**am pupillos filiorum quos  
occiderat paterna dilectione fouebat. ad  
lios nepotibus suis eos copulans in ma-  
trimonio. **E**rant autem secundum iosephum  
pupilli relictum de aristobolo. herodes agrip-  
pa. qui iacobum occidit gladio. et herodias  
quam post herodes antipater abstulit phil-  
ippo fratri suo. **T**imuit ergo antipater.  
ne ad pupillos fratrum suorum quibus regnum  
reuocaret herodes. quia eos ex parte matris  
contingebat. **C**omouit etiam ferocem in odium  
herodis. adeo ut ferocem secederet a fratre  
et habitaret in terra que concessa ei fuerat  
trans iordanem. **I**pse vero etiam patre volente  
quibusdam excogitatis occasionibus ro-  
maz peruenit. efficacissimum venenum a qua-  
dam venefica arabica comparans. et apud

vroze ferore reponēs. qđ interī dū ipē ab  
esset p̄ ministrū quē cōduxerat patri p̄  
naref. **¶** Qđ herodes icarcerauit anti  
patre infidiantē vite eius. Cap. XV.

**Q**uāntum autem an  
tipater romē esset. mortu⁹ est fe  
rozas. accepitq; herodes de veneno repo  
sito apđ vroze ferore. p̄ ancillā iracunde a  
dñā sua recedentē. Itaq; euocatā vroze  
fratris relicā. afferre venenū eā iubet. **¶**  
Illa v̄o qđsi allatura egressa de tecto se dedit  
p̄cipitē. s; semiuiua ad regē allata ait.

Cū morerē frater tu⁹ vir me⁹ ait mihi.  
Affer huc mulier venenū qđ reliquit no  
bis antipater. meq; vidēte in igne consu  
me. ne ad iferos cōscientiā fratricidi. vl  
trici ferā. Ego v̄o magnā ei⁹ partē i igne  
cōsumēs. modicū mihi p̄pter dubios ca  
sus. q; remeuebā referuauī Cūq; p̄xi  
dē cū veneno p̄tulisset. expirauit. Accep  
tis quoq; alijs plurib; argumētis. q̄ an  
tipater i morte p̄is grassaref. herodes eū  
manire reuocauit. maritēq; illi⁹ repudia  
uit. Cūq; filiū de parricidio publice ac  
cusasset. p̄sente vato syrie p̄side qui illis  
dieb; hierosolimā venerat. posuit eū i cu  
stodiam apud ierichonta.

De magnitudine morbi herodis. C. XVI.

**Q**uāntumq; cōplices  
filij querebat p̄. vt eos cū filio ex  
quisitis p̄meret supplicijs. grauiori mor  
bo ipedit⁹ ē. Accedebat ⁊ senect⁹ cū ānos  
iā. lxx. nāt⁹ erat. animūq; ei⁹ filiorum cla  
tes grauius affligebāt. Erāt autē i hieru  
salē duo sophiste. quos non pauci adole  
scētū sectabant cū leges exponerēt. his  
oportunū visuz ē rege thabescēte vt aqui  
lā aureā det̄cerēt. quā rex sup̄ marimam  
portā tēpli cōtra patrias leges posuerat.  
Qua det̄cta rex cōmor⁹ animi magnitu  
dinemorbū sup̄auit. ⁊ i cōtionē p̄cedens.  
in oēs hierosolimitas iniuriā hāc refun  
tere nitebat. Sed ad p̄ces populi i solos

auctores vltus ē. Illos ergo qui funibus  
dimissis aquilā cōciderāt. viuos incēdit  
cū duob; sophistis. Dehinc varijs affli  
gebat languorib;. Nā febris non medio  
cris erat. prurigo intolerabilis in oī cor  
poris superficie. assiduis verabaf coli tor  
mētis. pedes itercutaneo vicio tumue  
rāt. putredo testiculorū vermes genera  
bat. creber anhelit⁹ ⁊ iterupta suspiria.  
que ad vindictā dei ab omnib; refereban  
tur. Ipse v̄o iordanē trāsiens apud calli  
onē calidis aquis vtebat. Cūq; corp⁹ ei⁹  
oleo calidiori foueri medicis placuisset. i  
archā plenā demetrum ita dissolutū est.  
vt etiā lumina qđsi mortu⁹ resoluta torquē  
ret. tū ad clamorē astātū respicere vis⁹ ē.

De nobilib; iudeis occidēdis i morte  
herodis ⁊ de morte antip̄is. C. XVII.

**Q**uāntumq; redisset  
iericho. audiens iudeos morte  
suam expectantes cum gaudio. ex omni  
iudea nobiliores collectos. iuuenes con  
dudi precepit in ypodromio id est in car  
cere circi. precipiēs salome sorori sue. vt  
cum animam suam efflaret statim illos  
occideret. vt ita omnis iudea in morte ip  
sius. etiam in vita plangeret. Nunci; v̄o  
quos romam miserat redeuntes. ep̄  
stolam tulerunt a cesare vt antipater; in  
exiliuz daret. vel si mallet morte damna  
ret. Quo nuncio paululum recreat⁹. citz  
poinū quo libenter vescebatur pet̄isset.  
cultellum quoq; ad incidendū poposcit.  
statimq; cum tussi vehementi distendē  
retur. citz cūspicientes ne quis arbiter im  
pediret. se percussurus dexteram sustulit  
Sed acciabus consobrinus eius dexte  
ram continuit. statimq; vlulatus quasi  
rex esset mortuus in regia excitatus est.  
Quo audito antipater exultans multa  
custodibus promittebat. vt eum solue  
rent. Quod cum accepisset herodes. gra  
uius tulit exultationem filij q̄ mortem.  
⁊ cōtinuo missis satellitibus occidit eū.  
m iij

sepeliriq; p̄cepit i bircamo Statū q; mu-  
rans testamentū. archelaū regni scripsit  
successorē. ita tamen q; ab augusto susci-  
peret diadema.

**D**e morte herodis ⁊ substitutione ar-  
chelay. Ca. XVIII.

**P**ost mortē au-  
tem filij .v. dieb; exactis mor-  
tu⁹ ē herodes. xxxvii. āno. postq; a roma-  
nis rex declaratus erat. In alijs fortuna-  
tissimus in reb; domesticis infelicissimus  
fuit. Salome r̄o quos occidi mandaue-  
rat absoluit. Et sepeliuit euz archela⁹ in  
herodio iurta mandarū ipsi⁹. nihil regij  
ornat⁹ in funeris p̄opa p̄mittēs. Se-  
p̄tē autē dieb; in lugēdo patrē consump-  
tis. epulisq; ferialib; prolixē populo ex-  
hibitis. qui mos iudeorū ob expēsas fu-  
nerū multos depaupavit. candida veste  
indut⁹. ascendit in templū. varijsq; fa-  
torib; a plebe suscept⁹ est. Sedēsq; pro  
tribnali dixit. se enā a regis nomine vel-  
le tempore. donec a cesare confirmata fo-  
ret successio. p̄mittēs q; patrē melior oī-  
bus appareret. Quo circa alij tributa le-  
uari. alij vectigalia tolli. quidāz solui cu-  
stodias acclamabāt. Postular⁹ autē ar-  
chela⁹ annuēs. celebratis hostijs erat cū  
amicis in epulis.

**D**e lite fratrū pro regno corā Augu-  
sto. Capi. XIX.

**O**rra est autem  
seditio. que i nouis reb; accide-  
re solet. Durimi enī sophistas pro defen-  
sione legis occisos lugebāt. omēs fere pō-  
tificē que herodes p̄cio creauerat amouē  
dū. p̄clamabāt. Instāte autē aymorum  
die. cū turba ab imolatiōe p̄hiberet pōti-  
ficē. archela⁹ misso ciliarcho. verbis eos  
pri⁹ sedare attēptauit. Cū autē vulnera-  
tū remisissent ciliarchū missa grādi ma-  
nu satellitū. archela⁹ cir. citer. ix. milia oc-  
cidit. ⁊ p̄ vocē p̄conis oēs ad p̄pria redire

cōmouēs. neglecta festiuitate oēs abiit.  
**I**pe r̄o cū nicolao ⁊ p̄tholomeo secreta-  
rijs p̄is sui romā. p̄fect⁹ ē. salomāq; ⁊ fi-  
lios ei⁹ secū duxit. vt cū testamēto extre-  
mā volūtate p̄is sui testarent. philippo  
fratre regni procuratore relicto. Profe-  
ct⁹ ē etiā romā herodes antipas. vt de re-  
gno habēdo disceptaret cū fratre. orato-  
re byreneo propter acrimoniā dicēdi plu-  
rimū cōsilius. Cesar quoq; accitis opti-  
tib; romanorū. p̄ribus prosequēdi copiā  
dedit. ibiq; tūc primū gaui ex agrippa et  
filia sua natū filiū adoptiuū sedere fecit.  
**A**rchela⁹ sibi regnum debere asserebat. ⁊  
eratis merito ⁊ scōi testamēti voluntate.  
**A**ntipas r̄o primū testamentū debere p̄-  
uari aiebat. qd̄ p̄ qū cōpos mētis esset i-  
scripserat. Scōm r̄o nullū fore. qd̄ ipm  
p̄ mētis ipos fecerat. Nā ⁊ tūc p̄pria ma-  
nu se appetierat. Addebat quoq; q; ar-  
chela⁹ vmbzā regni tenuisset ad cesare. q;  
cū ipse corp⁹ rerū gerēdarū sibi rapuisset.  
postremo q; in iura p̄atis suenouē milū  
occisorū sanguine maculasset. Cesar r̄o  
r̄isum differēs. secū de cognitis delibera-  
bat. an aliquē regni successorē cōstitui  
oporteret. an toti familie distribuī inci-  
patū. p̄sertim cū l̄as varias de syria ac-  
cepisset. iudeos defecisse nunciātes. Inte-  
rim quoq; mē archelai mortua nunciā.

**D**e quattuor regib; i iudea. CXX.

**A**udez sane tem-  
pore quattuor reges surrexerūt  
in iudea. Nā in idumea duo milia vete-  
ranorū qui sub herode militauerāt reges  
creauerāt. Siphon r̄o galilee iudas fi-  
lius ezechie latronū p̄cipis ab herode or-  
lim capri ⁊ interfecti diadema sibi iposuit.  
**T**rasflumē quoq; symon quidā ex fertis  
regalib; vastitate corpis fret⁹. ⁊a latroni-  
bus rex creat⁹ est. Pastores quoq; que-  
dā proceri corpis. cū pastor esset in simbo-  
iezalzel regē sibi statuerāt. Ob hoc. in-  
nuanda cesari missus ē romā a varo p̄bi-

lipus. duabus tamē incidēter de causis  
vt archelao subueniret. et si regnū herodis  
nepotibus distribui placuisset. partē  
aliquā mereret. **F**uerunt etiā cū eo quin  
quaginta de iudeis honorati. qui octo mi  
lia iudeorū romē tūc de gentiū secū traxe  
runt ad cesarē. **A**n̄te enim captiuitatē fi  
nalem. iudei p̄ captiuitates particulares  
vbiq; dispi. et venūdari fuerant. **Q**uos  
vt audiret cesar. in palatini appollinis tē  
plo sedit cū amicis. **I**lli vero tyrannidez  
herodis et filiorū eius in iudeos explican  
tes supplicabant romanis. vt iudee reli  
quias misericordia dignas iudicaret. et  
vt ius antiquū regni sibi restitui. aut sy  
rie cōiungi sinitibus. aut per romanos iu  
dices iudeam amministrari.

**D**e simulaculo alexandro. C. XXI.

**D**e etiā tempore  
quidā natione iudeus. in sydo  
morū oppido educatus. quasi similimus  
alexandro herodis filio. quē et pater inte  
remerat. venit in iudeā instinctu cuiusdā  
liberti herodis. qui omnes accus regiois  
opime sciebat. qui asserēs sibi regnū de  
beri. tum quia maior fili? herodis. tū qz  
ex pte matris sue mariannes eū cōtinge  
bat. **C**ūq; plures iudeorū sequaces habe  
ret. romā quoq; profect? est. **I**git? iudei  
romā degētes. visendi ei? studio circum  
stuebāt. **S**ciscitatusq; qualiter viueret.  
aiebat. licetozes miseratos fratrū. alios si  
miles eis mori subiecisse **A**ristobolum  
quoq; fratrē adhuc viuētē in cypro vel  
cetera latere. **S**ed cesar optime vultū alex  
andri sciens. quē dū romē studeret puer  
amasiū habuerat. cū patre quoq; post di  
sceprantē plenius notauerat. fallacia? si  
militudinis animaduertit. misitq; ladū  
qui et alexandrū bene cognosceret. vt ad  
seiuuenem adduceret. vitā sibi pollicēs.  
si tante fraudis prodidisset auctorē. **C**ū  
q; ille confessus esset se talia simulasse ad  
questū. risit cesar. sua forēq; eius iussit in

refici. falsumq; alexandrū propter habi  
tudinem corpis. numero remigū iseruit  
**H**unc alexandrū poeta vocauit formosū  
alexim id est delicias domini.

**D**e diuisione regni. Cap. XXII.

**Q**uandem cōsilio  
senar? habito cesar monarchiaz  
herodis distribuit. mediā partē. s. iudeaz  
et ydumeā tradēs archelao sub nomie te  
trarchie. pollicit? se facturū eū regē si se  
dignū p̄buisset. **M**ediā vō partē i duas  
secuit tetrarchias. cessitq; in partē herodis  
tetrarche regio trās flumē et galilea.  
**I**tur ea vero et trachonitis. et aurantias  
philippo destinata ē. **F**act? ē igit? archel  
laus q̄si diarch? monarch? vō nunquaz  
fuit. **C**ū ergo eū legeris monarchū fuisse  
nouē annis post patrē. itellige scdm opi  
nionē vulgi dictū. et scdm sui iactantia?.  
q̄ se futurum regē scdm promissum cesar  
is iactabat. **E**t sic remissi sunt in iudeaz  
tres fratres cum sedissent romē. iij. men  
sibus euentum rei expectantes.

**D**e reditu iesu ab egipto. et de morte  
glasire. Cap. XXIII.

**A**rchelaus vero  
nō solū in accusatores suos. vtz  
etiā in sibi subditos crudelius p̄re dese  
uit. **C**uius regni anno primo. angelus di  
xit ioseph vt rediret cū matre et puero in  
terram israel. **Q**ui rediēs ab egipto post  
annos septem cum audiret qd archelaus  
pro patre regnaret in iudea. voluit illo  
ire. **E**t ammonitus ab angelo iuit in ga  
lileam. et mansit in nazareth. **D**icitur  
ibi fons esse paruus de quo puer iesus  
hauriebat. et ministrabat matri dūz sub  
ditus erat eis. **I**n hoc loco inuenies su  
per **M**atheum. et **A**rchelaum totius re  
gni monarcham post patrē. et hero  
dem regnantem in galilea. **P**orro de in  
fancia saluatoris et operibus eius vsq;  
ad baptismum non legitur in euangelio

nisi quod lucas dicit quod denique remansit in hierusalem. et post triduum inuentum a pentibus in medio doctorum audiens et interrogans eos. Sane archelaus in contumelia generis sui repudiavit marianam fratris sui filiam quam ei percederat uxorem. duritque glauciam filiam regis capadocum fratris sui alexandri quondam uxorem. et mortuo alexandro iube regi libienum praefectum. mortuorumque iuba apud patrem meum in uoluntate regentem. Que cum in iudeam redisset. nupta archelao. videre uisa est astantem sibi alexandrum et dicere. Satis tibi fuerat libitum matrimonium. sed rufus reuersa ad penates meos fratrum meo impudenter conuicta es. Ergo hoc iura recupabo. Que exposito hoc somnio uix biduum superuixit.

De exilio archelai. Ca. XXIII.

**Q**uandem crebro accusatus archelaus a cesare ad uocatus. Quis quidem die priusquam uocaretur. nouem aristas plenas et martias a bobo coedi somniarat. dumque accitos magos consulere. symon esseus genere aristas anos et boues reum mutaciones interpretatus est. eo quod agros arando uerteret et mutaret. Idcirco nouem anis eum dixit regnaturum. varias autem exptum reum mutaciones moriturum. Nono autem principatus sui anno romam ueniens a cesare datus est apud uiennam ciuitatem galilee missus in exilium. De primo procuratore iudee. Capitulum. XXV.

**I**n quibus autem archelao in puincia redactis. procurator illuc missus est a cesare pponius. qui et quondam cyrini collega fuerat. Cum missus est coponi in iudeam. cesor patrimoniorum. militum sane iudeorum et maxime quidam galilee symon populum increpabat. quod post deum dominos ferret mortales tributarii romanorum. Coponio ergo procuratore iudeam. die azymorum cum mos esset media nocte templi portas aperiri. samarite quidam occulte uenientes hierosolimam per circuitas porticus et per totum

sanum ossa iecerunt mortuorum et extrinsecus maiorem templi custodiam exerceri cepit. et ante die porte non aperiri.

De morte augusti. Capi. XXVI.

**Q**uod tempore philippus sephorum reparans iuliam nominauit in honorem iulie uxoris cesaris. paneas quoque cesaream philippi dixit. Coponio uero romam reuerso. successit marcus ei. sub quo salome soror herodis defuncta est. Sed et huic successit annius rufus. sub quo mortuus est augustus cum regnasset quinquaginta septem annos et menses sex et dies. bus decem. ex quibus. xiiij. uel duodecim annis antonium cum eo regnauit. Cum enim. xl. ij. anno regni eius natus esset dominus. qui. xv. iulij anno tricenis fuit. patet cesarem mortuum domino quinquedecimum annum agente. Quidam tamen. lvi. tantum annos regni eius ponunt. Alij. lviij. dimidium annum et dies qui secuti sunt per annum ponentes. Mortuus est autem anno uite sue. lxxvij. apud apellam ciuitatem capanie. gloriatus se urbem marmoream relinquere. quam latericiam inuenerat. et sepultus est in marcio campo.

De tyberio impatore et Galerio procuratore iudee. Cap. XXVII.

**A**ccessit ei tercius impator tiberius nero. uxor eius iulie filius. qui ualerium gracum procuratorem misit in iudeam. qui questum perans pietatem. palam uendebat sacerdotum principatum. Qui amouens annam ysmabelem pontificem designauit. Sed et huic non multo post abijciens eleazarum ananias filium subrogauit. Post annum et huic ananias symonem instituit. sed et post annum iosippum qui et cayphas apposuit. Tamen post annos. xi. relinquens iudeam romam reuersus est. Cuius successor missus est a tiberio potius pilatus. sub quo herodes in honorem tyberij tyberiadem edificauit.

De odio iudeorum in Pontium pi-  
larum. Ca. XXVIII.

**H**is temporibus  
tyberius multos reges ad se ro-  
catos non remisit. Inter quos etiam arche-  
laus capadocę retinens. regnum eius in pun-  
tia vertit. et mazacham caput regni cesareę  
noiauit. Sane pilatus hierusalęm veniens.  
et statuas cesaris que et signis militaribus  
inerat secum deferens. ignoratibus iudeis eas  
in ciuitate constituit. cesareęque rediit. Cum  
autem plurimi de hierosolimitis ad eum de-  
scendissent supplicantes de signis amouen-  
dis. nam ob legem iudeorum qui precesserant iu-  
ree procuratores. sine signis urbis ingredi  
consueuerat. sed per tribunali pylato milites  
que armatos circumponens. mortem eis minas-  
bat si non acquiescissent. At illi mortem po-  
nere eligebant. que leges patrias profanaret. Ad-  
mirans ergo pylatus constantiam iudeorum in le-  
galibus istantibus. auferri precepit ymagines  
Iterum pylatus hierosolimam veniens. videns  
que urbis aque penuria laborare. apuit ga-  
zophilaciam templi et ex opibus templo dicatis  
aqueductum cepit edificare suscipiens ini-  
tium torrens quod stadium duum milium inter-  
uallo distabat. Iudei vero clamabant. ut  
ab illo opere cessaret. Ob hoc pylatus mul-  
tos iudeorum occidit plurimosque sauciavit.  
Internus sum est autem opus quod iudei legatio-  
nem accusatorum in pylatum ad tyberium dixerunt.  
**Testimonium iosephi de christo. C. XXIX.**

**I**n hoc loco po-  
nit iosephus comedationem domini ie-  
su in hunc modum. Fuit homo his diebus temporibus  
iesus sapiens vir. si tamen virtum eius noverat fas-  
t. Erat enim mirabilium effector operum. et do-  
ctor eorum qui libenter que ventura sunt audire-  
unt. et multos quidem iudeorum. multos et  
ex gentibus sibi adiunxit. christus hic erat. Hunc  
accusatione primorum nationis cum pylato  
in cruce agendum esse decreuissent. non des-  
ruerunt eum hi qui ab initio dilexerant eum.

Apparuit enim his iterum viuis. scilicet quod diuini-  
tus inspirati prophete vel hec vel alia de eo  
futura predixerant. Sed et in hodiernum diem christi  
anorum. qui ab ipso dicti sunt. et nomen per-  
seuerat et genus. **De baptismo Jo-  
hannis et principio sextę etatis. C. XXX.**

**A**nno quintode-  
cimo imperij tyberij cesaris. sub va-  
leriano et asiatico consulibus procuratore pontio  
pylato iudeam. tetrarcha galilee herode  
philippo frater tetrarche ituree. et traconi-  
tidis regionis. et lysania abiline tetrarcha  
sub principibus sacerdotum ana et caypha. sa-  
ctum est verbum domini super iohannem zacharie filium in  
deserto. ut baptizatus et predicans solacium redē-  
tionis annunciarer. Et venit in omnem regionem  
iordanis baptizans baptismum penę. quod ad  
penam baptizandos monebat. et non nisi  
quos penitentes videbat baptizabat predi-  
cans futurum baptismum in remissionem pecca-  
torum. per assuesfactionem etiam baptizabat. Di-  
cebat. n. agite penam. appropinquabit. n. re-  
gnum celorum. Usque ad hunc annum tyberij. xv.  
computant ab adam anni quingentes milia. cc.  
xxv. secundum. lxx. secundum hebraicam veritatem qua-  
tuor milia. Anno vero tyberij. xvi. fuit an-  
nus iubileus. lxxxi. Eodem anno dicitur qui-  
dam sextam cyliadem incepisse. Quorum ratio  
hec est. quia sicut in hoc anno terminata est  
circumcisio et inchoauit baptismus. ita sexta  
etas incipit et quinta terminata est. Qui-  
dam ab incarnatione domini initium eius po-  
nunt hac ratione. quod sicut sub quinta eta-  
te generalis fiebat computatio anno a pri-  
ma olympiade. tali vel tali. ita sub sexta  
dicuntur anno ab incarnatione domini tali vel ta-  
li. Alij a passione domini eam inchoasse testan-  
tur. dicentes. sextam et septimam quiescentium  
simul incepisse. In cronica vero ab imperio  
tyberij inchoata legitur. Crebatur autem io-  
hannes cilicio de pilis camelorum et zona pel-  
licea. Quodam locustarum genere esibili ve-  
scebatur. et melle siluestri. Lucubrabat ad eum  
omnis iudea. et baptizabantur in iordane

Videns autem multos phariseorū et saduceorū venientes ad baptismū dixit eis. Progenies viperarū. quis vobis demonstrabit fugere a ventura ira. Facite dignos fructus penitentie. et ne dicatis partem habemus abrahā. quia pater dominus de lapidibus istis. id est de genibus significatis his lapidibus suscitare filios abrahę. Dignus autem ostēdebat eis iohannes. xij. lapides quos tulerunt. xij. duces tribuū israel de medio iordanis in aridā. et toridē de arida in iordanē quorū acutus esset in testimoniū. quia sicco pede iordanē trāsierūt.

De tribus sectis iudeorū. C. XXXI.

**E**rant autē tunc

in india tres secte iudeorū a cōmuni reliquorū vita et opinione distantes. pharisei. saducei. essei. Pharisei cultu austero et victu perparco utebantur. traditiones suas statuentes. quibus traditiones moysi determinabant. piracia caritarum in fronte gerebāt. et in sinistro brachio circū ligata. quibus decalogus inscriptus erat quia dixerat dominus. hoc habebis quasi quid appensum ante oculos tuos et in manu tua et hec dicebant phylacteria a philare quod est servare. et thoracis quod legē sonat. Isti etiam maiores fimbrias alij ferentes spinas eis alligabant. quibus puncti in deambulatio me mores mandatorū dei fierent. Hi vniuersa deo deputabāt. et marmene. id est fato. Agere quidē que iusta sunt vel negligere in arbitrio hominū plurimū esse dicebant tamē in singulis adiuvare marmenem. quā etiā ex moribus superiorū fieri putabāt. Prepositis suis et maioribus nuntius contrariū respondebāt. iudiciū dei esse futurū dicētes. omnē animā esse incorruptā. solas bonorū animas in alia transire corpora vsq; ad resurrectionē et iudiciū. Malorū autē eternis retrudi carceribus. Et quia cōi hominū habitu diuisi. ideo pharisei dicebant. Saducei marmenem

negāt. deū inspectorē omnium esse dicētes in arbitrio hominū sitū esse ut bonū malū ve gerant. Animarū generaliter vel supplicia negabāt vel honores. Nam et resurrectionē mortuorum futurā negabāt. animas mori cum corporibus putantes. nec angelos esse dicebant. solos. v. libros moysi recipiebant. et his contenti erant. Hi seueri nimis erant. nec etiam inter se sociales. Ob quā seueritatē saduceos id est iustos se nominabant. Essei fere in omnibus monastica agebant vitam. nuptias fastidientes. non quia coniugia et hominum successionē perimendam censerent. sed cauendā intemperantiā feminarum. nullam earū fidē viro seruare putantes. Habebāt omnia cōia. probo oleam ducentes. squalorē decus putabāt. dum modo in veste candida semper essent. Nulla eis certa ciuitas. sed in singulis domicilia habebant. ante solis ortū nihil profanum loquētes. solē ubi oriebat orātes. post vsq; ad quintā horā operantes. lori corpore aquis. simul et cū silentio edebāt. Iuramentū habebāt pro piurio. Secrete sue neminem adhibentes nisi sub anni probatione. Receptum autē secū post annum. duobus alijs annis mores eius probabant. deprehensum in peccatis a se pellebāt. ut herbas more pecorum decerpens vsq; ad obitum penetreret. Cū enim x. simul sederunt nullus nouem iniuris loquutus ē. spuere in mediū. vel in dexteram partē sui vitantes. Adeo sabbatum obseruabant. quod nec ea die alium purgabant. Dolabrum ferebant ligneum quo in loco secretissimo fodiebant terram ad alium purgandam. Dimissa veste diligenter contegentes. ne splendori diuino facerent iniuriam. ob id etiam stanim foueam reimplentes. viuebant quā longissime ob vitas simplicitatem. Mortem pro iusticia immortalitate iudicabant meliorem. Animas vero a principio creatas pro temporibus incorporari.

Pharisei

Pharisei pharisaei

Saducei

Bonas eritas corporibz vltra oceanuz  
tegere. vt sit reposita eis pfructio ad orie  
tem. **V**alis pcellosa & hyberna loca de/  
legates. Erant in eis qui futura pdiceret.  
**Q**uidā cōiugibz. s; moderate vtebant.  
**N**ā si hoies abstinentū arbitrarent. bu  
manum genus deficeret.

**Q**uō iohannes confessus est senō esse  
christū. **C**api. XXXII.

**Q**uoniam ergo bap  
tizaret iohānes. miserūt a hiero  
solimis ad eū sacerdotes & leuitas. vt  
terrogarēt eū **T**u quis es? **E**t pcessus est  
se neq; christū eē. qd opinio publica ha  
bebat. nechelyā. nec pphetā **E**t dixerūt.  
**Q**uid ergo baptizas? **Q**uesierāt de hely  
lyā & sub noīe pphete de helyseo. qz ī his  
duobz pcesserat figura baptisimi. et de ba  
ptismo xpi legerāt ī ppheta. **E**ffundā de  
spū meo sup vos aquā mundā. & iō pur  
tabāt ad aliū nō pertinere baptisimū. & rñ  
dit. **E**go quidē baptizo ī aq. medī autē  
vestrū stat quē vos nescitis. **I**pse baptiza  
bit vos ī spū sō. et igne. **I**n ipū in bapris  
mo. in igne in pnia. **H**ec in berthania scā  
sūt trās iordanē. vbi erat iohānes bapris  
zās. **P**otest figurari baprisimus iohānis  
in capitilauio ante baprisinum.

**D**e iesu Baprisato **C**.XXXIII.

**Q**uoniam venit iesus  
a galilea ī iordanē ad iohānem  
vt baptizaret ab eo. **T**res fuerūt cause p  
cipue cur baptizat? ē iesus a iohāne. **U**t  
baptisimū iohānis approbaret. **U**t omnē  
hūilitatez ipleret. et implendā doceret.  
**U**t tactu sui corporis vim regeneratiuā  
cōferret aquis. & si forte nō statim. **D**e vi  
enī & istitutiōe baprisimi triplex ē opinio  
vt in sentētijs habet. **E**t ipse iesus erat ī  
cipiens quasi annorū. xxx. i. tricesimū an  
num icēperat. xij. tantū diebz eiusdē an  
ni peractis. **E**t scdm hoc vixit iesus tñ.  
xxx. duobz annis & dimidio. qz eadez die

reuoluto anno cōuertit aquā in vinū. & ī  
sequēti pascha id est in pascha tricesimi/  
primi anni incarcerationatus est iohannes. et  
in pascha sequenti id est tricesimifecūdi  
anni decollatus est. et in tercio paschate.  
i. tricesimitercij anni passus est dominus.  
& ita vixit dominus. xxx. duobz annis  
integris. & de. xxiij. quantū fluxit tempo  
ris a natali vsq; ad pascha. quod pro di  
midio anno cōputatur **C**risostomus ta  
men dicit eum iam cōpleuisse tricesimū  
annum. in omelia decima in mattheo sic  
dicens. post triginta annos venit iesus  
ad baprisina. legē veterem soluturus.  
**P**ropterea vsq; ad hanc etatē que omnia  
solet capere peccata in legis obseruatio  
ne permansit. ne quis diceret. ideo illum  
soluisse legem. quia eā non potuisset ad  
implere. & infra. **P**er. xxx. annos iusticiā  
legis adimpleuerat. & tunc venit ad ba  
prisina. euangelii docturus. quasi cum u  
lū cunctis obseruationibus legis impo  
nens. **H**oc autē dixit **C**risostomus occasi  
one illius verbi qd dixit dñs. **S**ic decet  
nos implere omnē iusticiā. **E**t scdm hāc  
opinionē vixit. xxx. tribz annis integris.  
& tñ de. iij. quantū est a natali vsq; ad pa  
scha. **I**ohānes autē prohibebat iesu dī  
cens. **E**go a te debeo baptizari. et tu ve  
nis ad me **C**ur dixit se baptizandū iohā  
nes. si in vtero sanctificat? et mundatus  
erat ab originali. vel saltē in circūcisione.  
**S**ed p se genus humanū itellexit. qua  
si. d. hō p te debet mūdari. **U**t quantum  
ad plenitudinē mūdatiōis se ad huc mū  
dādū dicit. qz & si tā mūdatur p sanguinē  
xpi pleni? erat mūdandus. sicut quis acce  
pta efficaci medicina p cām curatur. dicit  
p effect? plenitudinē curādus. **C**ui iesus  
**S**ine mō. **S**ic enī decet nos iplere oēm  
iusticiā. i. supabundatē humilitatē. **E**st  
enim debita humilitas subdere se maio  
ri propter deū. abundans subdere se pa  
ri. superabundans subdere se minori.  
**Q**uali diceret. **I**deo modo subdo me

tibi minori. ne dedignent maiores a minoribus baptizari. et regi. Quod intelligens iohannes consensit. Baptizatus est hiesus tercio lapide a iericho.

De spiritu sancto et voce patris. C. XXIII.

**F**actum est autem cum baptizaretur fere omnis populus terre illius. et hiesus baptizatus et oratione pro baptizandis. ut acciperent spiritum sanctum. confestim ascendit iesus de aqua. Et ecce aperti sunt celi. id est inestimabilis splendor factus est circa eum. ac si celo aereo et sydereo referantur. splendor celi empiriei terris infunderetur. Et spiritus sanctus in corporali specie columbe venit. et sedit super caput eius. quod pacto officio suo. in preiacente materia rediit. ut supra fuerat. Et tunc cognouit baptista quod dixit se ante nescisse. quod scilicet christus solus baptizaret. id est preterem baptismi retineret sibi. sed preterem baptizandi alij daret. Qui enim miserat eum ante baptizare cum solitaria duceret vitam. etiam dixerat ei. quod si multos baptizabis. sed inter illos super quem videris spiritum descendente et manentem hic solus est qui baptizat in spiritu sancto. Et ecce vox patris audita est de sublimi. Tu es filius meus dilectus in te complacuit mihi. Usque post vocem hanc creditur duxisse splendor. quod alius euangelista dicit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Hic est sensus. id est in te et pro te placitum meum gerere constitui.

De iesu ieiunio et reprobatione. c. XXXV.

**T**unc hiesus ductus est a spiritu sancto qui eum assignauerat in deserto. et cum ieiunasset. xl. diebus. et xl. noctibus postea esurijt. Uoluebatur dyabolus. xl. dies ieiunio. Sciebat tot diebus aquas diluuij effusas. exploratam terram promissionis per moysem legem a deo datam. filios israel in heremo tot annis pane angelorum vixisse. Cum vero sensit dominus esurire. quod non

legitur de moyse vel helya. accessit ut temptaret. si posset eum deicere in peccatum et ut exploraret an esset dei filius quia audierat vocem hanc. hic est filius meus. quem sciebat quandoque venturum et sepe eum potestatem amissurum. sed usque ad iudicium futurum non expectabat. Temptauit autem eum in eisdem tribus quibus adam deiecerat. sed non ordine eodem. Primo in gula. ut esuriens panem in moderato cibi appetitu accenderetur.

Secundo de auaricia. ubi super montem ostendit ei omnia regna mundi id est exposuit ei gloriam mundi. Tercio de superbia. ut iactanter se ostenderet filium dei. Tunc abiicit eum dominus. et consummata omni temptatione ad quam uenerat. recessit a domo lucifer ad tempus. Tempore passionis redijt. timore mortis putans eum deicere. Tunc autem omnino deuictus religatus est in inferno. in diebus antichristi soluendus secundum apocalipsim iohannis. Credendus est autem dyabolus hominis assumpsisse formam. in qua dominum circumducere. et colloqui posset ei. Utrum autem extremo die ieiunij solo omnes facie fuerint temptationes. an per aliquot dies sequentes separate. nihil interest nostra scire.

Ieiunauit autem dominus in deserto. quod est inter hierusalem et iericho. Secundo lapide a iericho quem quarentanam dicimus. sub quarantina fluit riuus fontis quem sanauit heliseus. Secundo milario a quarantina contra galileam dicitur mons esse super quem statuit dyabolus iesum. Crede pro sane ipsi hic numerus dierum in ecclesia penitentiali est. unum et post epiphania non statim ieiunat ecclesia. sed circiter post xl. dies. quasi ipso tempore ieiunium suum consecutum ieiunium dominici significans. Ob hoc quoque ut per penitentiam ostendamus ascendere ad requiem. sicut quadragenarius ascendit ad quinquagenarium. Est enim numerus superabundans. Et congregatis omnibus

luis p[ro]p[ri]is c[on]parib[us] ascēdit ad quinquaginta. De prima vocatione discipulorum. Capi. XXXVI.

**O**madam die ita

bari iohannes et ex discipulis ei? duo. quoz vn[us] erat andreas. et vidēs hie sum ambulante dixit. Ecce agn[us] dei ecce qui tollit peccata m[un]di. Quare agnū vocauit. deterniat subdēns. qui tollit id est venit vt tollat peccata m[un]di. quia pro peccatis tollendis pasca nostrū ymolat? est cristus. Quid quia agnus grece dicitur ab agnon qd est pium. vel lanne ab agno scendo. quia in magno grege solo balatu agnoscit matrē. Ideo pprie pro passione agn[us] dicit. quia ibi prius donans nobis pacem agnouit patrem obedientia et matrem cura. Et hec est vna causa cur i ymolatione altaris dicit ter agnus dei. quasi agne qui agnouisti p[re]z miserere nobis. agne qui agnouisti matrem miserere nobis. agne qui obrulisti te p nobis. dona nobis pacē. Ob hoc illi duo discipuli ei secuti sunt hiesum. vt viderēt vbi maneret. et manserunt apud eū die illa. Inueniens autē andreas symonē frēm suū dixit ei. Inuenim[us] messiam qd est interpretat[ur] xps. Xps grece latine vnct[us]. Et duxit eū ad hiesū. Intuitus eū hiesus dixit. Tu es symō bariona. tu vocaberis cephas qd interpretatur petrus. Bariona hebreum est. et sonat filius iohanna cōpositum ex integro et corrupto. Cephas hebreum est. et syru[m]. Petrus grecū et latinum. Quum autē hoc nomē tunc ei imposuerit an. p[ro]miserit imponēdū dubiū est. Turi[us] tū dici potest. q[ui] tūcei imposuit hoc nomē omnino cū dixit. Tu es petrus. Quid in electione duodecim. vbi dicitur. et imposuit symoni nomen petrus. Si vero modo imposuit et insequentibus confirmauit. In crastino volens hiesus redire in galileā inuenit philippū et dixit ei. Sequere me dixerat de bethsaida cōcuius andree et pe

tri. Sic inueniēs nathanaelē frēz suū dixit ei. Quē scripsit moyses i lege et pphete inuenim[us] hiesū filiū ioseph a nazareth. et ait nathanael. Nazareth p[ro] aliqd eē boni. Despectiue q[ui] nō. v[el] remissiuē legit.

Et egrediet[ur] virga de radice yesse et nazareus id est floridus qd alia editio dicit. de roma erat audita v[el] de radice eius.

Iste em[en] legisperit? legerat in pph[et]ia. nazareus vocabit[ur]. et signa aduent[us] dominici forte notaue rat. et ait. Nazareth potest aliquid boni esse. q[ui] dicit. Nūc tran dē a nazareth p[ro] aliquid esse boni. Et ad duxit eū philippus ad hiesum. Quo veniēte ad se ait hiesus. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Et dixit nathanael. Ante me nosti? Respondit hiesus. Dicit[ur] te philipp[us] vocaret. cū esses sub ficu vidi te Respondit nathanael. Rabbi tu es filius dei. tu es rex israel. Quia agnouit iste d[omi]n[u]m absentem vidit se que solus gesserat et quomō et vbi a philippo vocatus sit. xpm et d[omi]n[u]m fate[re]. Tamen quidā de predestinatione exponit hoc ita. Cum eras in lūbil[us] aede latētis sub ficu. prius et iam p[re]destinaui te. Et regressus ē hiesus in galileam.

**N**ucusq[ue] idē est

De varijs opiniōib[us] historie. c. xxxviij. **N**ucusq[ue] idē est v[er]bo historie euangelice apud omnes. Deinceps varie ordinatur vsq[ue] ad incarcerationē iohānis. Quidam dicunt. q[ui] circa proximum pascha post baptismum conuertit domin[us] aquam in vinum. ideo. quia iohannes consequenter post hoc miraculum nazareum ascendisse in hierusalem. et eiecisse ementes et vendentes in templo. quod nunq[ui] ab eo factum dicit[ur]. nisi in pascha. Sed eis obuiat ecclesie cōsuetudo. que in epiphania factum esse tenet quod annis solemnizant[ur] memorat. Fuerunt etiam qui dice rent. q[ui] eadem die qua baptizatus est

fecerit hoc miraculū. Sed matheus ait. Tunc iesus ductus est in desertū. et marcus. statim expulit iesum spiritus in desertum. Habet enim ecclesia quod eadez die. sed reuolutis annis hextria facta sūt. Aduentus magorum. tredecima die primi anni. Baptismus eadem die tricesimi anni. vel tricesimiprimi anni. Nuptia aque eadem die reuoluto anno. Unde maximus episcopus in sermone qui sic incipit. Cum plura nobis fratres. sic ait. Sicut posteritati sue fidelis mandauit antiquitas. hodie saluator a chaldeis adoratus est. hodie fluenta iordanis benedictione proprii baptismatis consecrauit. hodie inuitatus ad nuptias aqua uertit in uinum. Unde et in antiquioribus libris dies illa pluraliter dicitur dies epiphaniarum id est plurium illustrationum christi. Epiphania enim illustrationem sonat. Has tres tamen manifestationes propriis quidam nominibus distinguunt epiphaniam. uocantes eam illustrationem. que per stellam quasi deorsum factam. Theophaniam. eam que in baptismo quasi a deo. id est a patre factam. Berthophaniam. eam que in nuptiis quasi in domo factam. Berth enim domus sonat. Verū tamen adhuc restat inter summos et catholicos doctores. de ordine historie duplex opinio. Quidam enim scribentes unum ex quattuor. imitantes antonium alexandrinum. eusebium cesariensem. theophilum qui septimus a petro sedit antiochie. qui dicunt dñm post ieiunium aperte predicasse. discipulos congregasse. et sermonem in monte factum ante uini miraculum. quia legunt dominum et discipulos eius inuitatos ad nuptias. Communior autē et ueracior opinio est dominum post illud miraculū discipulos uocasse occulte. et occulte predicasse usque ad iohannis incarcerationem. sed post publice. Et hunc ordinē sequimur sine alteri ordinis iudicio.

De mutatioe aq̄ in uinū. C. XXXVIII.

**E**t facte sunt nuptie in chana galilee. i. in uico galilee sic dicto. Et erat mater iesu ibi. et uocatur est iesus ad nuptias et discipuli eius quidā. scilicet futuri discipuli. quod ad uerbum iohannis in plures audiebatur occulte qui post oīno sequuti sunt eū. Nō ē uocatus ioseph. sed uxor ei. Quā quidā dicunt ioseph fuisse mortuū. et uirginē trāsisse in custodia filij. quod nec etiā deinceps legitur de eo in euāgelio. Quod si nondū mortuū. tamen certū est quod in passione dñi mortuū erat quod uxor eius alij cōmendata ē. Quidā autem hanc nuptias fuisse iohannis euāgeliste. et iō uocata ē maria. quod mater terra eius et dñs. quod cōsobrinus ei. et dicitur quod dominus eū uolentē nubere. et his nuptiis uocauerit. quod certum non est. Et deficiente uino dixit mater iesu ad eum. Uinū non habet. quasi diceret da eis uinum. Respondit iesus. Quid mihi et tibi est mulier. Nondum uenit hora mea. Licet mulier sit quasi adiectiuum nomē fractionis. quasi mollier tamen quandoque nomen serus est. maxime quando uirgo uiri potēs est. Et est sensus. Uis fieri miraculū. sed ad hoc agendū quid habeo tecum cōmune. quasi diceret Et natura tibi cōmuni non ago hoc. sed in hora passionis que nondum uenit. ex cōmuni natura mihi et tibi patiar. Nec est credendū scđm geneaticos. hoc dixisse dominum. qui putant unū quēque horam suā mortis habere ieuuitabilē. scđm horā constellationis in qua natus est. sed uocauit horam suam. id est a se dispositam. Voluntate enim mortuus est non necessitate. Erant autē ibi sex lapidee hydrie id est uasa aquatica posite scđm purificationem iudeorum. Crebro iudei baptizabant uasa epulatoria. et si casu aliquid tangerēt immundum nisi lori non comederent. Erāt ergo posite. ut si forte contigisset aliquē

de cōiuiis oportere lauari aquā haberēt paratā. Impleuerūt autē eas ministri aqua ad preceptū dñi. et tulerūt aquā vnum factā archiridino. i. primari inter cōiuiantes in triclinio. Tricliniū quidā dicitur fuisse domū tricameratam. vel tres habentē testudines. sub quibus discūbebāt. Vel forte tres erant ibi mensarū ordines. vt in refectorijs fieri solet. Et cōmendauit archiridinus vini bonitatē. Post in cōi cōmendauerūt omnes miracū nouitatē. Hoc enī in initio signorū manifestauit iesus gloriā suā. Nec dicit hoc esse inīnū. quin et prius signa fecisset. nascendo de virgine. magos stella p̄ua ducēdo. xl. diebus et noctibus ieiunando et huiusmodi. Sed hoc fuit primū publice et ad publicandū factū. Vel primū factū in chana galilee. **De instructione Nicodemī. Cap. XXXIX.**

**E**rat autē homo et phariseis nicodemus nomine et de principibus iudeorū. Hic venit ad iesum nocte. qz timuit populū offendere cū esset de principibus. Vel qz magister erat in israhel. palā discere erubuit. et ait ad iesum Rabbi scim? quia a deo venisti magister. Nemo enī potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cū eo. q. d. Doceme de regno dei. Respondit iesus Amē amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit denuo. nō poterit videre regnū dei. In veteri testamēto quasi iuramentū dei erat. viuit dominus. In nouo Amē dico. Et cum in alijs simpliciter dicat. in solo iohāne geminat. secundū illud. Sit sermo vester. est est quasi diceret. verū dico corde et ore. Cūqz miraretur nicodemus quomodo posset homo scōdo nasci. cū non nisi carnalez natiuitatem sciret. edoctus est a domino de spiritali. que fit ex aqua et spiritu. q̄rum neutra iterari potest. Tamen qz adhuc inflatus erat magistrali scientia. nō poterat intelligere. ideo metuuit audire.

Tu es magister in israhel. et hec ignoras. vt sic inuitaret eum ad humilitatē. Instruit etiam eū de humana et diuina sui natiuitate. de passione et ascensione. et de pluribus alijs. Quod autē dixit. nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo sensus est. Nemo ascendit. nisi christus cū corpore suo. Vel scōm tropū quo dicim? dominū facere que per eū facimus. et est sensus. nemo ascendit. nisi quē deus ascendere facit.

**De prima eiectione ementū et venditium de templo. Cap. XL.**

**I**n proximo pascha ascendit iesus in hierosolimā et eiecit vendentes et emētes de tēplo. hoc enim bis fecisse creditur. Et circa illud pascha incarceratus est iohānes. Ait enim iohānes Quia cū post hoc pascha redisset iesus in iudeā. adhuc erat iohānes baptizans in ethnon. Interim autē priusq̄ ascendere in pascha quosdā vocauit discipulos et docuit et miracula fecit. sed nō adeo publice. Sane ibat iesus iuxta mare galilee. Lacus ē qui fit iordane influente. et dicitur marecū sit aq̄ dulcis ydeomate hebreo. qz omnē aquarū collectiones vocat hebreus tharsis id ē mare. Et dicit galilee. qz p̄terfluit galileā. Quandoqz mare tyberiadis dicitur. qz famosa ē ciuitas hec que ei iminet. Quod autē dicit stagnus genezareth. ex accidēti ē. Quandoqz enī crispantibus vndis generat ex se auram. Extenditur autem. c. xl. stadijs in longitudinem. et xl. in latitudinem. Dicit tamen iosephus. eum sic dictum a modica regione genezara quam preterfluit. quam etiam dicit ammirabilem. Nam tora diuersissimi generis arbuttis conferta. nulli eorum ybertatem suā negat et tēperiem. Sunt ibi nuces que maxime strigibus gaudent. sunt et palme quas nutrit calor estiuus. sunt ficus et oleæ quibus aura mollior destinata est. vt quasi

repugnātia bona cōrentione studio terre foueāt. **H**āc dicit irrigari fonte qui cadit ī calpharnaū. quē quidā esse venam nisi opinant. qz corastinū piscē generat. qui nō alibi nisi in nilo flumine reperitur.

**D**escōa vocatiōe disciploꝝ. **C. XLII.**

**Q**uā aut turbe irruerēt in eū. vidit duas naues stātes secus stagnū. ⁊ ascendēs in vnam que erat symonis. pusillū reductus a terra docebat de nauicula turbas. **U**t autē cessauit loqui. ait ad symonē. **D**ucī altū ⁊ laxate retbia in capturā. **Q**uo facto cōcluserūt multitudinē pisciū tantā. qz fere rumpebat retbe. ⁊ innuerūt symō ⁊ andreas filijs zebedei. qui erāt in alia nauī vt venirēt ⁊ iuuaret eos. ⁊ impleuerūt ambas naues. ita vt fere mergerent. **Q**uod vidēs symon petrus. ꝑcidiit ad genua iesu ⁊ ait. **E**ri a me dñe qz peccator sum. **C**ui dñs. **N**oli timere. qz ex hoc eris homies capiēs. ⁊ subductis ad terrā nauibz. id ē locatis aīo redeūdi ad eas. secuti sunt eū aliquantulū. ⁊ iterū redierūt ad sua.

**D**eco qd dñs legit ī nazareth. **C. XLII.**

**I**esus autē venit in nazareth. ⁊ die sabbati qñ plures cōueniebāt intrauit in synagogā. vt plures doceret. **E**t cū legisset in ysaya. **S**pūs dñi sup me. ⁊c. dixit. qz hodie cōpleta ē scriptura in auribz vestris qñ diceret. **E**go sum de quo scriptū ē hoc. ⁊ omnes intendebant in eum.

**Q**uō discipuli baptizabāt ⁊ iohannes.

**Capitulum. XLIII.**

**P**ost hec venit

iesus ⁊ discipuli eius in iudeaz terraz que. s. specialiter a forte iude. vel a regno duarū tribuū specificato vocabulo iudea dicebat. **E**t morabat ibi cum discipulis. ⁊ baptizabat. licet nō ipse. s. discipuli eius baptizaret. **S**ed vtrū baptismo iohānis vel christi icertū ē. **E**rat autē iohānes baptizās in ennon iuxta salim.

quia aque multe erant ibi. **P**ro dūm enī missus fuerat ī carcerē iohānes. **S**alim vero est oppidūz vltra iordanē situm vbi olim melchisedech regnauit. **T**urbebat etiā iohannes multos veniētes ad se ad iesum. **I**nde turbati discipuli iohannis dixerūt. **R**abbi qui erat tecū trās iordanem cui testimoniū perhibuisti. ecce hic baptizat. ⁊ omnes veniūt ad eū. **Q**uorū veniēdens inuidiā iohannes ait. **D**ixi vobis qz nō sum ego christus. sed quia missus sum ante illū. qui desursum venit super omnes ē. **N**e ergo oportet minui. illū autē crescere. **U**t autē cognouit iohannes inuidiā illoꝝ ascendit ad diē festū pasche de quo supra dictū est. **S**ed ⁊ ibidē. qz p̄sensit oratā in se phariseoꝝ inuidiam maxime cū audisset iohannē traditum in carcerē. reliquit indeam. ⁊ iterum abiit in galileaz.

**C**ur iohannes in carceratus est. **Capitulum. XLIII.**

**A**rguebat enim

herodē iohānes p̄ter herodiadē qz scdm legē quā recepat. nō licet fratres habere vxorē fratris eo viuētē. **S**up̄ matheū legit. qz herodias filia erat regis arethe. quā auferēs philippus ornis in ter eos quibusdā simularibz. ī odiū philippi dederat fratri herodi. qz ⁊ fratres iūce erāt inimici. **I**osephus tradit herodiadē fuisse filiā aristoboli. quē occiderat cū fratre alexandro p̄ eorū herodes. ⁊ ita soror erat herodis agrippe. quā auus suus herodes dederat herodi filio suo vxorē. **D**icit enī alium fuisse herodē. p̄ter terrarchā quem p̄susceperat de filia symonis sacerdotis philippū dō iā mortuū cū gaius regnare cepisset. **S**orte ⁊ hic herodes noiabat philippus qz binomi. ⁊ ita virū ei. quem iosephus vocat herodē. euāgelii vocat philippū. **S**ed forte prius nupra herodi. post nupra philippo. **H**erodes vero terrarcha vxorem habebat filiaz arethe regis

damaſcenorū. Qui romā iter faciēs trāſiens per fratē ſiū. ſecreto pepigit cum vxore francis. q̄ in reditu ſuo repudiata vxore ſua duceret eā in vxorē. Quod tamen nō latuit vxorē ipſius herodis. que nō expectans reditū viri ſui feſtinauit ad patrē. Herodes autē rediēs abſtulit herodiadē fratri ſuo. et fact⁹ eſt inimic⁹ arethe et philippi. Sup̄ quo cū argueret eū iohānes. ſuggeſtiōe herodiadis miſit euz in carcerē. Quod cū vidiffet ieſus venit et habitauit in capharnaum in finib⁹ zabilon et neptaliz.

De tertia vocatiōe diſcipulorum.  
Capitulum. XLV.

**A**rbulans autē iteruz ieſus iuxta mare galilee. vidit duos fratres ſymonē et andrea. fratre eius mittētes rethia in mare. et ait illis Venite poſt me faciā vos fieri piſcatores hominū. At illi cōtinuo relictiſ rethib⁹ et naui ſecuti ſunt eū oīno. Et procedēs inde vidit duos alios fratres. Jacobū et iohannē reficiētes ſua rethia cū zebedeo patre eorū. et vocauit eos. Illi autem relictiſ rethib⁹ et patre ſecuti ſunt euz oīno. Et cū trāſiſſet inde ieſus vidit mattheū qui et leui dice⁹ eſt filiū alphei. ſedētes ad theoloneū. et ait illi. Sequere me. Qui relictiſ oībus ſecur⁹ eſt eū. Theoloſ grece. lanine vectigal. Iſte ergo erat publican⁹. i. publica negocia amminiſtrās que ſine peccato aut viꝝ aut nunquā amminiſtrant. Et nota a qualib⁹ orta eſt eccleſia. ne ſi a ſublimib⁹ orta eſſet. vir⁹ fi dei ſciētie eorū et potētie aſcriberet. De vocandō reliquoz termiatū nō habem⁹. De aperta predicatiōe et miraculis domini. Cap. XLVI.

**A**perte exin de pdicabat. dicēs. P̄niam agi reappropinq̄bit. n. regnū celoz. vñ et poſt dixerūt ſacerdotes ad pylatū. Cōmouet

vnuerſam iudeā incipiēs a galilea vſqz buc. et ſic impletū eſt illud yſaie. Primo tēpore alleuiata eſt terra zabilon et terra neptaliz. Cū et primitiui cōuerſi a domi nō qz fuerūt de finibus illis. dicti ſūt p̄cipes zabilō et principes neptalim. Iſaias ſiquidē p̄phetauit de captiuitate decē tribuū. que in tribub⁹ illis inchoata ē. Abilomin⁹ tamē de alleuiatione ab opere peccati futura. in p̄ribus illis. ad p̄dicationē chriſti p̄ditit. Et circūbat hieſus torā galileā. docēs in ſinagogis eorū. et ſanās omnē languorē i populo. et abiit opinio eius in torā ſyriam. Eſt autē ſyria omnis regio ab eufrate. vſqz ad mare magnū a capadocia vſqz in egiptū cōtinens inter alias prouincias paleſtinā. in qua iudei habitabant. Unde et ſup̄ pſalmos. thabor et hermō dicuntur montes ſyrie. Quādoqz ſo ſic legit ſyria. q̄ nullā icludit partē iudee. Et ſecute ſunt euz turbe multe diuerſarū regionū. Quas cum vidiffet ieſus aſcendit in montē.

De electiōe. xij. ap̄toꝝ. C. XLVII.

**E**t cum ſediſſet vocauit ad ſe quos voluit ipſe. et fecit vt eſſent cum illo. xij. quos et apoſtolos id eſt miſſos nominauit. Simonem quem agnominauerat petrū et andream fratrem eius. iacobū zebedei et iohannez fratrem eius. Et impoſuit his duobus nomina boanerges id eſt filios tonitru. quia vnus eorū intonuit dicēs. In principio erat verbū. Et ambo ſepe terrificaz vocē patris audire meruerūt. Philippū et bartholomeū. thomā et mattheum publicanū. iacobū alphei. et thadeum fratrem eius. qui et iudas cognominatus eſt. que lucas iudam iacobi vocat. qui tercio nomine dicitur eſt lebeus. Simonem chanaanem et iudā ſcariothē. In hoc cathalago nomina apoſtolorū combinata qua ſi parium ponuntur non ſatis nota cauſa. Quare vero iacobus alphei poſterior

numeretur iacobo zebedei. et minor dicitur et ille maior. cum prerogativa sanctitatis sue factus sit ab apostolis postea archiepiscopus hierosolymorum. et senior illo fuerit. merito queritur. Ad quod melius videndum dicimus. quod anna mortuo iacobbe fratre ipsius ioseph. de quo post susceptam filiam vocataque maria dedit in uxorem alpheo. de qua nati sunt alpheo. iij. consobrini domini. iacobus symon et iudas apostoli. et ioseph qui et barlabas. qui pro iuda post cum mathia electus fuit. Et hi quatuor pre ceteris consanguineis dicti sunt fratres domini. quia non solum cognati. sed et agnati eius putabantur tanquam ex duobus fratribus ioseph et cleopha descendentes. Inter quos tamen quasi antonomastice iacobus dictus est frater domini. quod quibus similitudo fuit ei in facie. Item mortuo cleopha anna nupsit viro tertio. scilicet salome. susceptaque ex eo filiam sicut et alias prius vocavit maria. Et hanc duxit zebedeus. Dabitque ex ea filios iacobum maiorem. et iohannem. qui licet posterior natus maior tamen dicitur. quia prius vocatus est a domino. et prius adhaesit ei. Quod romana servat ecclesia. ut singuli in ordinibus suis priores. sint prius ordinari. Item dicit hieronimus. Alij vero videntes mulieres agnominari solere a nominibus virosum. ut marcia carbonis. dixerunt prioribus viris mortuis has duas marias nupsisse cleophae et salome. vel priores viros fuisse binomios. et dictum zebedeum cleopham. alpheum salomam.

De sermone domini in monte. Capitulum XLVIII.

**E**leuatis oculis in discipulos. docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. etc. Hunc sermonem matheus et lucas varie narrat. Quod

hoc quidam tradunt dominum prius esse fecisse discipulis in suppelio mortis sedendo. post in latere mortis cõiter discipulis et turbis stando. Alij vero tradunt. non nisi unum sermonem factum cõiter discipulis et turbis. Quod autem horum verum sit. non multum interest nos scire. sicut nec scire interest. an mons in quo haec facta sunt fuerit thabor. an alius mons in galilea. Sermonem quidem a domino ad discipulos factum legimus in matheo luca et iohanne tantum.

De oratione dominica. Cap. XLIX.

**H**ic sermone in seruitur dominus orationem domini. quae octo partes habet. Prima est capitatio benivolentiae quam sequitur septem petitiones. et diriguntur ad deum patrem. a quo petimus nobis dari panem nostrum substantialem. id est filium. Maria et christus docuit nos ad tendendum a patre in nomine suo. Tres prime petitiones spectant ad vitam futuram. Sicut sanctificet. id est firmet in nobis nomen tuum. In hac vita quasi mobile est nomen patris in filios. quod et iudas quandoque fuit dei filius quoniam non pro qua etiam possibilitate moueri dixit apostolus. Timeo ne et ego reprobatus inueniar. In patria enim apparebit filij. et immutabiliter erit deus pater eorum. Adueniat. id est ad te videndum veniat regnum tuum ut sit regnum in regno. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. quasi sicut celestis ecclesia nihil potest velle nisi quod scit te velle. ita et illa que adhuc militat in terra ad dicam voluntati tue. Quatuor que sequuntur ad militiam huius vite spectant. scilicet panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. id est christum qui est supersubstantialis. id est super omnes substantias. et est panis noster in altari. Vel sunt due dictiones. scilicet per substantiales. Et est sensus. id est da nobis hodie. id est in presenti tempore panem nostrum. id est christum. qui prius est fidelium. et hoc super et panem. id est preter panem substantiales. id est necessarium ad sustentationem.

Matthi octavo. capitulum primum

quasi da nobis vtriusq; panem anime et cor-  
poris. Lucas posuit quotidianum. quod de  
vianico tantum exponit. Grecus habet epiu-  
sion. Hebreus vero sogolla. id est precipuum  
vel egregium vel peculiare. Ob hoc forte  
lucas videns matheum dixisse sogolla. quod  
sonat peculiare. dixit quotidianum. Grecus  
vero interpretatur mathei. quia vidit eum di-  
xisse sogolla. quod sonat egregium. dixit e-  
piusion. Tres que sequuntur patent anime.  
Hebreus in fine ponit vnu ex his tribus  
anime. sela. sale. que sonat vere semper pace  
Ceteri discipuli missi sunt cum potestate  
curandi. Capi. L.

**Q**uoniam consumas

ser iesus verba hec convocatis di-  
scipulis. xij. dedit eis potestatem eiciendi  
spiritus imundos. et curandi omnem infir-  
mitatem et misit eos predicare regnum dei et ait.

Nihil tuleritis in  
via. neminem salu-  
taueritis. sicut a-  
lij. qui non ex studio  
operandi salutem con-  
sueverunt tamen salu-  
tate. In via gen-  
tium ne abieritis.  
nec in ciuitates sa-  
maritanorum itra-  
ueritis. gratis ac-  
cepistis gratis da-  
te. Non portabitis  
pecuniam non panem.  
non duas tunicas.  
in superfluas. non cal-  
ciamenta. non virgam

Inde est quod diaconus  
sumpro codice de al-  
tari sub silentio tran-  
sit inclinans donec in-  
ambone salutat quasi  
intrans domum. cui of-  
fert pacem. Nec por-  
tat puluinar. id est sola-  
cia vite. sed alij fert  
ei. Nec obest quod pul-  
uinar significat omne  
euangelij leue. Forte  
inde est quod diaconus non  
dicit dominus vobiscum  
nisi cum legit euange-  
lij nisi raro.

Secundum marcum soleis. vel sandalijs vti  
iussi sunt. id est ponibus. et virgaz ferre.  
que pro potestate accipiendi necessaria po-  
nitur. Ecce mitto vos sicut oves in medio  
luporum. qui vos recipit me recipit.

Decoratio leprosi Cap. LI.

**Q**uoniam autem descende

dixit iesus de more. tetigit leprosum. quasi  
iam soluens figuras. et sanauit eum dicens. Glo-  
riam dare. Et addidit. Et idem nemini di-  
xeris. quod dicitur. Vide quod manifeste et plene mun-  
dat es. Memini dixeris. id est nemini neces-  
se habes dicere. adeo res euidens est. sicut ostendit  
de te sacerdoti. ad cuius arbitrium reuocadus  
es. Ecce alios nondum docet soluere leges.  
Sanatus tamen vbiq; predicauit.

Deseruo centurionis. Capi. LII.

**Q**uoniam autem in-  
trasset capharnaum rogauit eum cen-  
turio presertim seniorum iudeorum. ut sana-  
ret puerum eius paliticum. Et ait iesus. Veni  
am et curabo eum. Ceterum autem potentia sanandi  
non corpe. Et ait centurio. Non sum dignus  
ut intres sub tectum meum. sed tamen dico tibi. et sa-  
nabitur puer meus. quia et ego solo verbo per mi-  
nistros meos oportet. Forte ydola habebat  
in domo et imunda iudeis. Et sequentibus se  
iesus dixit. Non inueni tantam fidem in israel.  
subaudi huius temporis. Neccludunt in nomine  
israel sequentes eum. quia ad eos loquebatur.  
quam in hoc gentili. Et sanatus est puer in illa  
hora. Et ingressus synagogam sabbato doce-  
bat eos. et ibi eiecit ab homine spiritum imun-  
dum clamantem. Quid nobis et tibi iesu na-  
zarene. Venisti perdere nos. scio quod sis san-  
ctus dei. Deseruo petri. C. LIII.

**E**t cum venisset

iesus in domum petri. quam forte  
habebat in capharnaum per uxorem. ipse enim erat de  
berthsaida. ad petitionem discipulorum sana-  
uit socrum petri feblicitantem.

De filio vidue. C. LIII.

**Q**uoniam autem iret

in ciuitatem naim que est in galilea  
suscitauit ante portam filium vidue. tangen-  
do feretrum et dicendo. Tibi dico surge  
et spero facto obtulerunt ei energumi-  
nos et male habentes. et sanauit omnes  
et voluit ire trans fretum. et dixit ei vnus  
n iij

scriba. Rabbi. sequar te quocunq; ieris. Golebat sequi dñm. vt disceret signa facere ad lucrū. et iō nō audir a dño. Dixit autem dñs alteri. Sequere me. Qui rñ dit. Dñe permittite me primū sepelire patrem meū. Cui iesus. Dimitte mortuos i peccatis. s. sepelire mortuos suos. Tu va de annūcia regnū dei. Nō phibuisse dñs iesus bñca sepultura. si nō essent alij qui sepelirēt. Et ait alter. Sequar te dñe. s. primū pmittite me renūciare his qui domi sunt. Cui iesus. Nemo mittēs manū ad aratrum et respiciēs retro apr? ē regno dei. **De excitat? imperauit ventis et mari.** Capi. LV.

**U**nc ascēdit iesus i nauiculā cū discipulis suis. et dormiuit in puppi sup cernical. Et orta tēpestate excitat? a discipul? impauit vēto et mari dicēs. Tace et obmutesce. Et cessauit tēpestatas. Nō p errozē hereticorū impauit eis tanquā aiāntibz. qui occasione huiusmodi verborū. q. oia legunt? obedi re deo. dogmatizauerūt oia aiāta eē. S. dicunt? ei obedire in aiāta. q. solo vbo facit de his que vult. Secundū quē loquēdi modū solet dici materia lāguoris obediens vel inobediens medicine.

**De duobz obsessis a legiōe.** C. LVI.

**Q**um autem venisset trās fretū i regionē gerasenozū que ē cōtra galileā. occurrerunt ei duo arrepticij seui nimis. quoz vn? adorauit et dixit. Quid nobis et tibi hiesū fili dei. Venisti an tēpus torquere nos? Resciebāt demones eū dei filiū sed suspicabantur pro miraculis et testimonio pñs. Torqueri autē se dicebāt quia cogebant? exire et cessare a lesione. Dicebat enim illi iesus. Exi spiritus imunde. Sciebant autem in iudicio se torquendos in abissum. Cūq; dño querēt? nomē suū. dixisset se vocari legiōnē. nō q. sic vocaret. sed

q. d. Frustra queris nomē. q. plures sumus. rogabāt eū. vt mitteret eos in gregē porcōz. qui iuxta pascebant. Et intrātes porcōs p̄cipitauerūt eos in mare. In digne autē rogauerūt eū. vt transiret a finibz eoz. Cūq; ascēderet nauim. sanatus licet rogaret noluit secū ducere. Et redijt capharnaum. quā mathe? vocat ciuitatē suā. nō origine. sed gēte. q. quelibet ciuitas galilee potest dici ciuitas galileozū. **De palitico dimisso p. tectū.** C. LVII.

**E**c sanauit paraliticū ante se dimissum p. regulas. p̄rio remittēs peccata eius. que fuerāt cā morbi. q. quod ob cām fit cessāte cā cessare debet effect? Et propter scribas et phariseos qui putabāt eū blasphemasse dixit palitico vt surgeret et tollerēt lectuz suū. et surrexit et tulit. et abiit. Quia g. constat q. p. peccatis qñq; egrotat hō. medicus visitās egrū p̄rio debet eum monere ad pñiam et cōfessionē. ne peccato manente tanq; ferro in vulnere frustra sit malagma apponere.

**De puteo samaritanie.** Ca. LVIII.

**E**c cum ascendisset in iudeā et iterū rediret in galileā. oportebat eū transire samariā. id est p. regionē cui? caput fuerat samaria. Ciuitas ergo nomē antiquū amiserat. et dicebāt sebastē. sed regio nomen illud retinuerat. Veniēs autē iuxta sichē que corrupte sichar dicebāt. et erat puteus in p̄dio quod emit iacob a rege emor. quod et dedit filio suo ioseph. Et fatigat? ex itinere sedit sup puteū iacob. qui hactenus sic vocat? fuerat ex euētu qui sequit. Post agnoiar? ē pute? samaritanie. Sunt qui dicāt locū illū eē vmbilicū terre nē habilitabilis. q. singulis annis quadā die estis meridiana hora sol descēdit in aquas putei. nūq; faciēs vmbraz. qd. philoſophi apd sieniē fieri tradiderūt. Jo. n. vi.

enū putat̄ i deutronomio. Cōstituit eum  
sup̄ excelſam terrā. **F**uerūt aut̄ discipuli  
in urbē. vt cibos emerēt. venitq; mulier  
haurire aquā. **Q**ue dñō perētī potū. qua  
si notans eū. dixit iudeos nō cōtū fama/  
ritanis. cognoscēs ex fimbrijs pallij dñz  
iudeū esse. **T**rāslatis decē tribubz. rex as/  
siriōrū misit p̄sas 7 assirios ad incolendā  
sibi terrā. **Q**ui ob̄metū feraz libzoz moi/  
si receperāt 7 legitima terre. nec tamē ces/  
sabant ab ydolatria. **Q**ui p̄rio curbei vo/  
cati a fluuio perſarū. nūc autē samarita/  
ni dicebant. quasi medij iter iudeos 7 gē/  
tes. **Q**ñq; tamen iudei vocauerūt eos ia/  
cobitas. i. sup̄lātatores. q; terrā fratrum  
suozū que eos cōringebat eis sup̄lātate/  
rāt. **H**ozū cibis 7 vasculis non vtebant̄  
iudei. **C**ūq; colloquendo cū iesu. accepit̄  
ser ab eo. q. v. viros habuerat. 7 ferri erat  
cōcubina ait. **V**ideo q; p̄pheta es tu. 7 sta/  
tim quesuit determinatiōnē questionis.  
que iter ipsos 7 iudeos versabat̄. **D**ice/  
bāt enī iudei. p̄riū locū adorādi esse bie/  
rusalē 7 templū. **S**amaritani vero mon/  
tem garizim. in quo antiqui patres ado/  
rauerūt. **I**esus autē dixit temp⁹ venisse.  
in quo nec in hierusalē nec in mōte illo a/  
doraēt homines. q. d. **N**ō preſero locū  
loco in adorādo. **U**biq; enī adoret̄ deus.  
tantū in spū 7 veritate. i. ex dilectiōe que  
est a spū. et p̄ his que vere sunt. i. pro eter/  
nis. **C**ui mulier. **S**cio q; messias venit.  
id est in primo ē vt veniat. **F**orte 7 sama/  
ritani signa aduēt⁹ dñi norauerāt. **M**es/  
sias hebraice. christus grece. vinctus latinē.  
7 p̄nice quoq; messe. dicitur vnge.  
**Q**uoniam autem impleverunt dies multi a baptismo pauli. consilium fecerunt iudei ut eum interficerent. Ex eo quod dictum est cum impleverunt dies multi. potest videri. hoc non fuisse factum in hoc primo adventu damasci sed in secundo. quia forte transiit in siriam et ciliciam. et ibi predicavit. et multos convertit. Postea cum iterum venit damascum. quia magis suscitauerat inuidiam iudeorum. in secundo adventu damasci. statuerunt consilium ut eum occiderent. sed notificatae sunt ei insidie iudeorum. qui custodiebant portas civitatis die ac nocte ut eum dolo interficerent. non iudei sed ciues damasci et prepositus gentis arethe regis ad petitionem iudeorum. sicut ipse apostolus in epistola ad galatas refert dicens. Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat civitatem damascenorum. ut me comprehenderet. Discipuli autem eius nocte dimiserunt eum in spora per murum. Et vide quod in greco ad dictum non est eius. sed dictum est simpliciter discipuli. quia non habebat paulus discipulos. sed omnes christiani tunc dicebantur discipuli. quia nondum inuentum erat hoc nomen christianus. Elapsus paulus a manibus damascenorum venit in hierusalem. et volens se iungere discipulis domini. scilicet apostolis. sed omnes timebant eum non credentes quod esset discipulus. Tunc barnabas ciuius leuitis genere. qui ut supra dictum est prius agri venditi posuit ad pedes discipulorum domini. apprehensus illum duxit ad apostolos. narrauitque quomodo in via vidisset dominum. et quia locutus est ei. et quomodo in damasco fiducialiter egerit in nomine iesu. Quos autem apostolorum inuenit in hierusalem in epistola ad galatas ostendit scilicet petrum et iacobum episcopum hierosolymorum. cum quibus mansit. xv. diebus.

alium autem apostolorum vidit neminem nisi iacobum fratrem domini. Et erat cum illis scilicet petro et iacobo et alijs discipulis qui erant in hierusalem. intrans et exiens per xv. dies. Deinde venit in presertim firie et cilicie. et ibi loquebatur gentibus et disputabat cum grecis. id est iudeis inter grecos dispersis. **H**oc autem historia pre nimia sui breuitate confundit. quasi totum in hierusalem factum sit. Ita enim procedit series historie. Et erat cum eis intrans et exiens in hierusalem. fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur autem gentibus et disputabat cum grecis. Illi autem scilicet iudei conuersantes inter grecos cum quibus disputabat. voluerunt eum occidere. Quod cum cognouissent fratres. deduxerunt eum cesaream. que ciuitas est palestine. et inde dimiserunt eum tharsum que est ciuitas cilicie. unde ipse oriundus fuit. **P**ostea redit historia ad petrum. de actibus diuersorum apostolorum agens modo intercalari. **De curacione enee. C. XLIX.**

**F**actum est autem ut petrus dum predicando discurreret. venit sidoniam. Inuenit autem ibi hominem quendam eneam nomine. paraliticum ab annis. vij. in grabato iacentem. Erat illi petrus. Enea sanet te domine meus iesus christe. surge et sterna tibi lectum. qui prius nec etiam poterat de lecto surgere. Et continuo surrexit. Et viderunt illum omnes qui habitabant sidoniam et sarone. et conuersi sunt ad dominum. Erat autem in ioppen diuina quedam christiana. que hebraice dicitur thabita. grece dorcas. latine autem damula vel caprea. Super marcum tamen habemus. quia thabita interpretatur est puella. Unde thabitaracumi interpretatur est. puella surge. et secundum hoc sunt diuersae interpretationes huius nominis. **H**ec autem erat plena opibus bonis et elemosinis quas faciebat et precipue in consuendis vestibus pauperum multum laboris impendebat.

# Actuū apostolorū

Factum est autē in diebus illis in quib⁹  
petrus venerat liddam. vt infirmata mo-  
reretur. Cūq; lauissent corpus posuerūt  
in supiori cenaculo. Et cū lidda ppe esset  
ioppen. discipuli audientes quia ppe esset  
petrus lidde. miserunt ad eum duos vi-  
ros dicentes. Ne pigriteris venire vsq;  
ad nos. ⁊ non aperuerūt ei causam. Cur-  
gens autē petrus venit cum illis. Et cū ad-  
uenisset duxerunt eum in cenaculū. vbi  
iacebat mortua thabita. Et circūsteterūt  
eum omnes vidue flentes ⁊ ostendentes  
ei vestes q̄s faciebat illis dorcas. vt opi-  
bus misericordie ip̄az opam dedisse ostē-  
derent. ⁊ sic petrū ad cōpassionē cōmoue-  
rent. Tūc petrus omnes eiecit non tanq̄  
pperam aliquid factur⁹. qd̄ veller alios  
latere. vt hi qui magicis artibus vel con-  
silio demonū aliquid machinant. s; ma-  
gistrū suū volens imitari. qui filiā archi-  
sinagogi suscitatur⁹. omnes de domo eie-  
cit. paucis exceptis. Vel forte quia non  
nulli erant visione miraculi indigni. eie-  
ctis omnib⁹ foris. facta genuflexione ora-  
uit. ⁊ conuersus ad corpus ait. Thabita  
surge. Et illa aperuit oculos. ⁊ viso petro  
reledit. ⁊ dans illi manū. erexit eam. ⁊ cō-  
uocatis qui erierant. reddidit eis eam vi-  
uam. Et notum factū est miraculū p̄ vni-  
uersam ioppen. ⁊ multi crediderunt in de-  
um. Et mortuus est petrus in ioppē mul-  
tis diebus apud simonē coriariū vel cu-  
riariū. vel a corio. vel curia. q; forte curia-  
lis erat. ideo dictus curiarius. vel q; pa-  
rabat coria. ideo dictus est coriarius.

**De cōuersione cornelij. C. L.**

**U**traū quidam  
erat in cesarea nomine cornelij.  
centurio cohortis que dicebat italica. q; 2  
missus fuerat a roma ciuitate q̄ est in ita-  
lia. q; romani impatores mittebāt mili-  
tes suos p̄ ciuitates. ad custodiēdas mu-  
nitiones. Et hic erat religiosus ⁊ timens  
deum. religiosus supra gradum timoris.

habens ita gradum religionis. id est pie-  
tatis quia in graduāli ascensu donoz spi-  
ritus sancti. gradus pietatis est supra gra-  
dum timoris. In quantum ergo religio-  
sus supra gradum timoris. in tantum ti-  
mens deum infra gradum religionis. vt  
nomine religionis intelligas spiritū pie-  
tatis. Erat inquam religiosus cum omni  
familia sua que religiosa erat ⁊ timorata  
faciens elemosinas multas plebi non ac-  
ceptoz psonarū. Iste cum esset quasi ho-  
ra nona diei vidit in visu manifeste. id ē  
manifesta visione nō p̄ somniū vel in ex-  
tasi angelum dei introeuntem ad se. ⁊ di-  
centem sibi. Corneli. At ille intues in eū  
timore corrept⁹ dixit. Quis es dñe? Ad-  
quem angelus. Orationes tue ⁊ elemo-  
sine tue ascenderunt in memoriam in cō-  
spectu dei. Et nunc mitte viros in ioppen  
⁊ accersi simonem quendam qui cogno-  
minatur petrus. Iste hospitatur apud si-  
monem quendam coriariū. cuius dom⁹  
est iuxta mare tyrrenum. quia ioppen ci-  
uitas terre promissionis erat mari tyrrē-  
no proxima ⁊ in ipsius orientali litore si-  
ta. ⁊ ex pre litoris sita erat domus simo-  
nis coriarij hospitis petri. Iste inquit di-  
cet tibi quid te oporteat facere. Ecce cor-  
nelio dictum est ab angelo. Exaudite sūt  
orationes tue. Unde constat eum tunc fi-  
dem habuisse. quia in hoc consonant san-  
cti. q; merito fidei venit ad opa. nō ecō-  
uerso. Non dum tamen credebat xpm̄ in-  
carnatum. quia de tempe incarnationis  
incertus erat. ignorans an iam incarna-  
tus. an adhuc incarnandus. Non tamen  
suberat falsitas fidei eius. quia cū fidē in-  
carnationis haberet. salua fide poterat esse  
in ambiguo. an iam venisset. an adhuc in  
carne ventur⁹ esset. Quia nōnullos san-  
ctoz patrum latuit xpm̄ natū esse postq̄  
natus est. vt simonē vsq; ad quadragēsi-  
mum natiuitatis eius diem. Non tamē  
putandum est eos fidem incarnationis  
nō habuisse. quia tēpus nō est de articulo

fidei. imo cum nondū esset eis p̄dicatum  
vel inspiratum q̄ iam natus esset. salua  
fide licuit eis esse in ambiguo. an iam na-  
tus esset. an adhuc nasciturus. Cū discer-  
sisset angelus a cornelio vocauit duos do-  
mesticos suos. ⁊ militē metuetem dñm.  
qđ de domesticis nō est dictum. quia con-  
stabat familiam eius religiosam esse ⁊ ti-  
moratam. Quibus cum narrasset singu-  
la. misit illos in ioppen.

**De visione petri. C.LL.**

**Q**uarta autē die  
iter facientibus illis ⁊ appropin-  
quantibus ciuitati ioppe. vel apparentibus  
scđm aliā lēam. vt iam possent videre de  
hospicio petri. scz de domo simonis coria-  
rij. ascendit petrus in supius cenaculū ho-  
spicij sui circa horam sextam vt in secreto  
oraret. ⁊ post orationem comederet. qz tē-  
pus erat comedendi. ⁊ ip̄e pariebat esuri-  
em. Et parantibus prandium ministris.  
cum ip̄e esset in oratione. cecidit super eum  
extasis. quia dño opante passus est alie-  
nationem mentis. ita vt nō videretur sen-  
sibus humanis. Et in huiusmodi extasi  
vidit celum apertū. id est aerem. ⁊ de ae-  
re aperto descendens vas quoddam. vel  
linteū magnū de celo submitti in terrā.  
quattuor linteis vel litijs vel inijtjs. q̄  
lēa verior est. Dicuntur autē iniitje funicu-  
li molles quibus circumligantur pueri i  
cunalib⁹. facti de stuppea materia. vel de  
serico ad opus nobilium. Videbatur ḡ  
ei vas illud quasi linteū quattuor ini-  
tjs quattuor cornibus alligatis. in aere  
appensum. ⁊ ita dimitti in terram. ⁊ in eo  
esse omnia genera animalium. quadrupe-  
dia. serpētia terre. Et cum esuriret. facta  
est vox ad eū dicens. Surge petre macta  
⁊ manduca. Ac si diceretur ei in spiritu.  
Transi ad gentes. ⁊ occide in eis vicia. ⁊  
sicecclesie incorpa. Absit inquit dñe. qz  
nunq̄ manducaui cōmune ⁊ immundū.  
Et est ideo ma hēbreoz reputantiū cibos

immundos. quibus cōmuniter vtebant̄  
gentes. vnde vocabant cōmunes q̄si im-  
mundos. Abhorruit ergo petrus qđ dictū  
est ei manduca. quia ostensa ei fuerant q̄-  
drupedia. ⁊ serpētia scđm legem immū-  
da. quia graue videbatur ei vti cibus i le-  
ge prohibitis. ⁊ maxime timebat reprehensio-  
nem iudeoz si vteretur cibus gentiliū.  
Et ideo cum ita cuncta abhorreret. facta  
est vox secundo ad eum dicens. Qđ de  
purificauit cōmune ne dixeris. Quod cō-  
stat ei spiritaliter dictum fuisse de geni-  
bus. iam in dei p̄scentia p̄ fidem purifi-  
catis. De quarum purificatione instruxe-  
rat petrum vox prima facta ad eū dicēs.  
occide ⁊ manduca. Cum autē ostensa fu-  
issent ei serpētia terre. constat ea non fu-  
isse a deo purificata. nec alicui siue iudeo  
siue gentili ad comedendū munda. Hoc  
aut factum est ei ter. scilicet vas semel ite-  
rato ⁊ tercio in terram dimissū. ⁊ vox ter-  
audita est p̄ cōmendanda veritate visio-  
nis. Nam vt dicit ambrosius. In cate-  
cismo fit trina interrogatio scz credis in  
deum. abrenuncias sathane. vis baptiza-  
ri. Similiter trina vinctio. in fronte. i sca-  
pulis. in pectore. In baptismo quoqz fit  
trina immersio. Post trinam vasis ostē-  
sionem. receptum est vas in celū. Et dū  
intra se cogitaret petrus. quid sibi vellet  
hec visio. Ecce tres viri qui missi fuerant  
a cornelio. inquirentes domum simonis  
coriarj steterunt ad ostium. querentes. si  
simon qui agnominaf̄ petrus illic haberet  
hospiciū. Et cogitāte petro de visione. vi-  
xit ei spūs sanctus. Ecce tres viri querūt te  
Causaz tñ cur eum quererēt ei subicit.  
quam ip̄e postea ab eis didicit. Quia ad  
cōseruandā humilitatē aliquando p̄p̄-  
tē spūs ex p̄te animū tangit. ⁊ ex p̄te non  
tangit. Surge inquit ⁊ descende. ⁊ vade  
cū eis nihil hesitans. quia ego misi illos.  
Descendens autē petrus ad eos dixit. Ec-  
ce ego sum quem queritis. que causa est p̄  
qua venistis. Ad quem illi. Corneli⁹ cen-

## Actuū apostolorū

turio vir religiosus ac timēs deum. et re-  
simoniū habens ab vniuersa gente iude-  
orum. responsum accepit a spiritu sancto  
vt accessiret te in domū suā et audiret ver-  
ba a te. Et introduxit eos in hospitiū suū.  
et fuerūt cum eo nocte illa. Sequenti autē  
die pfectus est cū illis et quibusdā fratri-  
bus qui eū comitari sunt a ioppe vt ei te-  
stes essent. **Ad** petrus venit  
ad corneliū vocatus. C.LII.

**A**ltera autē die  
secūda ab egressu te ioppe intro-  
iuit cesaream. Cornelius vero expectabat  
illos conuocatis cognatis suis et amicis  
necessarijs. Amici necessarij dicunt. qui  
nō deserūt hominē in articulo necessitatis.  
Et cū introisset petrus obuius occurrit ei  
cornelius. et prostratus ad pedes eius ado-  
rauit eū. ipso gestu corporis exprimens de-  
uotionem mentis. Petrus vero leuauit eū  
dicens. Surge ergo. quia ego homo sum  
vt tu. Et cū multi adessent cognati. scz et  
amici cōuocati. locutus est eis petrus di-  
cēs. Vos scitis qm̄ abominabile sit viro  
iudeo accedere ad alienigenā. Sed ostē-  
dit mihi deus nullū hominē immundū  
esse. ppter qd̄ sine dubitatione veni ac-  
cessisti me. Ad quē cornelius. A nudius  
quarta die orabā hora nona in domo mea.  
Ac si diceret. Quarta die ab hac hora se-  
cundū inuolutionē dierū. Prima enim  
die vidit angelū et misit nūcios. secunda  
venerūt nūcij in ioppen. tertia pfectus ē  
petrus cū eis. et illa nocte remanserūt in  
via. quarta venerunt cesaream. et ecce vir  
stetit ante me in veste candida. et ait. Cor-  
neli exaudita est oratio tua. et elemosine  
tue a deo accepte. mitte in ioppen. et accer-  
si simonē qui cognominat̄ petrus. et statim  
misi ad te. et tu bene fecisti veniēdo. Nūc  
ergo omnes nos assumo in cōspectu tuo.  
prompti obedire tibi in omnibz quecūqz  
precepta sunt tibi a domino. Tunc pe-

trus aperiens os suū dixit. Nūc in ve-  
ritate comperi quomā nō est psonarū ac-  
ceptor deus. nec discernit inter iudeos et  
gentes. sed in omni gente qui timet deū  
et operatur iusticiam acceptus est illi. Vos  
scitis qd̄ iohannes p̄dicauit iesum a naza-  
reth. scitis etiam qd̄ factū est verbū id est  
p̄dicatio euangelij p̄ vniuersā iudeaz.  
incipiens a baptismo iohannis quo bap-  
tizatus est iesus. postea psequens quomo-  
do vixit eum deus spiritu sancto et vir-  
tute. qua p̄transiit benefaciendo et sanan-  
do omnes a diabolo oppressos. Et nos te-  
stes sumus omnium que fecit in rege iude-  
orum. et qd̄ eum suspenderunt in ligno. et  
tertia die suscitatus a deo. Cuius nos te-  
stes sumus qui manducauimus et bibe-  
mus cū illo postqz resurrexit a mortuis.  
quibus p̄cepit p̄dicare populo et testifica-  
ri quia ipse est qui cōstitutus est a deo pa-  
tre iudex viuorū et mortuorū. quia pater de-  
dit illi omne iudiciū. Nec nos solum sed  
etiā omnes p̄phete illi testimonium phi-  
bent. qz omnes p̄ nomen eius remissionē  
peccatorū accipiūt qui credunt in eum.

**Ad** baptizauit corneliū et eos qui cū  
eo erant. C.LIII.

**A**d huc loquente  
petro verba hec cecidit spiritus  
sanctus. et descendit repente sup omnes qui  
audiebant verbum. Vtrū autē in igneis  
linguis vel in alia specie visibili descēde-  
rit. incertū est. Et obstupuerūt qui erant  
cum petro fideles de circūsiōne quia etiā  
in nationes id est in gentiles grā spiritus  
sancti effusa est. Audiebant em̄ eos loquē-  
tes linguis et magnificantes deū. Tūc re-  
spondit petrus. Nūquid aquā quis phi-  
bere potest vt non baptizentur hī qui spi-  
ritum sanctum acceperūt sicut et nos. qd̄  
maius est qz baptizari. Et iussit eos bap-  
tizari in nomine christi. subiciens formā  
baptismi a domino traditam. p̄ dilatio-  
ne nominis christi. In quo nomine intel-  
s iij

ligitur ipse qui unctus. et pater a quo unctus. et spiritus sanctus quo unctus est. **T**unc rogauerunt eum. Et mansit rogatus cum eis aliquot diebus. in quibus primo crederet versus fuisse cibus gentiliu. **E**nt postea redargutus est. Dilatatiusque est vbiq; et dilatatus vsq; ad fratres qui erant in iudea. quod gentes receperant verbum dei. **E**t hic fuit primus transitus particularis apostolorum ad gentes in quo conuersus est cornelius cum familia sua. **Q**uod redargutus est petrus a christianis. C. LIII.

**Q**uoniam autem ascenderit petrus hierosolimam. discipulabat aduersus eum fideles de circuncisione dicentes. Quare introisti ad viros preputium habentes. et manducaisti cum illis. quasi diceret. In duobus contra legem fecisti. quod introisti ad eos. et quia cibus eorum comesus es. **T**unc incipiens petrus exposuit eis per ordinem ostendam a deo sibi visionem. et quod apparuerat angelus cornelio. Et in tota persecutione non addidit nisi unum verbum quod dictum est cornelio. **V**itae et accersi simonem qui cognominatur petrus. vbi addidit. qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu et vniuersa domus tua. **E**t ex eo quod statim subdidit. cecidit spiritus sanctus super eos sic et super nos ab initio. **P**resumimus quod super corneliu et familia sua descenderit spiritus sanctus in linguis igneis sicut descenderat super apostolos die penthecostes. **E**t tunc inquit recordatur sum verbi domini quod nobis dixit. **I**ohannes quidem baptizauit aqua. vos autem baptizabimini spiritu sancto. **V**ides hoc impletum in cornelio et in familia sua. **A**udita petri excusatione multipliciter desisterunt ab increpatione eius. et gratias egerunt saluatori. et ita impleta est prophetia iob. **A**b aqui lone veniet aurum. et ad deum formidolosa laudatio. **I**d est. per congelationem infidelitatis gentiles sunt comparabiles aqualoni qui in tenebris erant. id est in cecitate animi percipient lucem fidei. quarum illu-

minatione dirigitur ad deum formidolosa laudatio. quod pro inopinata et repentina gentium conversione. fideles de iudea timores glorificauerunt deum.

**D**e continuatione historie. C. LV.

**N**unc redit historia ad ordinem suum. **Q**uod enim interfectum est de philippo petro et iohanne et paulo. postquam supra dictum est. igitur qui dispersi erant praesentibus euangelizantes verbum dei. quasi incidens fuit. **P**rosequitur ergo in hunc modum. **E**t illi qui dispersi erant a tribulatione que incepit a morte stephani pambulauerunt vsq; ad phenicem puincia syrie occidentalis et ciprum. nemini loquentes verbum nisi solis iudeis. **E**rat autem quidam cum eis de cipro et cyrene. **Q**ui cum introissent antiochia loquebantur ad grecos. annunciantes dominum iesum. **E**rat manna domini cum eis. **E**t multus numerus creditum conuersus est ad dominum. **S**uper hunc locum dicit beda. quod post reuelationem sindonis cepit ecclesia crescere. **U**nde conicij quod speciem sindonis vel linthei vidit petrus in visione. cum alibi dicitur vas. alibi discus. **D**elatum est ad aures ecclesie que erat hierosolimis de conversione antiochenorum. et volentes plene certificari. miserunt barnabanum in antiochia. **Q**ui cum venisset et videret gratiam domini. gauisus est et exhortatus omnes. ut in proposito cordis manerent in domino. qui erat vir bonus. plenus spiritu sancto et fide. **E**t dicit super hunc locum rabanus. barnabanus ideo multipliciter commendatum. ne putetur per indignitatem suam amisisse apostolatatum. **E**t erat rabanus in ea opinione secundum quam dicitur. barnabas ille super quem pieta est fors cum mathia. postea tamen cum paulo in apostolatatum electus est. **N**os aliam sequimur historiam. **V**ides autem barnabas quod non sufficeret ad erudiendam tantam multitudinem. venit tharsum. ut quereretur saulus. et inuentum perduxit antiochiam. et per annum conuersati sunt ibi et docuerunt turbam multam. **E**t tunc

# Actuū apostolorum.

primo seq̄ces christiane religionis a christo capite denominati sūt christiani. qui prius dicebantur discipuli. et fuit institutio gentiliū satis elegans. Cūsum est enī incongruū et indecēs genti libo ad fidē cōuerſis. sequaces christiane religionis cōmuni nomine cenſeri. Sed potius denominandos esse a nomine magistri. sicut i sectis phariseorū sequaces denominabantur a nominib⁹ magistrorū. ut ab epicuro epicurei. In his autē dieb⁹ supuenerunt pphete a hierosolimis antiochia. Et surgens ex eis vnus noīe agabus. pphetauit p̄ spiritū sanctū famē futurā in vniuerso orbe terrarū. et maxime in iudea q̄ facta est sub claudio sc̄z quarto anno claudij.

**De collecta paupibus facta. C.LVI**

**U**nc proposuerūt discipuli facere collectam. ut daret vnusquisq; p̄ modulo sue facultatis. et mitteret aliquid paupibus qui erant in hierusalē. qui venditis omnib⁹ posuerant p̄cia ad pedes apostolorū ut p̄miserent eos cōtra famē. Et tūc primū facta ē collecta in vsus paupum quemissa est p̄ barnaban et paulū in hierusalē.

**De morte iacobi maioris. C.LVII.**

**E**t tempore misit herodes rex manus ut affligeret quosdā de ecclesia. Occidit autē iacobū fratrem iohannis gladio. Et autē intelligat locus iste de quo sc̄z herode sit accipiendū. expedit ad tēpus p̄mittere historiā actuū apostolorū. et p̄sequi historiā romanorū impatorū. Nō est putandum hūc fuisse herodē tetrarchā qui cognominat⁹ est antipas. sed herodē agrippā. ille enim nō fuit rex. s̄z tetrarcha. ille sc̄z fili⁹ magni herodis qui p̄sensit pilato de nece dñi. qui remisit eū ad pilatū indutū veste alba. qui iam deportatus fuerat in exiliū in viennā. et ibi mortuus est. Pilatus ergo mortuus iam erat. qui ut a principio bu-

ius historie pretaratum est. anno. xxx. imperij tiberij cesaris erat p̄curator iudee. vitellio p̄sidente sirie. et accusatus est i multris apud tiberiū. Accusatus est a iudeis de violenta innocentū interfectione. Accusatus est etiā q̄ iudeis reclamantib⁹ ponebat imagines gentiliū in tēplo. Accusatus est etiā quia pecuniā repositā in corbonan redegerat in vsus suos. inde factus aqueductū in domū suam. Et p̄ his omnibus deportatus est in exiliū lugdunū vnde oriundus erat. ut ibi in opprobrium generis sui moreret. Et quia multis fuerat archa i qua reponebant donaria regum vel principū. corban in quo reponebant donaria sacerdotū ad reficienda facta tecta tēpli. Gazophilaciū in quo reponebant donaria transeuntium.

**Quis fuerit substitutus procurator pilato. C.LVIII.**

**M**ortuo pilato substituit vitellius fratrem suū p̄curatorem iudee. Et volēs placere iudeis satisfecit voluntati eorū in quibusdam sc̄z de amotione caiph̄. et promotione filij anne. q̄ ad petitionē eorū amouit caiphan a sacerdotio. et substituit filij anne qui iam mortuus erat. reddi dicit ei stolā suā illā solennē et antiquam quā debebat habere sacerdos in potestate sua. ut ea vteret in festiuis dieb⁹. Pilatus vero trāstulerat eam in domū suā. et cū in festiuis dieb⁹ necessaria erat sacerdoti. nō poterat eā habere nisi p̄cio p̄cedere. Tempe tiberij mortuus est philippus tetrarcha ituree et traconindis regionis. frater herodis tetrarche. mortuus est etiā lysanias tetrarcha abiline. Et ita vacabant due tetrarchie. aspirauitq; herodes agrippa ad alteram earum.

**De proposito herodis agrippe. C.LIX.**

**E**rat autē herodes agrippa vir magnanimus et

bellicosus sed pauperimus. nepos herodis tetrarche. et frater uxoris eius herodia dis. Fuit enim filius aristoboli filij magni herodis. et ipsa filia eiusdem. Disposuit ergo venire romam. si forte posset impetrare a tyberio alteram tetrarchiam vacantem. Cumque venisset romam. videns eum tyberius militem strenuissimum retinuit eum secum. fecitque adherere filio suo druso. cum iam in vita sua contradiderat impium. Nec est iste drusus ille qui dormit moguntie. Erat autem herodes agrippa vir magne libertatis. et ut sibi conciliaret animos romanorum multa expendebat. et multis debitis se obligauerat. et ut tradit iosephus. non fuit homo in quo mutabilitas fortune adeo posset deprebendi. Primo in hoc male ei conigit. quia mortuus est drusus filius tyberij. de cuius morte adeo inconsolabiliter doluit tyberius. ut omnes a presentia sua amoueret qui familiariter adhaerant druso. ne reducerent ei ad memoriam mortem eius. Et compulsus est herodes agrippa redire in indeam. et desperans pro nimia paupertate intrauit turrim ut ibi afficeret se fame. et ita moreretur. Quod significauit uxor sua sorori eius herodiadi uxori herodis tetrarche. que supplicauit viro suo ut reuocaret eum a turri et daret ei necessaria. Et acquieuit ei et statuit eum in tiberiade. et ibi assignauit ei domum. et dedit ei necessaria vite. Et quadam die cum esset herodes tetrarcha in tiberiade. et repularetur. factus hilarior solito quia incaluerat mero. improperauit ei beneficia sua. que contulerat ei. scilicet quod liberauerat eum a peste famis. Et doluit inde agrippa ultra modum. et disposuit iterum redire ad tiberium. si forte inueniret animum eius immutatum. Et in reditu eius inuenit eum tiberius. et honorifice receptus est ab eo. et venit cum eo romam. Et cum haberet tiberius duos nepotes alterum de filio druso. id est tiberium. et alterum de fratre germanico. scilicet gaium. volebat sibi substituere filium filij quod magis dilige-

bat eum. **De causa inuidie tiberij et herodis agrippe. C.LX.**

**H**erodes autem agrippa magis diligebat gaium. et familiarius adhaerebat ei. unde sibi suscitauit indignationem tiberij latentem. quod nondum ei indicabat. sed latens odium in corde reseruabat. Quadam autem die cum sederet agrippa in curru suo cum gaius leuatis manibus in celum dicebat. Trinam viderem mortem impotenti senis. et totum minimum totius orbis. qui idoneus es imperare vniuerso orbi. Hoc audiuit quispiam. scilicet auriga ipsius agrippe. qui post aliquot dies cum damno rerum agrippe ausugiens. captus est et vinculatus. Et dum traheretur ad carcerem petijt duci ad imperatorem dicens. quia in aure loqueretur ei. quod esset ad eius utilitatem. Et presentatus est imperatori. et dixit ei consulto. quod se optauerat agrippa mortem eius et dominium gaij. Tiberius autem non multum curabat verba vinculatorum. et detrusus est ille in carcerem. Et cum sepe instaret agrippa ut iudicaretur et occideretur. respondit tiberius. Frater sufficit tibi quod vinculatus est. et ita differrebat. Quia ut refert iosephus. in omnibus negocijs suis morosus erat. Unde cum staret procuratores in puincijs. vix aut nunquam mutabat eos. Et cum sepius questum esset ab eo. quare se non mutaret procuratores. respondit. se in hoc parere plebecule. Scientes enim procuratores se ad modicum habere percuracionem. emungunt usque ad sanguinem. et tanto dominantur grauius quanto breuius. et qui recetes supueniunt. dissipant quicquid inueniunt. Non ostendit eis exemplo cuiusdam vulnerati. qui cum iaceret in via. et non amoueret multitudinem muscarum a vulnere. supueniens alter putauit. quod hoc obmitteret ex imbecillitate. et abegit muscas que operauerant vulnere. Ad quem ille. Male fecisti mihi. quod musce quas amouisti iam plene erant sanguine

# Actuū apostolorum.

et parcius molestabant me. que autem recen-  
tes supuenient. acrius pungent me. Sic  
et procuratores vel officiales recenter sub-  
stituti acrius deserviunt in subditos.

In quo herodes offendit tyberium. Ca-  
pitulum. LXI.

**Q**uamquandā die

more solito incitaret agrippa ty-  
berium ut traheret auriga suus de carcere.  
respondit tyberius ad ipsum. ei non expedire  
cum in presentia ipsius velleret eum vinculari  
accusare. Et cum in nullo sibi conscius esset  
agrippa. testatus est se velle ut extraheret  
et accusaret eum. Eductus ille de carcere. au-  
guit eum de crimine lese maiestatis. quod ora-  
uerat mortē imperatoris. Tūc ait tyberius  
carcerario. Liga hunc. Intellexit carcera-  
rius hoc preceptum esse de eo qui educitur fue-  
rat. et ligatum retrulit in carcerem. Quadam  
autem die dum ambularet tyberius in ipodro-  
mio. id est in circo equorum. et teneret agrip-  
pam per manum. vocato carcerario dixit ei.

Liga hunc. Et miratus est ille et vniuersi quod  
preperet agrippam ligari. cum purpuratus in-  
cederet. et quia erat de regio semine. Cum  
autem duceret agrippa ad carcerem. patiebat  
suum intolerabilem. quod splendide comede-  
rat. et forte occurrit ei portitor aque. et de-  
dit ei bibere. Et postquam refocillatus est per-  
misit ei. quod in primo remuneraret eum in  
regno gaio. confidens quod in primo gaius  
esset regnaturus. et positus est in carcerem.

Quandā die dum staret innixus arbori cuius  
frondibus infidebat bubo. accessit ad eum  
vnus de conceptiuus. et locutus est ei. No-  
li inquit estimare quod adulando loquar tibi.  
cum sis concaptiuus meus. Volo enim in-  
dicare tibi quod indicauerit mihi deus. Erat  
autem pitius in augurijs. Cito inquit libera-  
beris a carcere. et in tantum sublimaberis. ut  
eniam inuideant tibi omnes amici tui. et  
in hac prosperitate morieris. relinquens bo-  
na tua filijs tuis. Quācito autem huius ge-  
neris alites videris amplius super te. scito

quia quinta die morieris.

Quo liberatus est herodes in morte  
tyberij. C. LXII.

**Q**uam autem esset

herodes in carcere. deferebat ei  
honorē dñs carceris. sciens esse virum no-  
bilem et familiarē gaio. et sustinebat tanquam  
ignorans multas comoditates sibi fieri in  
carcere ab amicis suis. et fuit in carcere per  
sex menses. Postea cum esset tyberius apud  
campas cepit infirmari infirmitate qua  
postea mortuus est. Et si in cronicijs ali-  
bi legatur mortuus. non est curandum vbi mor-  
tuus sit. Vidēs autem se moriturum. conuoca-  
tis nobilibus imperij sui et duobus ne-  
potibus gaio et tyberio. statuit ut in crasti-  
no substitueret sibi successorē. Sed prius  
voluit consulere mentē deorum. et orauit de-  
os suos ut intimarent ei quē nepotum suo-  
rum vellent ei substitui in impio. Et sta-  
tuit apud se. ut illum qui prius veniret ad  
eum in crastino constitueret imperatorē. ut ita  
quali per sortē eligeret. et tū significauit ty-  
berio ut prior veniret. Qui mane noluit  
venire nisi prius. Et cum mitteret tyberius  
nuncios ad nepotes suos. non inueniunt  
nisi gaium. Et venit gaius prior ad tybe-  
rium. Quē videns tyberius fleuit amare.  
dolēs quod alter non venerat quē volebat sub-  
stitui. quod tenerius eum diligebat. sed dissi-  
mulabat. Et locutus est ad eum tyberius. Fi-  
li tu succedes mihi in impio quod potius de-  
bebat tyberio. quasi iure hereditario. tanquam  
filio filij. sed ego video te vtilem impio et  
nouum mentes deorum. Caue ergo ne molestes  
eum. sed semper habeas eum tanquam fratrem.  
Satage ut negocia impij sapienter dispo-  
nas et exequias funeris mei imperiali ho-  
nore perficias. Et conuocatis nobilibus.  
denunciavit eum imperatorem. et mortuus  
est. Et statim aliquantulum insonuit fa-  
ma in ciuitate romana de morte tyberij.  
et venit quidam hebreus amicus herodis  
agrippe ad carcerem. et hebraice dixit ei.

Mortuus est leo. Et cepit agrippa mirabiliter granulari. adeo ut quereretur ab eo dominus carceris que esset causa tante exultationis. Et confessus est. quia ille significauerat ei hebraice mortem tiberij. Et statim dominus carceris liberauit eum. et statuit sibi collateralam in mensa. In crastino insonuerunt alij rumores. scilicet quod tiberius conualuerat. et tertia die roma venturus erat. Tunc arguit eum dominus carceris quia deceperat eum. timens ne in caput eius redundaret quod liberauit eum. et mirabiliter verberauit eum et retrusit eum in carcerem. Postea increpauerunt certi rumores de morte tiberij et substitutione gaj. Et venit gaius roma et sepeliuit tiberium honorifice. et ipsa die voluit liberare agrippam. sed dissuasum est ei. ne videretur facta tiberij subito in irritum velle reuocare. Postea per aliquot dies liberauit eum et sublimauit eum. Dedit enim ei duas tetrarchias scilicet tetrarchiam philippi. qui erat tetrarcha ituree et traconitidis regionis. et tetrarchiam lisanie qui erat tetrarcha abiline. et imposuit ei diadema. et sublimatum in regem remisit in iudeam. et inuiderunt ei omnes propinqui eius. etiam soror eius herodias. que miserata fuit infelici. modo inuidit felici. precipue quia habebat nomen regis. quia vir suus erat maior nati filius magni herodis. et nunquam meruit rex appellari sed tetrarcha. Persuadebat itaque viro suo de die in diem ut iret roma. et sateret omnibus modis. ut sibi compararet nomen regis. At ille malebat esse in ocio. quia opulentus erat. unde sepe vxor exasperata dicebat. Mercator opes tue. quia magis diligis opes quam honores. Tandem victus instantia vxoris. iuit ad gaium cum magno apparatu. et ipsa cum eo. et inuenerunt gaium babilonis. Herodes agrippa qui presenserat quod non pro bono suo essent. disposuit ire post eos. sed promisit nuncium quendam familiaritatem suam et amicissimum gaj. per quem direxit epistolam gajo in qua continebatur.

quia herodes tetrarcha etiam viuente tiberio firmavit amicitiam cum rege partorum. ut esset rebellis romano impio. et in argumentum huius rei significauit ei. quod in ciuitatibus suis habebat arma que sufficerent septuaginta milibus armatorum.

Quod gaius mandauit statuam suam erigi in templo. CLXIII.

Quinque venisset herodes tetrarcha et herodias vxor sua ad gaium et satis honorifice accepisset eos. superuenit nuncius herodis agrippe. et porrexit epistolam gajo ex parte herodis agrippe. Perlecta epistola. gaius quasi aliquid unde recipiens cepit inquirere de statu herodis tetrarche. et inter cetera quesuit ab eo. vtrum in ciuitatibus suis tanta copia esset armorum. quantum ipse audierat. et non negauit. Et tunc credens gaius verum esse quod significauerat ei herodes agrippa. relegauit eum in exilium. vxori autem sue quia erat soror herodis agrippe quem maxime diligebat. dedit libertatem redeundi. ut haberet terram suam. Ipsa autem comitata est virum in exilio dicens. quia non dimitteret eum in aduersis. cui communicauerat in prosperis. et deportati sunt in exilium ludunum. vbi postea miserabiliter mortui sunt. Et dedit gaius galileam quam habuerat herodes tetrarcha herodi agrippe. et ita habuit tres tetrarchias. Fuit autem gaius in initio impij sui per biennium satis mansuetus. postea euauit cor eius in elationem. et in tantam prorupit vefaniam. ut ab vniuersis hominibus imperij sui vellet coli tanquam deus. et dicebat se fratrem esse iouis. Unde etiam filiam vnicam quam habuit ponebat inter genua iouis. ut ita quasi communis vtrique videretur. postquam egressa fuerat de genibus iouis. Visit ergo imaginem suam per vniuersum impium suum. ut omnes adorarent eum. et sic fecerunt omnes exceptis iudeis. Quam cum in alexandria ciuitate orta esset

seditio inter iudeos et gentiles. et venisset  
 utraque pars ante gaium. ut discuteret con-  
 trouersia. inter ceteras allegaciones quas  
 habuerunt gentiles contra iudeos. obiece-  
 runt eis. quia datus suus quem communiter om-  
 nes gentiles receperant. ipsi ignorabant. quod  
 imaginem gaj nolabant adorare. Et tunc  
 primo sciuit gaius. quia iudei non adora-  
 bant imaginem suam. Significauit autem pe-  
 tronio psidi sirię. ut statuam suam poneret  
 in templo in hierusalē ut facilius recipe-  
 rent eam in circūstantibus ciuitatibus. Quod  
 si forte iudei reclamarent. collectis roma-  
 nis legionibus intraret iudeam. et nemini  
 preceret manus eius. Collecto ergo exerci-  
 tu intrauit petronius iudeam. et uenerunt ad  
 eum iudei de hierusalē cum amicis herodis  
 agrippe. qui erant precordiales gajo. et sup-  
 plicauerunt ei. ne ad hoc eos hortaretur. quod  
 prius permitterent se occidi. et parabant  
 iugulos. Dicebant etiam quod nunquam ampli-  
 us colerent terram. ut sic inedia afflicti morerentur.  
 Et respondit petronius. non de consilio  
 suo hoc precessisse. sed non audebat resistere  
 mandato imperatoris. Videns tamen quod gra-  
 uem iacturam incurreret gaius. si amitte-  
 ret tributa totius iudee. promisit quod oppo-  
 neret se gajo pro eis. et misit epistolam suam  
 gajo pro uiris honoratos. ut desisteret ab  
 hoc mandato. Qui cum uenissent ad gaium  
 non ausi sunt presentare se conspectui eius. sed  
 accesserunt ad herodem agrippam ut subueni-  
 ret iudeis. quia una de tetrarchis suis  
 scilicet galilea in iudea erat. **¶ De morte  
 Gaj imperatoris. CLXIII.**

**¶ Tunc herodes**  
 uenit ad gaium in crastino. ut  
 comederet cum eo. Et cum in crastino esset in  
 conuiuio. ammiratus est delicias conuiuij.  
 Et cepit memorari gaius quanta fuerat  
 passus pro herodes. scilicet vincula tiberij. et  
 alia multa. et precepit ut pereret quicquid  
 uellet. At ille respondit ei. sufficere sibi gratiam  
 suam. Et cum ille instaret ut aliquid pete-

ret. petijt ne poneret statuam suam in tem-  
 plo in hierusalē. Et iratus est gajus. ta-  
 men considerauit animositate agrippe. quod  
 noluit opes vel honores querere. et acqui-  
 euit ei. et scripsit petronio in hunc modum.  
**¶ Si nodus posita est statua in templo. non  
 est necesse ut ponatur. Et sic non est posita  
 eius statua in templo. Postea resipiscens  
 gaius rescripsit petronio in hunc modum.**  
 Quia contempsisti mandatum imperatoris.  
 et potius dilexisti munera iudeorum. elige ti-  
 bi genitricem mortis quod uis. ut discant omnes  
 non esse tutum obuiare mandato imperatoris  
 Sed deo procurante ita factum est. ut prius  
 audiret famam mortis eius. quam uideret nu-  
 cios huius legationis. Cum enim esset ro-  
 me. et rediret a ludis circensibus. consilio  
 senatorum interfectus est a duobus. et orta est  
 in ciuitate dissensio inter curiam et milites  
 et populum. Curia dicebantur senatores et  
 uiri consulares. id est qui de genere con-  
 sulum. vel digni ut fierent consules. Quia  
 ergo uiderant senatores se uisum imperato-  
 ris. et incomoda que inde congerant rei  
 publice. uoluerunt penitus extirpare impe-  
 rium imperatoris ab urbe. et uoluerunt eam re-  
 digere ad antiquum statum. in quo erat ante  
 iulium cesarem. ut esset regimen ciuitatis in  
 arbitrio consulum et senatorum. Contra mili-  
 tes et populum timentes auariciam senatorum  
 et amantes donatiua imperatorum. consti-  
 tuerunt imperatorem claudium auunculum  
 gajus. uirum mansuetum et piuum.

**¶ De eodem. CLXV.**

**¶ Tunc uenit he-**  
 rodes agrippa ad senatores. du-  
 cēs secum de nobiliores in curia. simu-  
 lans se fauere parti eorum. cum haberet eos  
 erosos propter mortem gajus. Consuluit er-  
 go eis. ut significaret claudio ne moueret  
 scisma in ciuitate. sed desisteret ab hoc in-  
 cepto. Et senatores rogauerunt herodem  
 ut pergeret cum eis ad claudium. Et con-  
 fessus est se libenter fungi hac legatione

Et missus est ad claudium cum alijs. et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus. quod vellet claudius desistere ab incepto. In aurea autem dixit claudio ut non desisteret ab incepto. quia ipse satageret ut maior pars nobilium faueret parti eius. Et renunciauit senatoribus quod nollet claudius desistere ab incepto. et cepit eis persuadere ne contrairent. quia non possent impedire. Et allexit quosdam et tandem omnes. et ita sine contradictione factus est claudius imperator. Et persuasione herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserant in mortem galii. Et petijt ab eo herodes agrippa ut decretum galii de statua sua adoranda reuocaret in irritum. quia impius erat. Et acquieuit ei et precepit ei. ut epistole reuocationis per singulas ciuitates iudee ponerent in loco eminenti. ut viderentur ab omnibus.

Quomodo occiso iacobo voluit apprehendere petrum. C.LXVI.

**P**rotheas voluit herodes accipere licentiam a claudio et redire ad patria. et tunc claudius dedit ei quartam tetrarchiam. scilicet iudeam. et sublimatus est rediens ad patria. Et venit primo in iudeam. et honorifice susceptus est a iudeis quia in multis iuuerat eos. Et cum prope essent dies azimorum venit in hierusalem ante diem festum ut purificaret. et mundus interesset diei festo. Et ante dies azimorum occidit iacobum fratrem iohannis. postea in diebus azimorum videns quia placeret iudeis. apposuit ut apprehenderet et petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus. quia cum detrusus esset in carcerem. nocte conuertit ad fidem custodem suum. et in crastino confessus est se esse christianum. et cum ambo traherentur ad martirium. dixit iacobo. Pater da mihi remissionem. At ille parum deliberans ait. Dax tibi. Et osculatus est eum et simul ambo capite truncati sunt. Petrus autem apprehensus misit in carcerem. quia in diebus azimorum non licebat aliquem occidere. et proter custodes

carceris tradidit eum custodiendum quatuor quaternionibus militum. volens post pascha producere eum populo. ut ipse populus occideret eum. non ipse herodes ut iacobum. quia magis videbatur eis gloriosum. si ipsi occiderent eum. quia erat princeps apostolorum.

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis. C.LXVII.

**Q**uam autem in crastino producturus eum esset herodes populo. ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinculus cathenis duabus. que adhuc rome esse dicuntur. et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus astitit. et lumine resplendit in habitaculo carceris. et miraculose factus est. ut solus petrus videret lumine. percussosq; latere petri excitauit eum dicens. Surge velociter. Et statim cecidit cathene de manibus eius. que adhuc rome esse prohibentur. Et dixit angelus ad eum. Precingere et calcia te caligis tuis. Deposuerat enim cingulum propter molestiam carceris. ut circa pedes dimissa. temparet frigoris noctis. In quo datum est exemplum sanctis viris. quod in angustijs licet aliquid laxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos et prophetas duris cingulis versus propter afflictionem carnis. et petrum ad tempus deposuisse cingulum pro molestia carceris. Et fecit petrus iuxta mandatum angeli. et addidit angelus. Circumda tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum. et nesciebat. quia verum est quod fiebat per angelum. id est non putabat hoc in rei veritate fieri. sed imaginaria visione ostendi. Unde sequitur. Existimabat se visum videre. et hoc sibi ostensum imaginaria visione. Transientes autem primam custodiam. id est custodes carceris custodie deputatos. et secundam. id est duos quaterniones. Terciam custodiam. id est primum quaternionem cum suis. venerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem. que putatur fuisse in

# Actuū apostolorum.

atrio carceris. Carcer enim habebat attri-  
um. et erat i exteriori pte ciuitatis. siue ex-  
tra ciuitatem. et vltro aperta est eis. Et ex-  
euntes pcesserunt in vicum vnum. et cō-  
tinuo discessit angelus ab eo. vt sciret se i  
reueritate de carcere eductum. qui puta-  
bat sibi hoc imaginarie ostensum. Et tūc  
ad se reuersus id est ad mentem suam. qz  
fuerat in maximo stupore. dixit. Nūc scio  
vere quia misit dñs angelum suū. et erū-  
puit me de manu herodis. et de omni ex-  
pectatione plebis iudeoz. Et considerās  
vbi esset venit ad tomū marie matris io-  
hannis qui cognominat marcus nō euā-  
gelista. vbi erant multi congregati causa  
orationis vt orarent p petro. Et cum pul-  
saret petrus ad ianuam. egressa est puel-  
la ad vidēdum nomine rode. Et vt cog-  
nouit vocem petri. p̄ gaudio non apertuit  
ianuaz. sed recurrens nunciauit petrum  
stare ad ianuam. Et dixerunt illam insa-  
nre. scientes petrū incarceratū esse. Illa  
aut affirmabat rem se sic habere. Alij aut  
ex eis dicebant. angelus petri est. Sup-  
quem locum dicit hieronimus. tantam  
dignitatez esse animaz. vt vnaqueqz ab  
ortu natiuitatis sue habeat angelū sibi in  
custodiam deputatum. Petrus aut pse-  
ueranter pulsabat. Et cū apertissent. vi-  
derunt eū et obstupuerunt. Et innuit eis  
manu vt tacerent. vt sub silentio miracu-  
lum viderent vel audirēt. Vel forte ideo.  
ne clamore gaudentium aduentus ei⁹ in  
ciuitate p̄paleretur. Et narrauit quō edu-  
xit eū dñs de carcere. et ait. Nunciate hoc  
iacoboz et fratribus. scz iacoboz alpxi epl-  
scopo hierosolimoz. quia alter iā fuerat  
decollatus ab herode. Et egressus eadez  
illa nocte abiit in alium locum timore he-  
rodis et iudeozum.

De morte herodis. C.LXVIII.

**T**rastina autē die  
post educationem petri de carcere  
erat enim pua p̄urbatio inter milites et

custodes. quidnam esset factum de petro.  
Unde apparet qz clausum reliquerat car-  
cerem. alioquin nō esset ambigū eū eua-  
fisse. Herodes aut cū requisisset eū et non  
iuuenisset diligenter inquirens de custodi-  
bus. vtrū nossent quidnā factū esset de eo  
iussit eos adduci ad se. vt vindicaret in  
eos. nō tū vindicauit dño pcurante. vt so-  
lutio petri nulli noceret. Imminente aut  
negocio. herodes descendit a iudea in ce-  
sareā palestine. p̄pinquā tyro et sidoni. vt  
noceret tyris et sidonij quibz iratus erat.  
Quō audiētes tyri et sidonij. venerunt ad  
basum qui erat cubicularius herodis et  
custos thesaurorū eius. qz erat amicus eo-  
rum et patronus. et eo interprete reconci-  
liati sunt herodi. Nō em poterant sustine-  
re inimicitias regis tam vicini. Sequenti  
aut die herodes vestitus veste regali. se-  
debat p̄ tribunali apud eos. et cōtionaba-  
tur ad eos blandiens eis. Populus aut  
clamabat dei voces et nō hominis. id ē ex-  
hibebant ei laudes deo debitas et non ho-  
mini. Et dū adulatorijs fauoribz demul-  
ceret. et oblatos sibi diuinos honores nō  
respiceret. respiciēs supra se vidit immi-  
nentē et insistentē capite suo in funiculo  
angelū. id est bubonē mortis eius prime  
nunciū. et tūc vt tradit ioseph⁹ inclinauit  
se ad eos qui sibi applaudebāt. et dixit eis  
En ego de⁹ vester morior. Sciebat enim  
iuxta qd dixerat ei augur. cū traheret ad  
carcerē se infra. v. dies post visionē bubo-  
nis moriturū. Et cōfestim vt habet in hi-  
storia percussit eū angelus dñi. i. facta ē su-  
per eū vindicta dei. quia p̄ quinqz dies  
ventris dolore cruciatus est. Et corrodes-  
bant vermes viscera eius. et ita paulatim  
cōsumptus a vermibus expirauit.

De agrippa. C.LXIX.

**R**eliquit autē fili-  
um qui dictus est agrippa non  
cognominatus herodes qui adhuc rome  
erat. ne habuit totū regnū patris s̄ p̄tē

Habuit autē terram duarū tribuū ⁊ dimidie ultra iordanē. Unde legitur q̄ fideles in iudea imminente euerfione hieruſalem. ad ammonitionem angeli ſeceſſerunt in regno agrippe iſtuyſc̄z filij herodis agrippe.

¶ Medius historie ad ordinem ſuum. C.LXX.

**E**t nunc redit historia ad ordinē ſuū. ⁊ cōtinuat ei q̄d ſupra dictū eſt. collectā factā a fidelibus antiochie. miſſam paupib⁹ in hieruſalē p̄ barnaban ⁊ ſaulū. Q̄d em̄ interſertū eſt de herode. de morte iacobi. de incarceratione ⁊ liberatione petri. quaſi incidens fuit. Proſequit̄ ergo de reditu barnabe ⁊ ſauli a hieroſolimis historia i hūc modū. Verbuꝝ dñi creſcebat ⁊ multiplicabatur. Barnabas autē ⁊ ſaulus reuerſi ſunt hieroſolimis. aſſumpto ſecū iohanne qui cognominatur marcus poſt expletū miniſteriuꝝ. Erant autē in eccleſia qui erant antiochie p̄ter eos qui venerant a hieroſolimis p̄phete ⁊ doctores. inter q̄s erat ſimon qui vocabatur niger. ⁊ lucius cirenēſis. ⁊ manaxen qui erat herodis tetrarche collactaneus. id eſt eodē lacte nutrit⁹. Et poſſunt idem accipi p̄phete ⁊ doctores. Vel p̄t̄ ita diſtingui. p̄phete de futuris. ⁊ doctores de p̄teritis. Et vide q̄ iſte ſimon dictus de colore niger ſi ſit latinū vocabulū vel ſi eſt hebreum. dicit⁹ eſt niger. quaſi aſcendens de virtute ad virtutem. Niger eſt hebreum. ⁊ interpretatur aſcendens. Miniſtrantib⁹ autē illis dño ⁊ ieiunātib⁹. dixit eis ſpūs ſanct⁹. Segregate mihi barnaban ⁊ paulū in opus in q̄d aſſumpſi eos. Qui audito conſilio ſpūs ſancti. remiſerūt ſaulū ⁊ barnaban i hieruſalē ad petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannem qui erāt ibi. Qui gauiſi ſunt audito mōdato dñi vel ſpūs ſancti. ⁊ ieiunantes et orantes impoſuerūt eis manus in modū ordinandoꝝ. Q̄rū autē p̄ter impoſitionē manuū aliā ordinis ſolemnitatē circa eos

celebrauerunt incertū eſt. Nec de ordinatione apoſtolorū aliquid legitur. vel q̄d minus eis impoſuerit manus. De petro t̄m certū habet. q̄ antiochie miſſam celebrauerit. Sed potuit apoſtoliſ p̄ ordinatione ſufficere. q̄d dictū ē eis a dño. Hoc facite i meā cōmemorationeꝝ. Et licet nō interfuerit barnabas ⁊ paul⁹. t̄m q̄ poſtea electi ſunt ad apoſtolarū cōſilio ſpirituſ ſancti. forſan in hoc cum alijs fuerunt p̄uilegiani. nec alia ſolemnitas ordinationis circa eos celebrata eſt. Multi in primitiua eccleſia ſine hac ſolemnitate ordinationis ad ſacerdotiū promoti ſunt. ⁊ multi laici ſine diaconio. ⁊ p̄cedentibus ordinibus ſacerdotes facti ſunt. ⁊ imponentes eis manus dimiſerūt eos. Et ipſi quideꝝ miſſi a ſpiritu ſancto eodē duce itineris. qui ſepauerat eos a ceteris abierūt ſeletiam. ⁊ inde nauigauerūt ciprū. Et cū veniſſent ſalaminā p̄dicabant verbum dei in ſinagogis iudeoꝝ. p̄ter reuerentiā ſiue duritiā eoz. ⁊ habebāt ſecū in miniſterio p̄dicationis iohannem qui cognominatur marcus.

¶ Q̄d paulus ⁊ barnabas conuerterūt Sergium p̄conſulem. C.LXXI.

**E**t cū perambuſſent vniuerſam inſulā cipruꝝ ſc̄z vſq̄ paphū inuenerūt quendā virū magnū p̄ſeudo p̄phetā iudeū. cui nomen erat barieti qui erat cū ſergio paulo viro p̄udētie. qui erat hō magne dignitatis. Erat em̄ p̄conſul. i. ſecūduſ a p̄ſule. Dic accerſitis barnaba ⁊ paulo. deſiderabat audire verbū dei. t̄m reſiſtebat eis elimas. Et vide. q̄ alterū eſt interpretatio alter⁹. Elimas enim interpretatur mag⁹. ⁊ ſic nomen cōmune maleficoꝝ appropriatū eſt iſti. Saulus autē qui ⁊ paulus. repletus ſpiritu ſancto intueſ eum dixit. O plene omni dolo ⁊ om̄i fallacia. fili diaboli. inimice ois iuſticie. non deſinis ſubvertere vias dñi rectas. Nota q̄ dictū eſt ſaul⁹

# Actuū apostolorū

qui et paulus. Tradunt enim sancti. quia fergio paulo ad fidem conuerso. dicitur esse paulus. Unde hic primo fit mentio de nomine pauli. Solus origenes dicit. quod semper fuerit binomi dicitur. scilicet saul et paulus. Vel in apostolatus acceptioe primo fortius est hoc nomen. ut qui primo a saule persecutore dicebatur saulus. de superbo factus humilis. pro saulo dicitur esse paulus. quasi modicus et humilis. In quasi nomine sum interpresando. dicit se minimus apostolorum. Videtur autem. xij. anno a passione domini primus ad apostolatū cum barnaba. et sortitus pauli vocabulū. et. xiiij. profectus est ad magistratū gentium. Cuius ecclesiastica historia concordat. ubi legitur preceptum apostolis esse. ut post passionem per. xij. annos predicarent in iudea. Tertio autem decimo anno cepunt paulatim transire ad gentes. nodū enim ex toto. postea omnino exierunt de finibus iudee. et nunc inquit ecce manus domini super te. i. vindicta dei exercebitur in te. Etis enim cecus lumine capitis. sicut cecus lumine mentis. non vides ad tempus solē materialē. quod non vides solē iusticie per fidem. Et cōfessim cecidit in eum caligo et tenebre. et cecutiens. id est in modum ceci in circuitu in se vertēs querebat. qui manū ei daret ut duceret eum. Et statim procul viso miraculo credidit. ammirās super doctrina domini. De discessu iohannis ab eis. C. LXXII

**Q**uoniam autem a paulo nauigasset paulus et barnabas cum eo venerunt per gentem ciuitatē pampphlie. Ite iohannes discedens ab eis reuersus est hierosolimā unde venerat cum eis. Et forte reprehensibilis fuit causa quare discessit ab eis. et hec fuit causa discidium inter paulū et barnaban. de qua habebis inferius. Paulus vero et barnabas venerunt antiochiā per sidie. quod additū est ad differentiam alterius antiochie. que dicitur antiochia syrie. que olim dicebatur reblata. quam nos ad buccuamus antiochiā. Et ingressi sina-

gogam die sabbati sederunt quasi audituri legem. non predicaturi. Post lectionem autem legis et prophetarum. dixerunt ad eos principes sinagoge. Viri fratres. si quis est in vobis sermo exhortationis dicite.

**D**e predicatione pauli et barnabe in sinagoga. C. LXXIII.

**V**irges autem paulus et manu filium indicens. aggressus est facere grandem sermonem. inchoans ab aliorum. Viri inquit israelite et qui timetis deum de gentibus audite. Deus plebis israel patres nostros elegit et exalauit plebem cum essent incole in egipto. seruientes in luto et latere. de quo eduxit eos in manu forti. Et. xl. annis sustinuit mores eorum in deserto. introducens eos in terram promissam. destruens septem gentes que habitabant in terra. forte distribuit eis terram. quasi post quadringentos quinquaginta annos. Et intelligendum est a natiuitate isaac usque ad exitum israel de egipto fluxerunt anni quadringenti quinquaginta. Postea completis xl. annis in deserto usque in terram chanaan diuisa est terra. A natiuitate quoque isaac usque ad diuisionem terre fluxerunt quadringenti. l. anni. Et post quadringentos. l. annos dedit dominus iudices populo suo. et truncuit populus dei sub iudicibus usque ad tempus samuelis. et exinde postulauerunt regem. et dedit eis saul. qui regnauit. xl. annis. coputaris simul annis samuelis. Sic enim habetur in cronicis hebreorum. Eteo sublato de medio. suscitauit eis dauid regem cui testimonium prohibens ait. Inueni virum secundum cor meum. ex cuius semine suscitauit deus iesum saluatorem israel. cuius aduentus fuit prece iohannes.

**A**dhuc de eodem. C. LXXIII.

**V**iri inquit fratres filij generis abraham. et qui inter vos de gentibus sunt timentes deum. vobis specialiter verbum salutis huius

missum est. Qui enim habitant in hieru-  
salē et principes eius hūc ignorantes esse  
iesum. ignorantes etiā voces prophetarum  
qui p̄ omne sabbatū legunt. adiudicātes  
eū morti. eas impleuerūt nesciētes. De-  
us vero suscitauit eum tertia die a mortuis. et  
uisus ē p̄ xl. dies his qui simul ascēderūt  
cū eo de galilea in hieru salē. qui vsq; nūc  
sunt testes ei⁹ ad plebē. Eunōs vobis an-  
nūciam⁹ eam q̄ ad patres nostros repro-  
missio facta est. quoniā hāc de⁹ adimple-  
uit filijs vris resuscitās iesum. Notū igit̄  
sit vobis viri fratres. q̄ p̄ huuc vobis re-  
missio peccatorū. et annūciat̄ ab omnib⁹ sci-  
licet peccatis. quib⁹ non potuistis in lege  
moysi iustificari. Qui credit in hūc iusti-  
ficat̄. Videte ḡ ne sitis contemptores. ne  
veniat sup̄ vos vindicta dei. qui cōminat̄  
cōtemptribus in hūc modū. Videte cō-  
temptores et ammiramini. et disperdimi-  
ni. id est vidētes ammirabimini et disper-  
dimini. q̄ opus op̄torū in dieb⁹ vestris.  
q̄d nō creditis id ē q̄ nō creditis op̄i q̄d  
op̄abor in dieb⁹ vris. id est incarnationi.

Quare trāsierūt ad gētes. C. LXXV

**A**xeuntibus au-  
tem illis rogabant. vt sequenti  
sabbato loquerē ad huc in sinagoga. Et  
cū egredērēt de sinagoga. multi iudeorū  
et aduenarū id est gentiliū vel iudeorū. de  
dispersione venientū secuti sunt paulū  
et barnaban. Sequenti vero sabbato pene  
vniuersa ciuitas cōuenit vt audiret ver-  
bū dei. Quod vidētes iudei. repleti sunt ze-  
lo inuidie. quo cōmoti ceperūt cōtradice-  
re his que dicebant̄ a paulo blasphemantes.  
Blasphēmus enim est qui ex inuidia  
obloquitur veritati. Tūc repleti zelo dei  
paulus et barnabas cōstanter dixerunt.  
Vobis oportet primū loqui verbū dei. iux-  
ta verbū dñi. dicentis. Nō sum missus  
nisi ad oues que pierunt domus israel.  
Sed quia repellitis illud. et indignos vos  
facitis. ecce conuertimur ad gētes. Et nos

ra. cum hoc legatur hic dictum a paulo et  
barnaba in antiochia p̄sidie que nō in iu-  
dea est sed in grecia. in plerisq; locis legit̄  
dictū ab apostolis in iudea sc̄z cū vellent  
transire ad gentes. postq̄ p̄ xij. annos p̄-  
dicatū est in iudea. Ecce nō moueat te. q̄  
ponit vt tibiq; dici. Sic enim p̄cepit no-  
bis deus. posui te in lucē gentiū. vt sis ei  
in salutē vsq; ad extremū terre. Et sunt i-  
saia verba patris ad filium. Ac si diceret  
pater filio. Nisi te vt post tenebras infi-  
delitatis vsq; ad terminos terre gētib⁹  
disseminares lucē veritatis. Sed cū spe-  
cialiter dictū sit christo. nō est cōtrarium  
q̄d hic legit̄ dictū paulo. q̄ tanta ē vnio  
capitis et mēbroz. vt q̄d dicitur est capiti.  
membra dicitur reputent sibi. sicut caput  
x̄ps p̄secutionē mēbroz reputat in fluctib⁹  
sibi. dicēs. Saule saule quid me p̄sequeris  
De recepta p̄dicatione a gentib⁹. Ca-  
pitulum. LXXVI.

**A**gdientes autē  
gentes mētionē de salute sua ga-  
uise sunt. et magnificabant deū. et credide-  
runt ex eis multi. Iudei t̄m zelo id ē inuo-  
re inuidie succensi concitabant mulieres  
religiosas et primarias ciuitatis. et excita-  
bant p̄secutionē in paulū et barnaban. et  
eiecerunt eos de finib⁹ suis. At illi excu-  
so puluere de pede. iuxta q̄d p̄cepit dñs  
in testimoniū illis. venerunt yconū. Et  
ingressi ciuitatē locuti sunt in sinagoga.  
et credidit copiosa multitudo iudeorū et  
grecorū. Et demorari sūt ibi multo tpe si-  
dicialiter p̄dicantes. dño p̄dicationē mi-  
raculis cōfirmāte. Nonnulli t̄m de iudeis  
in incredulitate p̄tinaces. ad iracundiaz  
cōcitauerūt animos gentiū aduersus cre-  
dentes. Et diuisa est ciuitas. quibusdam  
fauentib⁹ iudeis. alijs fauentibus aposto-  
lis. Et cum factus esset impetus gentiliū  
et iudeorū. cum principibus suis vt conti-  
melijs afficerent apostolos. et lapidaret.  
id est lapidibus fugarent eos. cōfugerūt

# Actuū apostolorū

ad ciuitatē licaonie. scz listram ⁊ terben.  
**E**t cū hic dictū sit venerūt listram. iuxta  
consequentiā sermonis in sequenti vbi  
dicitur. erat quidam infirmus listris. po-  
tius dicendum fuit listre. Sed potest no-  
men ciuitatis multiplicem habere decli-  
nationē. vt dicatur listra listre. vel listre  
listraz. vel listris indeclinabile. Unde se-  
quitur. **E**rat quidā vir listris. qđ greco con-  
sonat vbi habetur. paul⁹ ⁊ barnabas mo-  
rabantur in listris. **E**rat autē vir iste infir-  
mus pedibus claud⁹ ex vtero matris sue  
⁊ sedebat. quia nec ambulare nec stare po-  
terat. nec vnq̄ ambulauerat. hic audiuit  
paul⁹ loquentē. **Q**uem intuitus paul⁹  
⁊ vidēs spiritu sancto reuelante quia ha-  
beret fidem vt saluus fieret. scz tantā que  
ad salutem sufficeret. **V**el videns quia se  
saluandū crederet. dixit magna voce. **I**n  
nomine dñi nostri iesu christi surge ⁊ sta  
sup pedes tuos rectus. **E**t statim erigit ⁊  
ambulabat. **T**urbe autē cum viderent qđ  
fecerat paulus putabant ipm ⁊ sociū suū  
barnaban deos esse. ⁊ in forma humana  
eis apparuisse. ⁊ leuaerūt vocem dicen-  
tes. **D**ij similes facti hominib⁹ descende-  
runt ad nos. ⁊ vocabant barnaban iouē.  
quia prior esse videbat. paulū vō mercuri-  
um qui semp iuxta eorū opinionē iouē  
comitabat. qui eloquens ⁊ lēatus fuisse  
traditur. ⁊ facundiā hominib⁹ p̄stare pu-  
tabatur. **U**nde mercurius quasi medius  
circēs inter aures ⁊ linguas a latinis di-  
citur. a grecis vō ierem⁹ id est interpret  
dicitur. **S**acerdos quoq̄ iouis qui erat  
in ciuitate voluit sacrificare barnabe ⁊ io-  
ui. afferēs thauros ad immolandū ⁊ co-  
ronas. vel ad ornandā faciem tēpli iuxta  
ritū gentilium. vel vt caputibus eorū im-  
ponerent ad ornandū. aut pro aliqua alia  
causā vel religione nobis ignota. **U**t autē  
audierunt paul⁹ ⁊ barnabas. qđ diuinos  
honores vellent eis exhibere. sciderūt ve-  
simenta sua. qđ semp faciebant iudei au-  
dita blasphemia in deum. ⁊ p̄hibuerunt

sibi talia exhiberi. dicentes. se esse homi-  
nes mortales. qui potius venerāt vt eos  
reuocarent ab idolatria. et vix sedauerūt  
urbas ne sibi immolarent.

**D**e p̄secutione quam passi sunt **C**a-  
pitulum. LXXVII.

## **M**ozantibus

**A**utē eis et docentibus in listra su-  
peruenerūt ab ycomo et antiochia iudei.  
et concitatis turbis in p̄secutionē pauli  
lapidabant eū. et eiecerūt eum quasi vile  
cadauer. estimantes eū esse mortuū. **D**e  
qua lapidatione ad corinthios loquens  
ait. **S**emel lapidatus sum. **P**ostea disci-  
puli ei⁹ circūdederūt illū assistentes ei. et  
respirauit. et nescientibus iudeis repoz-  
tauerūt eū in ciuitatem et conualuit. **E**t  
postera die p̄fectus est cū barnaba in ter-  
ben. et predicauit ibi sicut fecerat in listra.  
**P**ostea redierūt p̄ easdē ciuitates per q̄s  
illo venerant confirmantes fratres in fi-  
de. et constituentes in magnis ciuitatib⁹  
p̄sbiteros. id ē episcopos. quia eo tpe eo-  
dem nomine censebant episcopi ⁊ p̄sbitē-  
ri. **E**t p̄inde cōstituebant p̄ se episcopos.  
q̄z erant migraturi ⁊ incerti. vtrū ad eos  
essent amplius reuersuri. **E**t cū redeūtes  
transirēt listrā ⁊ ycomū. venerūt ad anti-  
ochiā p̄sidiē. **E**t transeuntes p̄sidiā vene-  
rūt in pampbiliā regionē in q̄ est ciuitas  
pergen. in q̄ locuti verbū dei descenderūt  
in italiā ciuitatē. ⁊ inde nauigauerūt an-  
tiochiā vñ prius exierāt. segregati a spi-  
ritu sancto ad p̄dicationē euangelij.

**D**e questione circūcisionis determi-  
nata. C. LXXVIII.

**Q**uinq̄ venissēt  
antiochiā ⁊ cōgregassent fideles  
antiochenos reuelauerūt eis quanta fece-  
rat deus p̄ eos i gentibus. ⁊ morati sunt  
ibi nō modico tempe cum discipulis. **E**t  
dum ibi moram facerent. descenderunt  
quidam de iudea christiani. quidā tamē

iudaizantes. et fuerant de secta phariseorum. Facta est ergo non minima seditio inter eos et paulum et barnabam. quia predicabant fidem absque legalibus ad salutem non sufficere. Et consentiebant eis multi veteri consuetudine imbuti. Et statuerunt ut per hac lite dirimenda ascenderent in hierusalem ad maiores apostolos. scilicet ad petrum et iacobum episcopum hierosolimorum. Et ascendit paulus cum barnaba assumpto et tito. sicut ipse refert in epistola ad galathas. Et qui descenderunt de iudea. ascenderunt contra eos quidam scilicet de heresi phariseorum ad fidem conuersi. Qui cum venissent hierosolimam et essent in presentia apostolorum petri et iacobi et seniorum. surrexerunt contra paulum et barnabam dicentes. **O**portet circumcidi fideles. et seruare legem moysi. Et audita utriusque patris sententia conuenerunt apostoli et seniores ut diuiderent super hoc. et post multam disceptationem et inquisitionem factam inter apostolos et seniores. surgens petrus rationabiliter ostendit non esse imponendum fidelibus iugum legis. quia ipse consilio dei baptizauerat corneliu. et gentibus predicauerat uerbum euangelij. et deus predicationem eius confirmauerat. fide mundas corda eorum. et antequam baptizarent uisibiliter mittens super eos spiritum sanctum. nec indicens eis obsequantiam legalium. **Q**uid igitur inquit nunc reprobatis imponere iugum super ceruices discipulorum. quod neque nos neque patres nostri portare potuimus. Et statim ceperunt paulus et barnabas narrare quanta signa et prodigia deus fecerat in gentibus pro eis. Et tacebat multitudo audiens eos. **De sermone iacobi fratris domini. C.LXXIX.**

## Et facto silentio

locutus est iacobus adhaerens uerbo petri. **U**iri inquit fratres audite me. **S**imon narrauit quemadmodum deus primum uisitauit gentes uocans eas ad fidem. et testimonia prophetarum. Et inductis testimonijs ibi diuersorum prophetarum. et auctori-

rate pontificali. protulit diffinitiuam sententiam dicens. **P**ropter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum. sed consulo ut dirigamus ad eos epistolam ut abstineant se ab idolatria et fornicatione et suffocato et sanguine. **I**dolatria siquidem ex gentibus maxime pullulauerat. fornicatio quasi naturale quoddam et nullius reatus reputabatur inter gentes. **I**deo specialiter decreuerunt apostoli prohiberi ista gentibus. Erant etiam prouisi ad effundendum sanguinem. **C**onsueuerunt etiam bibere sanguinem immolatum dijs suis. **I**deo specialiter prohibiti sunt a sanguine effundendo et bibendo. **Q**uare autem ad ista prohibuerint eis animal suffocatum. non est factis perspicuum. **S**ed placuit hoc consilium iacobi apostolis et senioribus. **E**t communi consensu elegerunt uiros. per quos mitteretur epistola cum paulo et barnaba iudaeis scilicet et sileam. et promissa est saluatio in hunc modum.

**De epistola missa conuersis ex gentibus. C.LXXX.**

## Apostoli et senio

res fratres fratribus ex gentibus salutem. **F**uit autem post salutationem hic textus epistole. **A**uditum est quod quidam descendentibus a iudea turbauerunt uos eueruentes aias uestras. uolentes uestris imponere ceruicibus iugum legis. **I**deo de communi consensu decreuimus eligere uiros et mittere ad uos cum charissimis uiris nostris paulo et barnaba. **U**isum est enim spiritui sancto et nobis. ultra nihil uobis imponere oneris. **Q**uia ut omnes abstineatis ab immolatis simulacrorum a sanguine et suffocato. et fornicatione. a quibus abstinentes bene ageris. **U**alere.

**Quomodo consolati sunt conuersos ex gentibus. C.LXXXI.**

## Ascenderunt igitur

Paulus et barnabas in antiochia. et duo illi missi sunt cum eis. **C**umque descendissent congregata multitudo tra-

# Actuū apostolorū

viderūt eis epistolam. Et audita cōsolatione de iugo legis nō imponēdo sibi. gaudēti sunt fratres de gēnibus. Judas autē et filias cū essent pphete cōsolari sunt eos. et multū cōfortauerūt in fide. Nō est autē hoc p̄tereundū. q̄ de p̄fata ascēsu suo in hierusalē. p̄ dirimēda lite p̄parata. scribit apostolus ad galathas in hūc modū. De inde post annos. xiiij. a conuersione mea ascendi hierosolimā. cū barnaba assūpto et ito. et cōtuli cū eis euangeliū qd̄ p̄dico in gēnibus. Ex quo anno numero colligitur. q̄ eodē anno quo paulus ascendit hierosolimā. scz. xiiij. a conuersione sua. petrus ascendit romā. et eodē anno sedit in cathedra episcopali. in qua sedit. xxv. annis. Quattordecim v̄o. et. xxv. xxxviij. reddunt Vicesimo autē quinto anno a p̄morte beati petri in sedem romanā. scz. vltimo anno neronis. passi sunt petrus et paulus. et sic. xxxviij. anno a conuersione pauli. Unde colligitur paulū ad fidem conuersum eodem anno quo dñs passus est. cū confiteretur petrus et paulus. xxxviij. anno a passione dñi. qui fuit vltimus neronis passus esse martiriū. Si autē legat aliquē paulus cōuersus ad fidē. ij. anno a passione dñi. intelligendum est secūdo anno emergente. nō tñ eodē vsuali. sicut alibi determinatū est. Quattordecimo ḡ anno a passione dñi. scz. q̄rto anno claudij. ascendit petrus romā. et sedit in cathedra episcopali. x. ānis sub claudio. qui regnauit xiiij. annis. et nero post eū toridez annis. Determinat quando sedit antiochie quando rome. C.LXXXII.

**Q**uest autē queri quorūpe sederit petrus in sede antiochena. Cōstat enī q̄ sedit antiochie viij. annis in sede episcopali. qd̄ necessario de. viij. illorū. et. xiiij. oportet intelligi. quia a passione dñi fluxerūt vsq̄ ad ei⁹ p̄morte in sedē romanā. Post. viij. autē annos quibus sedit in sede antiochena. cō-

filio dñi. de hierusalē ascendit romā. sed in ascēsu transijt p̄ antiochiā. vt confirmaret subditos suos in fide. vt habet in cronias. et substituit enochiū in sede antiochia. Et in hoc transitu p̄ antiochiam redargutus est a paulo. q̄ comedēs cum quibūdaꝫ fratrib⁹ de iudea. timens eos molestare. discernebat cibos. et ita cogebat gētes iudaiizare. Cū paulus ait. Cū venisset cephas antiochiā. i. faciē ei restitit. De causa dissensionis inter paulum et barnaban. C.LXXXIII.

**Q**uānto anno quo ascendit petrus de antiochia romā. paulo et barnaba antiochie remanentibus. erat quidā pcurator in iudea. qui p̄ violentiā sibi voluit vsurpare potestatem cōstituendi summū pontificē et mutandi p̄ arbitrio suo. et vt posset summus sacerdotē vnū vel duos cōstituere in eodē anno. Et videntes iudei q̄ nō possent ei resistere. petierūt ab eo licentiā cōsulendi gaiū impatorē romanorū. vt ei⁹ volūrate hanc potestatem obtineret. alioquin desisteret et cōcessit eis. Et cū misissent nūcios romā. erat ibi agrippa filius herodis agrippe. quē pater decedēs in manu gaij dimiserat. Gaius autē differebat eū mittere in iudeaz tanq̄ dñm. tñ p̄pter seuiciam iudeorū. tñ p̄pter temeritatē etatis eius. Iste audiēs q̄ causa populi sui agerēt. intercessit p̄ eis et obtinuit. Et rescripsit gaius pcuratori. vt ab huiusmodi exactiōe desisteret. et destitit. Et rescripsit iudeis vt sup̄ hoc agerēt gēas agrippe ad cuius intercessionē hoc obtinuerāt. Et iudei significauerūt ei vt mitteret eis agrippā. et faceret eū tanq̄ regē et dñm. ip̄e tñ ad huc distulit. Postea v̄o quādo visum est ei misit eū in iudeam. nō tamē reddidit ei totam terrā patris. scz. qui totum regnum auitum integre obtinuit. sed dedit ei galaditidē regioneꝫ scz. vltra iordaneꝫ. terrā duarū tribuū. et dimidie

tribus. et dedit ei potestatem constituendi summum sacerdotem in hierusalē. p̄ arbitrio suo quā negauerat procuratori. Iste fuit agrippa. in cuius regnū successerunt fideles de iudea. imminere excidio hierusalē. ab angelo p̄moniti. sic habes sup̄ matheum. **S**z nūc. p̄sequamur de paulo et barnaba qui adhuc demorabant̄ i antiochia euangelizantes verbū dei. et iudas abierat silea cū eis remanere. **P**ost aliquor dies visum est eis comode reuerti p̄ ciuitates in quib⁹ p̄dicauerāt verbū dei. et visitare fratres et confirmare eos in fide. **B**arnabas aut̄ voluit habere in comitatu suo iohānē qui cognominabat̄ marcus. **P**aulus aut̄ noluit dicēs. **N**ō assumēdus. est. qz in fronte aciei cōstitutus nimis trepidus steterat. et qz timore mortis a p̄dicatione destiterat. qm̄ scz a pamp̄philia descendens reuersus est i hierusalē. **I**deoqz nō erat assumēdus ad p̄dicationē. ne alios malo exēplo lederet. **E**t facta ē dissensio. ita vt ducederēt ab inuicem. **E**t excusant eos sancti. quia nō discesserūt odio cōmoti. sed a spiritu suo ad hoc excitati. vt diuisi plurib⁹ locis p̄dicarent. et plures lucrifacerēt. **B**arnabas aut̄ assumpto marco nauigauit ciprum. **E**x eo aut̄ q̄ noluit dimittere eū p̄pendit fuisse eius cognatus. **L**egunt̄ aut̄ fuisse cōsobrini. **P**aul⁹ autē p̄fectus ē assumpto silea quē dñs ad hoc remanere fecerat vt ei cōpateret. et pambulabat siriā et ciliciam. **P**ostea venit in terten et listram. vbi erat quidā christianus nomine timoth⁹. filius mulieris vidue vel iudee. natus de patre gentili. cui p̄hibebant testimonium religionis omnes fideles qui erāt listris. **H**ūc cōstituit paulus ep̄m eorū. sed circūcidit eū p̄ tollendo scandalo iudeorū. ne scandalizarent q̄ haberent ep̄iscopū in circūcisum. nō q̄ legalia post veritatē euangelij essent necessaria. paulatim tñ nō subito iudeis erāt tollenda. et quasi cū honore mater sepeliēda fuit. **P**ostea eduxit secū paul⁹ timothēu.

et transeuntes p̄ ciuitatē p̄cipiebat obseruari decreta apostolorū et seniorū qui erāt in hierusalē. et ecclesie confirmabant̄ et multiplicabantur.

**P**rohibiti sunt apostoli ne irer̄ quod volebant. C. LXXXIII.

**T**ranseuntes aut̄ frigiā et galacie regionē volentes ire in asiā. minorē. p̄hibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominū. qz tūc nō essent credituri. **N**oluit ḡ spiritus sanctus sanctū dari canib⁹. et impios de contēptu p̄dicationis grauius damnari. **N**oluit etiam has puincias alijs apostolis referuari. **P**hillippus namqz et iohannes p̄dicauerūt in asiā minori. **L**ucas in bithinia. a qua similiter a spiritu sancto sunt p̄hibiti. et ita due cause reddunt̄ q̄re p̄hibiti sūt ab huiusmodi puincijs. **N**e sanctum daref canib⁹. vel qz destinari erāt a spiritu sancto alijs apostolis. asiā minorē iohanni. bithinia luce. **O**rigenes vbi agit de primitijs et de decimis dandis sacerdotib⁹. reddit terciā causā. **D**ixit enim qz deus p̄uidēs seruis suis alimoniam corpalez. ab huiusmodi puincijs discipulos p̄pter famē p̄hibuit. p̄pter illā scz maximā famem in qua helena sustentauit fratres paupes qui erant in hierusalē. q̄ facta est quarto anno claudij. **N**ec fuit hē helena mater cōstantini. sed regina abigenorū. cuius amore captus est rex abigenorū. et eam in vxorē accepit et concepit ex eo. **E**t cū nocte dormiret cū ea. et posuisset manū suā sup̄ vterū pregnantis. audiva est ab ea vox in hunc modū. **V**ide ne ledas puerū. qz magn⁹ futurus ē in mundo. **E**t audita voce huiusmodi. stupefact⁹ dixit hoc vxori sue. **P**ostea puerū natū cū summa diligētia nutrierūt. et mortuo patre. adhuc puer factus est rex. et cōmendatur in multis. **E**t hęc est causa cōmendationis. qz audiens vnū deum colia iudeis coluit eundem. et suscepit circūcisio

nez. et ritus iudeorū. **H**uius mater helena  
veniens hierusalem inuenit fratres fide-  
les in hierusalē inedia laborātes. qz erat  
temp<sup>9</sup> famis. et emit granū vnde quaqz.  
quia attulerat argenti copiam ad emen-  
dū. et sustentauit fratres qui erant in hie-  
rusalē. Et cū adhuc esset in iudea. nuncia-  
tū est ei qd mortuus esset filius eius. et sta-  
tim redijt et fecit extrahi cadauer de sepul-  
cro. et repositum in iudea. et fecit nō longe  
a hierusalē extrahi duo mausolea. et in al-  
tero reposuit corpus filij. et pcepit cū mor-  
tua esset in altero corpus suū reponi. et sic  
factū est. et adhuc apparent vestigia mau-  
soleorū. et putant multi decepti. esse mau-  
soleū helene matris constantine.

**D**e visione que apparuit paulo nocte.  
CLXXXV.

**Q**uinqz pertrāsif  
sent missā paulus et socij ei<sup>9</sup>. ve-  
nerunt troadem. et ostensa est paulo visio  
p noctē. Apparuit ei vir macedo. id est an-  
gelus illius gēris assimilat<sup>9</sup> est viro ma-  
cedoni. ppriate lingue vel forma specia-  
li. stans et deprecans eū et dicēs. Transiēs  
in macedoniā adiua nos. Ex hoc verbo  
videtur fuisse homo non angelus. Non  
egent angeli auxilio nisi dei. Sed hoc ait  
angelus assumpta psona macedonū. Et  
ait visum vidit. statim quesuim<sup>9</sup> pfiā  
scī macedoniā. certi facti qd vocasset nos  
deus euangelizare eis. Et nota qd dictū  
est quesuimus. Dic em̄ primo ostēdit lu-  
cas se comitē fuisse pauli. forte et nūc pri-  
mo adhaesit ei. vnde nusqz in pcedenti ait  
venimus. sed vbiqz venerunt. et similia.  
Dic autē primo cōmiscuit se socijs pauli.  
vide quoqz qd ibi dicit<sup>9</sup> erat macedo stās  
Sup hoc verbo stans glosa habet modū  
ca. Angeli semp stare dicuntur. Cui ple-  
tiqz adherentes. in antiphona paschali se-  
dit angelus. emendat. stetit. sed errant.  
Intelligendū est semp in hoc libro cū le-  
gantur in euangelio angeli sedisse ad mo-

numētū. **N**auigantes autē a troade recto  
cursu venimus samothraciā. et sequēti die  
philippis. que est prima ciuitas macedo-  
nie. id est venientib<sup>9</sup> a mari prima occur-  
rit. et erat colonia. Dicit autē colonia cui<sup>9</sup>  
tas illa que defectu indigenarū nouis cul-  
torib<sup>9</sup> implet. vnde et colonia quasi a no-  
uis cultorib<sup>9</sup> dicit<sup>9</sup>. Fuimus em̄ ibi p di-  
es aliquot. et die sabbatorū egressi sumus  
extra portā iuxta flumē vbi videbat<sup>9</sup> esse  
locus cōgru<sup>9</sup> orationi. i. locutioni vel sup-  
plicationi. Orare nāqz accipif. et p pora-  
te et p supplicare. **D**e receptis sunt a  
muliere purpuraria. CLXXXVI.

**A**d sedētes loque-  
batur mulieribus que cōuene-  
rant. Et mulier quedā lidda noīe. purpu-  
raria ciuitatis tianrenorū audiebat nos  
loquētes. Potest autē intelligi purpura-  
ria qsi vtens purpura. qz forsān erat de re-  
gio semine. Vel potius purpuraria qz ter-  
ritur purpure. vel qz vendebat purpuraz.  
Cū autē baptizata esset et domus ei<sup>9</sup> rota-  
deprecata est nos dicens. Si iudicatis me  
fidelē. introite in domū meam et manete  
mecū. Et intrauimus coacti. Adhuc em̄  
abhorrebāt intrare domos gentiliū. p vū-  
tando scandalo iudeorū.

**D**e spiritu phitonico a puella eiecro.  
CLXXXVII.

**A**ctuū est autem  
herētib<sup>9</sup> nobis ad orationem.  
vt obuiaret nobis quedaz puella habēs  
spiritum phitonici. Potest autē intelligi  
phitonista vel p spiritū phitonicum ope-  
rās arte magica. vel spiritu phitonico ve-  
rata. His enim duobus modis accipif  
in sacra scriptura hoc nomen. vel phito-  
nista dicitur. que p spiritū phitonici su-  
scitationē mortuorum opatur arte magi-  
ca. vt que ad petitionem saulis ab inferis  
vocauit animam samuelis. vel potius p  
ea spiritū immundū. **D**ec autem species

artis magice ab apolline pbitone inuēta est. et ab eius cognomine cognominata ē. **D**icit enim pbitonissa que a spiritu pbitonico possidetur. et eo vtitur quasi organo suo ad diuinandum. qualiter hic potius videt accipi. Et erat questuosa diuis suis. quia multū percipiebant emolumentū ex diuinatione ipsius. **H**ec subsecuta paulū et socios eius clamabat dicens. **I**sti homines sunt serui dei excelsi. qui annuntiant nobis viam salutis. Et sic clamabat multis diebus. forte pro bonū nature vel potius spiritu sancto spiritū pbitonicū ut per eū verū loqueretur vrgēte. **C**ōuersus autē paulus ipsa post eū clamante. dixit spiritui immūdo. **P**recipio tibi in nomine iesu christi abi ab ea. Et exiit ab ea quia indignū erat ut verbū euangelij per eā spiritus mēdax annuntiaret. **C**lidentes autē hoc dñi eius scietes. quia maximū inde sumerēt incomodū. apprehenderūt sileā et paulum. et duxerūt eos ad forū ad principes. et offerētes eos magistratibus dixerūt. **I**sti cōturbant ciuitatē nostrā. cū sint iudei p̄dicantes nouā quandā religionē quā nō licet nobis suscipere cū sumus romani. **I**am enim decretū erat a romanis. ut nullus deus de nouo coleretur. nisi approbante senatu. Et cucurrit aduersus eos magistratus. et scissis eorum tunicis iusserūt eos virgis cedi. et flagellatos miserūt in carcerem. percipientes custodi ut diligenter custodiret eos. **Q**ui accepto mādato misit eos in carcerē interiorē. pedes eorum stringens ligno. **D**eterremotu vnde aperta sunt ostia carceris. **C.LXXXVIII.**

**M**edia autē nocte paulus et sileas decātabāt hymnos. et orantes laudabāt deū. Et dū media nocte oraret subito factus est terre motus. quo scilicet terremotu omnia fundamenta carceris cōmota sūt. ostia aperta. vincula omnium qui in carcere erant rupta. non solius pauli et silei sed et aliorum. **E**xp̄gefactus

est autē custos carceris. et videns ianuas carceris apertas. euaginato gladio volebat se interficere. aut mās omnes incarceratos aufugisse. Et cū esset paulus in medio carceris tenebrosi. videns hoc in spiritu exclamauit. **N**ihil tibi facias mali. **U**niuersi enim quos custodiebas hic sumus. **S**ciebat enim quod tūc volebat sibi manū int̄icere. quia putabat omnes incarceratos aufugisse. et petito lumine a ministris introgressus est custos carceris. et tremefactus tū pro his quae facta fuerāt in terre motu. tū quia intellexerat paulus quod se vellet interficere. procidit paulo et sileo ad pedes. et educēs eos de carcere ait. **Q**uid me dñi oportet facere ut saluus siam? **A**d quē illi **C**rede in dñm iesum. et saluus eris tu et domus tua tota. **E**t locuti sunt ei verbis dñi. et omnibus qui erāt in domo eius et tolles eos in illa hora lauit plagas eorum. et baptizatus ē. et sic lauit et lotus est.

**Q**uomodo a magistratibus sunt dimissi. **C.LXXXIX.** Actū xvi.

**Q**uoniam perduxisset eos in domū suā. apposuit eis mēsam et letatus ē cū omni domo sua credēs in deū. Et cū dies factus esset miserūt magistratus nuncios ad custodes carceris dicētes. **D**imittite hōies illos rāq̄ despectos. **D**imitebāt autē illos ne plures crederēt. quia iam innotuerat eis miraculū. Et nūciauit custos carceris verba haec paulo. **M**iserūt magistratus ut dimittamini. **M**ūcigit exēutes ite in pace. **A**d quē paulus. **M**iserūt nos in carcere flagellatos publice. licet indēnatos hōies romanos. id ē romano impio subiectionē cēscipite p̄fessos. et libertate romana donatos. et nūc occulte nos eiciūt. **N**ō sic. sed veniāt ipsi et nos eiciant. **E**t cū renūciatum esset hoc magistratibus. timuerunt audito quod romani essent. **E**t veniētes eduxerūt eos et rogabant ut egredierentur de vrbe. **E**t exēutes transierunt per liddam. et visis

## Actuum apostolorum.

fratribus consolari sunt eos. et inde profecti venerunt thessalonicam. ubi erat synagoga iudeorum. Paulus autem ut consueverat introiit synagogam. et per tria sabbata discessit eis de scripturis. predicans christum mortuum et resurrexisse. Et crediderunt aliqui ex eis. et adiecti sunt paulo et sile et mulieres non pauca. et de phelitis et gentibus multitudo magna. zelantes autem iudei et assumptes quosdam malos de vulgo. concitauerunt civitatem adversus eos. **¶** Quod invidia iudeorum iason accusatus est. C.XC.

**E**t venientes in domum iasonis apud quem hospitatio fuerat. querebant eos perducere in populum. et non inveniunt eis putantes eos a iasone fuisse occultatos. traxerunt iasonem et quosdam fratres ad principes civitatis dicentes. Ipsi sunt qui urbem concitant quos suscepit iason. et ipsi suscipientes eos faciunt contra de cetera cesaris. regem alterum dicentes esse quem cesarem. et concitauerunt principes adversus eos. Et accepta satisfactione a iasone et ceteris dimiserunt eos. ut sicut in eos publica fuit manuum iniectio. ita et publica fiat eieccio. Forte iason et alij fratres negaverunt se suscepisse eos. et ita si confessi sunt satisfecerunt. et per noctem dimiserunt paulum et sileam in beroen. Et introierunt in synagogam iudeorum. et predicaverunt ibi. et multi de beroenensibus crediderunt et mulieres honeste non pauca.

**¶** Quid paulus athenis fecerit. C.XCI.

**E**t audierunt iudei qui erant thessalonicae. quia paulo predicaret verbum dei in beroe. et venerunt illuc concitantes multitudinem. Et statim dimiserunt paulum fratres ut iret usque ad mare. quia magis persequerentur eum iudei. eo quod esset durus verbi. Sileas autem et thimotheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant paulum perduxerunt eum usque ad athenas. et videns civitatem idolatrie deditam.

citro remisit ad timotheum et sileam ut venirent ad eum. et venerunt. Et disputabant cum paulo epicurei. qui ponebant felicitatem hominis in sola corporis voluptate. stoici in sola virtute animi. Et inter se dissentientes in impugnatione apostoli unanimiter consentiebant dicentes. Quid vult se minus verbis iste dicere? Elere paulus seminator verborum. erat sed messor mortuum. de huiusmodi messione expectas uterere fructum. Alij autem dicebant. Non novum demoneum vides annunciatorem esse. Et apprehensum duxerunt ad ariopagum. id est ad vicum martis. in quo seculus erat templum martis. quod athenienses singulos vicos denominaverant a diis quos colebant. ut vicum in quo colebatur mars. vocabant ariopagum. quia arioth dicitur mars. Vicum in quo colebatur pan. vocabant panopagus. et ita a singulis diis singulos vicos denominabant. Erat autem vicus excellentior ariopagus. quod ibi erat curia magistratus. et scola liberarum artium.

**¶** De ara ignoti dei. C.XCII.

**E**t cum esset paulus in presentia philosophorum dicebant. Nova quedam in seculis auribus nostris. Possimus scire quod est haec nova doctrina. quod posses rationem reddere super his quod dicis. Stans ergo paulus in medio ariopagi ait. Viri athenienses per omnia iudico vos superstitiosos. Preteritis enim vidi simulacra vestra. Inter cetera autem inveni aram. cuius subscriptio erat haec. ignoto deo vel ignoti dei. Ac si dicas. Haec ara dedicata est ignoto deo. Singulis enim aris supponebat titulus. indicans cui essent dedicate. Huc inquit deus ignotum cui hanc aram consecratis ego annuncio vobis. Hic est deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt. in quo vivimus et movemur et sumus. Quod autem haec ara illi deo ignoto consecrata est. historia actuum apostolorum non persequitur. ideo nostrum est hoc supplere. seculus dicere.

Ad philosophi athenienses dixerunt  
deum nature patri. C.XCIII.

**D**e autem domini

ce passionis philosophi, qui athe-  
nis erant videtes tenebras factas super  
vniuersam superficiem terre. non potuerunt  
causam inuenire in naturalibus causis.  
Tandem ad hoc induci sunt. ut diceret quod  
deus nature pariebatur. Et dixerunt athenienses.  
Constituamus aram illi deo. et dedica-  
ta est ara. et suppositus est titulus deo igno-  
to. Et cum vellet offerre holocausta et victi-  
mas illi deo ignoto. dixerunt philosophi.  
Donorum nostrorum non eget. sed facietis genu-  
flexiones ante aram eius. et supplicabitis ei  
quod non querit oblationes pecorum. sed deuoti-  
onem animorum. Tunc deum ignotum annuncia-  
bat eis paulus. asserens eum mortuum fuisse.  
resurrexisse. et ascendisse in celum. in fine orbis  
iudicaturum. Et cum predicaret resurrectionem  
mortuorum. quidam irridebant. Quidam autem  
nec respuebant nec recipiebant dicentes.  
Audiamus te de hoc iterum. Crinit paulus  
de medio eorum. et quidam adhaerentes ei credi-  
derunt. Inter quos fuit dionysius ariopaga-  
gita. quem postea ordinauit apostolus epi-  
scopum corinthiorum. Cuius conversionis mo-  
dum quia praetermittit historia actuum aposto-  
lorum. nostrum est supplere.

De dionysio ariopagita. C.XCIII.

**S**te dionysius magi-

ster erat in ariopago. et quamuis ad exhortationem pauli defacili crediderit. tamen non nisi post longam disceptationem pauli confessus est se credere. Sed post multam disceptationem. dum adhuc cum paulo disceptaret. forte transiit cecis per viam coram eis. Et statim ait dionysius paulo. Si dixeris huic ceco in nomine dei tui vide. et viderit. ego statim credam. Sed ne utaris verbis magicis. quia forte nosti verba quae habeant huiusmodi efficaciam. ego prescribam tibi formam verborum. hac inquit forma verbo-

rum dices ei. In nomine iesu christi nati de virgine crucifixi. mortui. qui resurrexit. et ascendit in celum. vide. Et ut ois tolleretur suspicio precepit paulus dionysio. ut ipse eadem verba proferret. Et in ea forma verborum dixit dionysius ceco. ut videret. et statim vidit. et dionysius confessus est se credere. Et cum predicaret paulus athenis. et multos conuertisset. venit corinthum. et ibi inuenit quendam iudeum nomine aquilam cum vxore eius priscilla. quos sepe commemorat apostolus. vbi salutatur amicos suos. Isti nupte nerunt de italia. iudeis omnibus ex edicto claudij imperatoris de regno eius exire compulsi. eo quod vxorem eius agrippinam per nimiam familiaritate quam habebat cum eis adeo transerant ad ritus suos. ut iam iudaizarent. Et hospitatus est paulus apud aquilam et priscillam. eo quod eandem artem exercebant. quam et ipse consueuerat exercere. de proprio labore manuum sibi victum acquirens. scilicet artem scenofactoriam. Faciebant enim tetortia siue papilionem quae necessaria erant indigentibus terre. propter immoderatum calorem. vel comestantibus. Et dicatur ars scenofactoria. a scenos quod interpretatur umbra. vel secundum alios a scenos quod interpretatur funis. Erant enim funicularij. Et cum venissent silas et thymotheus de macedonia vbi dimiserat eos predicabat paulus instanter verbum euangelij coadiuuantibus illis. Et vilipendentibus iudeis predicationem. iuxta quod preeparat dominus excussit puluerem de pedibus in testimonium dicens illis. Quid sum a sanguine vestro quia quantum in me fuit. volui vos reuocare ab impietate vestra. Sed quia pertinaces estis transiit ad gentes. Et migrans inde transiit ad domum cuiusdam gentilis nomine titi. cuius domus erat coniuncta sinagoga. Nec est intelligendum hoc de tito. cui apostolus epistolam scripsit qui eius fuit discipulus. quem etiam circenses. m. alias cretensem episcopum ordinauit. Et conuersus est crispus archisynagogus cum vniuersa familia sua. ille scilicet de quo apostolus ait scribens ad corinthios. Gratias ago deo

## Actuū apostolorum.

meo. quia neminem ex vobis baptizavi nisi crispu & gaium. Et multi corinthioꝝ audientes cōuersionē eius crediderūt et baptizati sunt. Et apparuit dñs paulo p visionē dicens. Noli timere sed loquere & ne taceas. quia ego tecū sum. & nemo apponet manū vt noceat tibi. & fuit ibi p annum & sex menses. ¶ Quid iudei concitauerūt gallionē in paulū. C.XCV.

**R**esurrexerunt ergo vnanimiter iudei in paulū. & traxerunt eū ad p̄sentiam gallionis qui erat p̄curator achate regionis. in qua erat corinth⁹. Et accusauerūt eū q̄ cōtra legē p̄dicaret. & loquutus est gallio ad eos. Si argueretis hominē istū de aliquo scelere manifesto. sup̄ eū iudicarem. Sed qz disceptatio ē de lege vestra. nō curo iudicare. Et videntes gentiles q̄ nō faueret p̄curator pri iudeoꝝ. corā eo apprehenderūt sostenen p̄ncipem sinagoge. & p̄cutiebant eū. & nihil horū erat cure p̄curatori. ¶ Paulus autē cū adhuc sustinuisset dies multos. & esset in cecenis. qui est portus corinthi ascensur⁹ nauem vt nauigio veniret in siriā. torondit comam quā nutrierat. qz fuerat nazareus ex voto. Nazarei enim ad tēpus ex voto comā nutriebant. & cōpleto tpe voti radebant. & in ignē sacrificij ponebant. Quidā codices habent toronderūt. Cū quidā hoc referūt ad aquilā & priscillam. Sed augustinus & hieronimus ad paulum hoc referunt. ¶ Quid paul⁹ disputabat ephesi cōtra iudeos. C.XCVI.

**E**t venit paulus in siriā ducens secū aquilam & priscillam. Et cū venissent ephesum. ingressus sinagogam disputauit cū iudeis. Et rogantibus illis vt cū eis amplius maneret nō consensit. Sed valefaciens fratribus p̄fectus est ab epheso. dimittens eis aquilā & priscillam. & ipse pambulauit galaciam & frigiam confirmando fra-

tres. Et cum essent ephesi aquila & priscilla. venit ephesum quidā iudeus nomine apollo alexandrinus genere. vir facund⁹ & pitius in scripturis. Iste baptizat⁹ erat baptismo iohannis. & iam credebat christū esse messiam in lege p̄missum. & recte sentiebat de patre & filio. sed nihil adhuc audierat de spiritu sancto. Et cū videret eū aquila & priscilla fiducialiter p̄dicantem. assumpserūt eū. & diligentius exposuerūt ei vnū deū. Et cum baptizauerint eū baptismo christi. nō legit. Cū autē vellet venire corinthū. aquila & priscilla & ceteri fideles qui erāt ephesi. scripserūt fidelibus qui erant corinthi. vt susciperent eū. nec abhorrerent eū tanq̄ iudeum. Et cū venisset corinthum. multū cōtulit fratribus qui erāt corinthi. Vehementer enī iudeos conuincebat. vnde multum cōfirmati sunt fratres.

¶ Quid baptizati sunt qui baptisma iohannis acceperant. C.XCVII.

**A**ctuū est autem cum apollo esset corinthi vt paulus paganis superioribus parabus veniret ephesum. & inueniret quosdā discipulos a iohāne baptizatos. nondū tñ confirmatos. qz post baptismū nō acceperant manus impositionē. & interrogauit eos. Accepistis ne spiritū sanctū credētes. i. manuū impositionē qua daf spirit⁹ sanct⁹? Ad quem illi. Sed nec de spiritu sancto mentionē audiuiimus. Ad quos ille. Nō sufficit baptism⁹ iohannis. Et statim baptizati sunt in nomine dñi iesu christi. Et cū imposuisset eis manus post baptismū acceperunt spiritū sanctū. & loquebantur varijs linguis. Et quidā eorū p̄phetabant p̄dicantes futura. Erant autē omnes fere xij. forte. xi. vel. xij. erant. & est appositum fere ad temperamentum. Et predicauit ibi apostolus cū fiducia p̄ tres mēses. disputans & suadens de regno dei. Et que pri⁹ prohibitus fuerat a spiritu sancto p̄dicare

in asia minori. nūc eodem spiritu sancto inspirate p̄dicabat ephesi. Ex quo patet q̄s ammiranda sunt iudicia dei. Cū autē p̄dicaret ephesi. quidam obstinati et incredulitate p̄naces. maledicebāt doctrine eius coram multitudine. Discedēs autē ab eis segregauit secū discipulos. disputans in scola cuiusdā tyranni id est nobilis. vel forte nomē p̄riū est illius. a quo conduxerat domū. in qua docebat discipulos suos. tanq̄ regens scholas. et hoc fecit p̄ bienniu. Et in eodē biennio scripsit epistolā primam ad corinthios. Et faciebat de magnas et multas virtutes p̄ manus eius. ita vt sanarent languidi quib̄ supponebant semicincia. vestes tantum ab vno latere pendētes. vel quedā zone. vel quedā capitis ornāmēta. vel quoddā genus sudarij quo hebrei vtunt. quo laborantiū sudor abstergitur.

**De potestate nois iesu. C.XCVIII.**

**U**idētes autem quidā exorciste q̄ ad inuocationē nominis iesu pauli eijceret demones cogitauerūt vti eadem forma verborū ad eiectionē demonis. q̄ licet p̄ exorcismos salomonis demones eicerēt. nō tñ absq̄ labore multo. sed quibusdā herbis et gemmis adhibitis. vt tradit iosephus. Et q̄ facilius eijcerēt demones. adiurabāt eos in hūc modū. Adiuro vos p̄ iesum quem paulus p̄dicat. et sic eribant demones ab obsessis. Erant autē septē filij sceue principis sacerdotū. qui p̄cipue adiurabant demones in hunc modū. Et dñi quadā die adiurarent demonē vt exiret de corpore obsesso. respōdit eis demon. Iesum noui. et paulū noui. sed vos qui estis? Et insiliēs i eos. verberauit eos egregie. Et increpuit fama p̄ vniuersam regionē. et incussus est timor omnibus exorcistis et magis. vt nō auderent amplius in hūc modum demones adiurare. Et congregati sunt oēs magi qui p̄ artem magicam impabāt de-

monibus. et combusserūt libros suos ante pedes pauli. Postea pauli p̄posuit ire hierosolimā. et inde romā. Premisit autē thimothēum et erastū in macedoniā. ad preparandas collectas quas erat delaturus in hierusalē. Ipe autē ad tēpus remansit in asia minori. **De tumultu excitato p̄ demetriū. C.XCIX.**

**F**acta ē in tempore illo turbatio magna i epheso. Demetrius enim argētarij qui faciebant edes et imagines argēteas diane conuocauit opis eiusdē opifices. et locutus ē eis in hūc modū. Scitis quia de huiusmodi artificio multū nobis lucrum cōparamus. Si q̄ inualuerit doctrina doctrina eius nihil amplius lucrabimur. et etiā templū magne diane p̄ nihilo reprobabit. et maiestas eius destruet quā veneratur vniuersus orbis. Et statim ira repleti clamauerūt vnanimiter discurrētes p̄ ciuitates. Magna diana ephesoz. Et raptogaiō et aristarcho socijs pauli. cōtraxerunt eos in theatrū. spectaculū scz in quo rei puniebant. Et cū paulus hoc audito vellet venire in theatrū. nō formidans se morti obijcere. dissuasum est ei a quibusdā amicis suis p̄pter cōuentum populi. Postq̄ autē cessauit tumultus. vocatis paulus discipulis exhortat eos. et valefaciēs eis p̄fectus est in macedoniā. et inde athenas. Ubi cum fuisset tribus mensibus. posite sunt ei insidie a iudeis in syriam nauigaturo. scientibus q̄ deferret collectas. Olim cum esset vacuus viator. non p̄posuerunt illi insidias. Habuit igitur consilium vt reuertetur in macedoniā. vt ita vitaret insidias. Quidam enim de socijs eius p̄fecti sunt recta via. Et p̄cedētes nos dicit lucas sustinuerūt nos troade p̄ circuitū veniētes. Nos vero nauigauimus post dies a minorum

## Actuū apostolorū

philippis. que est prima ciuitas macedo-  
nie. et in quinque diebus uenimus troadem  
ubi demorari sumus septem diebus. Una  
autem sabbati cum pendinaremur. disputa-  
bat paulus cum eis in crastino profecturus.  
et praxit sermonem in media nocte. et erant  
lampades copiose in cenaculo ubi congre-  
gati eramus.

**De mortuo resuscitato a paulo. C.C.**

**E**t cum sederet

quidam adolescens super fenestram  
et grauaret somno. cecidit de tercio cena-  
culo deorsum. et sublatus de terra oblatus  
est paulo mortuus. et dicebat euticus. Ad  
quem cum descenderet paulus incubuit super  
eum. et complexus eum ait. Nolite turbari.  
Anima enim ipsius in eo est adhuc. Hoc  
autem ait. ut tollet desperationem ab eis.  
Simili uerbo usus est dominus dicens. Quia  
illa non est mortua. sed dormit. Et suscitatus  
est adolescens. et gustauit cibum et confortatus  
est. Sic inter uerba predicationis occurrit  
ocasio curationis. ut ostensione miraculi  
confirmaretur doctrina pauli. ut acius infi-  
geret eorum mentibus memoria magistri ab  
eis discessuri. Nos autem ascendentes dicit  
lucas nauigauimus in asson. ut ibi expecta-  
remus paulum. sicut enim disposuerat per  
terram interim iter facturum. Et cum redisset  
ad nos. assumpto eo uenimus miletum.  
Proposuerat enim paulus in transitu na-  
uigare ephesum. mortuum non facturum. Festi-  
nauit enim si possibile esset. ut in die pen-  
thecostes esset hierosolimis. A miletum tamen  
non nauigauit. sed misit ephesum. et uoca-  
uit maiores ecclesie. Et uocati uenerunt  
miletum. et exhortatus est eos dicens se ascen-  
dere hierosolimam. Ecce inquit alligatus  
sum. id est spiritu sancto ad id me coartatus  
te uado in hierusalem. quoniam uentura ibi mihi  
sunt ignozans. licet spiritus sanctus mihi per  
alios preffert. quia uincula et tribulationes  
me ibi manent. Aliis enim reuelauerat spiri-  
tus sanctus de ipso quod non ipse. Sed nihil

inquit horum uereor. nec facio animam meam.  
id est uita temporalis preciosior quam me. id est anima  
mea. dummodo consummum cursum meum. et  
ministerium quod accepi a domino iesu testifica-  
ri euangelium gratie dei. Et nunc ecce scio  
quod amplius non uidebitis faciem meam. Et  
post multam exhortationem positis genibus  
una cum omnibus illis orauit. Et prostraten-  
tes super collum pauli flentes osculabantur eum.  
dolentes maxime de eo quod dixerat. quoniam fa-  
ciem eius non erant amplius uisuri. et dedu-  
xerunt eum usque ad nauem. Et abstracti ab eis  
transeuntes multas urbes et regiones ue-  
nimus tiron. ubi mansimus. uij. diebus. in-  
uentis ibi discipulis quibusdam. per spiritum  
prophetiam paulo predicantibus. quoniam illi euentu-  
ra erant in hierusalem. et dissuadentibus ne  
ascenderet. Postea profectus sum. deducen-  
tes nos omnibus cum uxoribus et filiis uicibus  
foras usque ciuitatem. Et ualefacientes eis  
ascendimus nauem. Illi autem redierunt in sua.  
Nos autem ascendimus per tholomaidem. et salu-  
tatis fratibus mansimus cum eis una die.

**De hoc quod agabus paulo predixit. C.CI.**

**A**ltera autem die

uenimus cesaream. et introiimus  
domum philippi diaconi. Quic erant quattuor  
filie uirgines prophetisse predicantes paulo  
quod erat ei euenturus in hierusalem. Et cum  
moraretur ibi per aliquot dies. superuenit pro-  
pheta de iudea nomine agabus. Qui cum  
uenisset ad nos tulit zonam pauli. et ligans  
sibi manus et pedes ait. Hoc dicit spiritus  
sanctus. Virum cuius est hec zona sic alliga-  
bitur in hierusalem iudei. et tradetur in manus  
gentium. De caudientes rogabamus nos et  
qui erant loci illi. ut non ascenderet in hieru-  
salem. Et respondit. Quid flentis affligentes  
cor meum? Ego non solum alligari sed etiam  
mori in hierusalem paratus sum propter no-  
men domini iesu christi. Et cum non possemus ei  
dissuadere quieuiamus dicentes. Domini  
fiat uoluntas. Postea preparati ascendimus  
hierusalem. et nonnulli de discipulis qui

erant in cesarea nobiscum adducētes iasonem hospitem nostrū. Et cū venissem⁹ hierusalē libenter excepunt nos fratres. Sequēti autē die introiit paul⁹ nobiscū ad iacobū qui erat ep⁹ hierosolimoz. de quo dicit beda sup hūc locū. q. xxx. annis vixit ecclesiam hierosolimoz. scz vsqz ad. vii. annū neronis. qui scōm iosephuz excerebratus est p̄ica fullonis. Beda dicit qz p̄cipitatus est de tēplo. Alibi legit lapidatus. Et potuit esse. qz postqz p̄cipitauerūt eū. lapidauerūt eū quasi vile cadauer. Sed cum beda dicat mortū iacobū septimo anno neronis. palam est. nō esse autenticū qd legit in epistola clementis. qui iuxta tenorez illius epistole dicit sibi esse mandatu⁹ a petro. cui successit in apostolarū. vt post ei⁹ mortē iacobo episcopo ep̄las destinaret. vt ab eo instrueretur. Sed cum iacobus episcopus mortuus sit septimo anno neronis. ⁊ pet⁹ vixerit vsqz ad. xiiij. cōstat hoc nihil esse.

De hoc qd obrulit de cōsilio scōm legem. C. CII.

**Q**uoniam autē intras ser paulus ad iacobum. collecti sunt seniores. Quibus salutatis narrabat p̄ singula q̄ ⁊ quanta fecerat de⁹ i gētib⁹ p̄ eius ministeriū. Qui cum audiscent magnificabant deū. ⁊ dixerūt paulo. Quides frater quot milia sūt i iudeis qui crediderūt. Omnes tñ adhuc sunt emulatores legis. volētes pariter cū fide suscipra obseruare legalia. ⁊ audierūt de te qd p̄dices abolitiones legis. et eis odibilis fact⁹ es quasi destructor legis moisi. Cōueniet ḡ multitudo audiēs te supuenisse. Unde cōsulimus tibi vt sacrifices scōm legē. cū. iij. qui habent votū sup se. vt sic appareat falsa opinio. que increpuit de te Et stauerūt de ei⁹ consensu. vt iudeis ad fidē conuersis nō phibere⁹ obseruatio legalū. dumtaxat ne ponerent spem i eis. Et distingue q̄tuor sinodos in primiti⁹

ua ecclesia hierosolimis celebratas. Primam de substitutione marthe loco iude. Secundam de electione. vii. diaconoz. Terciaz a legalib⁹ qua statutū est cōuersis ad fidem et gentibus. nō esse imponēdū onus legalū. quando ascēderūt paulus ⁊ barnabas de antiochia in hierusalē. Quartā de qua hic agit. qua statutū est nō phiberi iudeoz a legalib⁹ obseruantijs. dummodo nō ponerēt spem i eis. Qd ligatus est paulus a p̄sīde ad da morem iudeozum. C. CIII.

**P**ostera die purificatis paulus cū quatuor viris intrauit templū cū eis. ⁊ obrulit oblationē suam sicut alij. Cōsummaris autē septē diebus. iudei qui venerūt de asia p̄sequētes paulū cū vidissent eū i templo. quia viderant trophimū ephesum teambulante cū eo p̄cūitate. putauerūt qd intruderisset eū i templū hominē scz gentilē. ⁊ concitauerūt omnē populū contra eum. ⁊ iniecerūt manus i eū dicentes. viri israhelite adiuuate. Dicenim est homo. qui cōtra populū ⁊ legem ⁊ locū istū p̄dicat vbiqz terraz. ⁊ insup gentiles iudicat i templū. ⁊ cōtaminauerunt locū sanctū. Cōmota est ḡ vniuersa ciuitas et facta ē dissensio populi. Et apprehendentes paulū traxerūt extra templū. ⁊ querētib⁹ eū occidere nūciatū est tribuno cohortis scz claudio lisie. qui missus fuerat a felice p̄sīde. Et cū assumptis militib⁹ ⁊ centurionib⁹ occurrisset. Quidentes eum desierunt p̄cutere paulū. Et apprehendit paulū. ⁊ iussit eū ligari catenis duab⁹. donec de causa ei⁹ cognouisset. Et cū non posset audire p̄ tumultu. iussit eū duci i castra scz i turrim regiaz. Et cū venisset ad gradū. forte ad gradum templi vel ad gradū dom⁹ p̄rie. portabat paulus a militibus. p̄pter imperiū populi. sequebatur enim omnis populus clamās. Tolle eū ad mortē scz. Et cū induceret paulus i

castra. ait tribuno. Licet mihi loqui aliquid ad te: Ad quē tribunus. Nostis grecam linguā. Ait. Noui. Locutus ē enim tribunus grece ne iudei intelligerēt. Nūquid tu es egiptius ille qui ante hos dies cum multo cōcitauit. et reduxit in desertū quattuor milia viroz sicarioz. Iosephus dicit quod cum pluribus milibus. et posuit primo venire cum paucioribus postea habere plura. **De egiptio qui populum seduxerat. C.CIII.**

**E**giptius iste per artem magicam sibi compauerat nomen pphete. et cōgregatis triginta milibus iudeoz eduxit eos per desertū vsqz ad montē oliueti. volens irruere in hierusalē vt eā caperet. Sed occurrēs ei felix pphes cum multis milibus armatoz fugauit eū cum paucis. et alios occidit. Respondens paulus tribuno ait. Homo sum iudeus nō egiptius. a tharso cilicienō ignote ciuitatis municeps. Nō est natus tamē in tharso. sed in opido galilee noie giscallo. Quo capto a romanis trāsflatus est tharsum cum parētibz. et ibi educatus. Unde ab educatione se dicit tharsensem. licet in giscallo fuerit natus. sic xps nazareus dicitur. licet in bethelem sit natus. Nō est educatus in tharso. sed in municipijs adiacentibus ciuitati. vñ nō vocat se ciuē sed municipē a municipio et territorio ciuitatis in quo nutritus est. Dicunt autē municipia vicina rura ciuitatis. que munera debita vel tributa soluūt ciuitati.

Quōd cognitus a populo pmissus est loqui presidi. C.CV.

**I**n sequētibz autē magis declarat quare se dixerit paulus ciuem romanū. et est summa. quod pater suus pro obsequioz diligentiam sibi compauerat gratiam romanorū. et donatus est ab eis romana libertate. vt putaretur ciuis romanus ipse et heredes sui. et sic iure hereditario ha-

bebat paulus confortiū romane ciuitatis. Rogo igitur te pmitte me loqui ad populū. Et pmissus cepit loqui hebraice. Quōd audientes magis pstitērūt ei silētiū. Viri fratres ego sum hebreus natus in tharso cilicie. nutritus in hac ciuitate secus pedes gamalielis. et ab eo eruditus. et fui emulatoz legis sic et vos. et persecutus sum christianos. Cuius rei testis ē mihi princeps sacerdotū. a quo accepi liras in damasco. vt si quos ibi inuenire christianos. vivos produceret in hierusalē. Postea persecutus est quōd percussit eū dñs cecitate in via. quō conuersus et baptizatus ab anania. quō post multū circuitum de damasco rediit in hierusalē. Et dū oraret in templo factus est in extasi. et vidit et audiuit xpm dicēre sibi. Festina et exi velociter de hierusalē. quod nō recipient testimoniū tuū de me. Ad quē ipse respondit. Dñe ipi sciunt quod persequebar sectatores nois christiani. et interfui lapidationi stephani custodiens vestimēta lapidatiū. q. d. Debet eis sufficere hoc exemplū conuersionis mee. Et dñs ad eū. Glade quoniā ad nationes mittā te longe. q. d. Nec propter hoc credēt tibi iudei. ideo mittā te ad gētes quod tam longe cogit animo a iudeis sunt longe.

Quōd paulus ciuem romanum se fecit Capitulum. CVI.

**Q**uoniam vsqz ad hoc verbū in silētio audissent eū iudei. audito quod destinatus esset gentibus. vnanimiter vociferati sunt. proiciētes vestimenta sua. et puluere iactantes in aera pro magnitudine tristitie. quasi furore exprimentes. dicētes tribuno. Tolle de terra hominē huiusmodi. Nō est enim fas eius audire. Et iussit eū tribunus induci in castra in turrim scilicet illā quod dicebat antonia. et agrippina. et cedi flagellis et torqueri. vt ita nō occideret eū tormentis eius fariati. Et cum astrinxissent eū loriz. dixit paulus astare ceterione. Licet vobis flagellare hominē

tuffum indemnatum. id est de nullo rea-  
 ti ordine iudiciario conuictū. Quo audi-  
 to accessit centurio ad tribunum dicens.  
**Quid facturus es?** Hic homo ciuis ro-  
 manus est. Et accedens tribunus ad pau-  
 lū. quesit ab eo an romanus esset. Et con-  
 fessus est. Et ait tribunus. Ego multa sū-  
 ma pecunie hanc ciuitatē emi. Ego in-  
 quit paulus. I ea natus sum. quia pater suus ut  
 praxitū est antequam gigneret eū. comparata  
 sibi grā romanorum. ciuitate romanorum do-  
 natus ē ab eis in se et in heredibus suis. Et  
 statim discesserunt qui erant eū torturi. quia ti-  
 muit tribunus audire quod esset ciuis roma-  
 nus. **De scismate orto inter iu-  
 deos ex industria pauli. C. CVII.**

**P**ostera autē die  
 volens scire diligenti⁹ causam ac-  
 cusationis pauli soluit eū et iussit conueni-  
 re sacerdotes. et esse conciliū. Et produ-  
 cens paulū statuit eū inter eos. et cepit paulus  
 palam loqui concilio. Viri fratres inquit  
 ego omni cōsciētia bona cōuersatus sum  
 apud deū vsq; in hodiernū diem. Et sta-  
 tim princeps sacerdotū ananias precepit  
 astantibus. ut paterēt os ei⁹ quasi impudē-  
 ter gloriantis. Ad quē paulus. Percuti-  
 et te deus paries dealbate. q. d. Iudica-  
 bit in te de⁹ o ypoctita. qui cū sedes sup  
 cathedra moysi. quasi scdm legem videris  
 iudicare et iudicas cōtra legē. quia cū me re-  
 putes blasphemū. nō me iudicas legis or-  
 dine. q. precipit blasphemus extra castra  
 educitū ab omni populo lapidari. **Et for-  
 te phetavit paulus de abolitione sacerdo-  
 tū iudeorum. dicens. Percutiet te de⁹. q. d.  
 destruet te de⁹ et sacerdotiū tuū. sacerdo-  
 tū scilicet iudeorum. Tūc qui astantes dixerunt.  
 Summū sacerdotem maledicis? Tūc  
 paulus ait. Nesciebā fratres principem  
 esse sacerdotū. reuera si hoc scire. re⁹ essey.  
**Scriptū ē enim. Principem populi tui  
 nō maledices. Et si quis iustice ait se nesci-  
 re. i. sacerdotiū iudeorum reprobatum esse.****

Sed licet non erit hunc nō esse vere prin-  
 cipē sacerdotū. tū tempore vidit. instru-  
 ens alios ut modestius se haberēt erga p-  
 latos suos. Tūc timēs paulus impetum  
 iudeorum. excogitauit quō moueret scisma  
 inter eos. Et cū p̄sentes essent pharisei et  
 saducei. corā oībus p̄fessus ē se esse de se-  
 cta phariseorum. ut ita conciliaret sibi aīas  
 eorum. et eorum bñificio euaderet manus aliorum.  
 Et cū p̄fessus esset. facta ē dissensio ma-  
 gna inter phariseos et saduceos.

**Quō dñs cōfortauit paulū. C. CVIII**

**E**xurgentes

quidā phariseorum. pugnantē  
 p̄ paulo cōtra saduceos dice-  
 res. Nihil mali inuenim⁹ in homine isto  
 Quid si spūs locutus est ei vel angelus?  
**Doc autē cōtra saduceos dicebāt. negan-  
 tes angeli esse vel spiritū vel aīam. Et cū  
 facta esset tanta dissensio. timēs tribunus  
 ne discerneret paulus a saduceis scilicet volen-  
 tibus eū rape. iussit milites descēdere et  
 rape eū de medio eorum. ac ducere in castra.  
 et sic factū est. Sequenti autē nocte appa-  
 ruit dñs paulo dicens. Cōstans esto. sicut  
 enim testificatus es de me in hierusalem.  
 sic oportet te et rome testificari.**

**Quomodo conuictū est in mortem  
 pauli. C. CLIX.**

**H**ic autem die

collegerunt se quidā ex iudeis. et  
 deuouerūt se maledictioni. si comederēt  
 vel biberēt donec occiderēt paulū. p̄ quo i-  
 greco habet anathemam iauerūt. Et erāt  
 plus q̄. xl. viri qui hāc cōiurationem fece-  
 rant. et accesserūt ad principes sacerdotū  
 et seniores dicentes. Deuotione deuoni-  
 mus nos nihil gustaturos. donec occida-  
 mus paulū. **Peruadere q̄ tribuno ut ad-  
 huc producat eū in mediū ad vos. ranq̄ ali-  
 quid sitis certi⁹ cogniturū de eo. Nos x̄o  
 parati erim⁹ interficere eū. Forte hoc au-  
 diens nepos pauli fili⁹ sororis ei⁹. intra-**

## Actuū apostolorū

uir in castra. et nūciauit hoc paulo. Et aduocans paulus unū de centurionibus ait. Adolescentē hūc pducad tribunū. habet enim aliquid indicare ei. Et cū venisset adolescentēs ad tribunū. exposuit dolos et insidias iudeorū cōtra paulū. Tūc dimittens adolescentem tribunū. pcepit ei ne alicui hoc reuelaret. Et cōuocatis duobus centurionibus ait illis. Parate milites ducentes. ut eant vsq; cesareā pedestres et equites. lxx. scz qui nō eant pedestres. et lancearios ducentes a tertia hora noctis. et parate iumenta. x. paulo et comitibus suis. et perducate eū sanū et incolumem ad felicē p̄sidentem. **¶** Quō ante p̄sidentē contra terulliū oratorē cōtendit. C.CX.

**R**ep̄sidentē quoq; tribunū p̄sidentē epistolā i hūc modū. Claudius lissias optimo p̄sidenti felicī salutē. Nec seruauit qd̄ in epistolis n̄is seruauit. Nō enim excellētiore p̄sone p̄miserit nomē. imo nomē suū qui erat inferior p̄sone p̄sidentē. Postea exposuit in epistola causam accusationis pauli. et modū et ordinē actionis. Cūq; venissent cesaream nūcū cū paulo. tradita epistola p̄sidenti statuerit paulū ante eū. et epistola plecta. cognito q̄ esset de cilicia. ait p̄sidentē. Audiāte cū accusatores tui uenerint. et iussit eūz custodiri in p̄torio herodis. Post quinque autē dies descendit princeps sacerdotum ananias cū senioribus. et cū oratore quodā tertullio qui esset aduocat⁹ eorū. Et posuit tertullius ante felicē. et i multis accusauit paulū. Postea annuere p̄sidentē spondit paul⁹. ostendēs qz nihil dignum morte cōmiserat. et q̄ p̄sequebant eūz iudei p̄ ueritate. scz q̄ p̄dicabat resurrectionē. Et audito q̄ esset cōtrouersia de lege eorū. p̄sidentē ait. Audiāte uos cū tribun⁹ lissias descenderit. Et iussit paulū esse i libera custodia. ut libere posset ingredi et egredi et deambulare. et nō phibere quibz de suis ei ministrare. Post ali-

quot 40 dies uenit felix cū uxore sua drusilla. et uocauit paulum. Ista drusilla iudea erat pulcherrima. quā olim concupierat lazirus rex amazonū. Et cū uellet eaz ducere. negauit. dicēs qz nullo modo nuberet incircūcisō. Postea ille circūcidit se et duxit eam.

**¶** Quō felix uoluit pecuniā extorquere a paulo. C.CXI.

**Q**uō autē missus esset felix a claudio p̄sidentē iudee. sollicitabat eā p̄ iudeos ut nuberet ei. Et tandē inducta ē ad hoc exemplo cognate sue beronice. q̄ olim dimisso uiro suo. nupsit ditioni. scz agrippe regi filio herodis agrippe. qui habebat terraz ultra iordanē. Dimisso igitur priori uiro scz lazito rege amazonū. nupsit drusilla felicī. **¶** Dec drusilla qz iudea erat libenter audiebat paulū de fide q̄ ē in iesum xpm. Et cū disputaret paul⁹ de iusticia et castitate et iudicio futuro. tremefact⁹ ē p̄sidentē audiēs se iudicandū. Et ait paulo. Glade tpe oportuno accersia te. **¶** Hoc autē dicebat. sperās se aliquid ab eo accepturū. **¶** Putabat enim paulū habere pecuniā. vñ frequētius eūz accersies loquebat cū eo. Biennio autē cōpleto successit fest⁹ felicī missus a nerone. Si autē intelligat biennio a p̄sidentē felix nō poterit stare. cū a lōge retro cōstitutus esset p̄sidentē a claudio. Fest⁹ autē missus est a nerone qui successit claudio. Si autē intelligat biennio ab accusatione pauli. nec sic poterit stare. **¶** Non enim adhuc fluxerant duo anni ex quo uenerat in hierusalem. **¶** Intelligendū ē q̄ biennio ab accusatione felix. ex quo scz accusat⁹ est a iudeis.

**¶** De seditione inter iudeos et gentiles. Capitulum CXII.

**O**cta est enim dissensio inter iudeos et gentiles i cesarea de honore ciuitatis. Iudei enim prefebant se gentilibus. qz herodes ascalonita qui circūcisionē accepit fuerat cōditōr ciuitatis.

nitatis. et appellauerat eam cesaream in honore cesaris. Gentiles se prebent iudeis dicentes. quod a gentibus facta est primaria edificatio ciuitatis. quam antequam reedificaret ab herode. dicta est pirgo stratonis. Felix autem primo fouit pre iudeorum. donec exhauserit marsupia eorum. Postea fouit pre gentium. in tantum quod milibus gentium dedit licentiam intrandi domos iudeorum. et diripiendi bona eorum. Cum accusatus est a iudeis ad nerone. et biennio ab accusatione amorum est a prefidatu et subsisturus est ei festus. Golenus autem in fine prefidatus sui placere iudeis. reliquit paulum vincitur. Festus autem cum venisset in puincia post triduum ascendit hierosolimam a cesarea. et rogauerunt eum principes sacerdotum et primi iudeorum. ut iuberet adduci paulum in hierusalem. parates ei insidias ut occideret eum in via. Festus autem respondit se in cesaream viatenu descenditurum. et eorum accusationem si pariter descenderent ibidem auditurum.

De appellatione pauli. C. CXIII.

**D**Oratus autem festus in hierusalem paucis diebus. descendit in cesaream et sedit per tribunali. et per ductus est paulus in medio. et accusatus est multis ab his qui ascenderat de hierusalem. Et non poterat probare quod obiebant ei. paulo in omnibus rationem reddere. Festus autem volens placere iudeis ait paulo. Vis ascendere in hierusalem. et de his iudicari apud me. Ad quem paulus. Ad tribunal cesaris esto. vbi oportet me iudicari. Erat autem sedes in cesarea iuxta quam stabat paulus. quam parauerat herodes cesari ut in ea sederet si quando veniret in cesaream. vel quos mitteret iudices. Et excusabat se paulus dicens. Iudeis non nocui sic vestris. Si quid dignum morte commisi. volo mori. Si vero nihil commisi. nemo est qui audeat me tradere illis. quod cesarem appello. Tunc festus cum consilio respondens ait. Ad cesarem appellasti. ad cesarem ibis.

De hoc quod agrippa rogabat festum. Capitulum. CXIII.

**E**t cum dies aliquot transacti essent. descendit agrippa in cesaream cum uxore sua beronice. Iosephus dicit de beronice. Non est intelligendum. quod fuerit uxor eius sed quasi uxor. Erat enim soror eius. id est cognata secundum ideoma hebreum. et tenerrime eam diligebat. et imponebat ei quod abutebat ea. Descendit autem rex agrippa in cesaream. audito quod ibi esset festus ut accusaret iudeos apud eum. Iste namque agrippa infestus erat iudeis. quod cum accepisset potestatem a romano imperatore constituendi summum sacerdotem in hierusalem. constituebat eos sacerdotes qui non erant aaronite. Fecerat enim in palacio suo fenestram eminentem. unde poterat videre quecumque fiebant in templo sacrificia. Quod moleste sustinentes iudei fecerant oppositum murum fenestre eminentioris fenestra. Venerat ergo specialiter agrippa. rogaturus festum ut murum illud obrueret. Causam tamen descensus agrippae in cesaream. non habes in historia actu sed iosephus supplet.

Quomodo porauit paulus coram festo et agrippa. C. CXV.

**Q**uoniam descendit festus agrippa. honorifice receptus est a festo. et cum per dies plures moras fecisset cum eo consuluit eum quid faceret de paulo. Et exposita ei accusatione iudeorum contra paulum. respondit agrippa se velle videre paulum. Altera die venerunt agrippa et beronice cum multa ambitione. id est cum multa turba eos ambiere. vel cum multa ambitione. id est cum multiplicitate apparatu. vel cum multa ambitione. id est cum multo desiderio ambiendi paulum. Et cum introisset auditorium cum tribunis. et viris principalibus ciuitatis. iubente festo adductus est paulus. et dixit festus. Agrippa rex et vos omnes qui adestis simul videte hunc super quo vniuersa multitudo iude

# Actuū apostolorum.

orum interpellauit me hierosolimis dice-  
res eū dignum morte. Ego autē uibil i eo  
dignū morte inuenio. Ideo cū appellaue-  
rit ad augustū eū romā mittere decreui.  
**S** Irrationabile mihi uidet mittere ali-  
quē vincitū. et causam ei non significare.  
Ideo cōsulo te sup hoc rex agrippa. qz nō  
habeo quid certū scribā de eo. Tūc agrip-  
pa ad paulū. **D**emitto tibi loqui pro te  
Lūc paulus extēsa manu more cōtionan-  
tū vel ad faciendū silentiū. cepit de oib⁹  
reddere rationē. sup quib⁹ accusabaf a iu-  
deis. **B**eatū inquit me reputo rex agrip-  
pa. qz in audiētia tua sum responsurus.  
cū peritus sis in lege moisi. et noueris cō-  
suetudines iudeoz. **P**ropter qd obsecro  
ut patienter me audias. **E**t persecutus est  
modū cōuersionis sue. et sup quo accusa-  
retur a iudeis. **E**t post multos sermones  
pauli. rēdit festus magna uoce. **I**nfans  
paulē. multe lēte faciūt insanire. **N**ō in-  
fānio inquit paulus oprime feste. sed so-  
brietatis et ueritatis uerba loquor. **S**cit  
enim rex agrippa in cui⁹ p̄sentia loquor.  
**N**ihil em̄ horū eū latere arbitror. **N**ec em̄  
quicqz in angulo factū est. **C**redis agrip-  
pa p̄phetis? **S**cio quia credis. **A**d quem  
agrippa. **I**n modico suades me fieri chri-  
stianū. **A**d quē paul⁹. **O**pro apud deum  
nō tantū te. sed et omnes qui audiunt ho-  
die fieri tales q̄lis ego sum. exceptis vin-  
culis meis. **N**olo enim uincularos esse.  
**Q**uod paulus missus est romam. **C**api-  
tulum. CXVI.

**U**nc surrexit  
rex et p̄sel et heronice et qui assi-  
debant eis. **E**t cū surrexissent  
loquebant ad inuicē dicentes. **N**ihil di-  
gnū morte aut uinculis fecit homo iste.  
**E**t ait agrippa ad festū. **D**imitti poterat  
homo iste. si non appellasset ad cesarē. **E**t  
decreuit agrippa qz appellauerat mittēdū  
esse ad cesarē. **E**t traditus est paul⁹ iulio  
centurioni cohortis auguste militum. scz

qui missi fuerāt ab augusto. et pariter mi-  
serūt romā nūcios iudei cōtra agrippam.  
aduersus quē multas habebāt querelas.  
qz ut supra p̄trauimus. cōstituerat his  
mabelē summū sacerdotem cū nō esset de  
genere aaron. **E**t hic ponit ioseph⁹ carba-  
logū sacerdotū. qui fuerant ab institutio-  
ne sacerdotij vsqz ad terminū eiu s̄dē. sub  
distinctione triū temporū. **A**b aaron vsqz  
ad tempus dauid. et fuerūt singuli xxiij.  
alias. xij. vn⁹ post aliū in sexcētis. xij. an-  
nis. et succedebāt filij patrib⁹. primogeni-  
tus filius aaron scz eleazar successit ei in  
summū sacerdotiū. filius eleazari succes-  
sit ei. et ita in posterū. **N**ā de itamar nō  
erant summi sacerdotes sed minores nisi  
pauci circa tpa dauid. **N**ā in heli sacerdo-  
tiū translātū est ad filios itamar. **A**bia-  
thar quoqz erat de itamar quē deposuit  
salomon. et eius loco statuit sadoch de ele-  
azar. **Q**uod inciderent narrat de  
sacerdotibus iudeoz. C. CXVII.

**Q**uid autē uo-  
lēs ampliare cultū dei. uidēs  
qz nō sufficeret vn⁹ summus  
sacerdos ad ministratiōē. qz si infirma-  
res nō erat interim qui incēsum poneret.  
qd necesse erat singulis dieb⁹ offerri. in-  
stituit. xxiij. summos sacerdotes quoz se-  
decim de genere eleazar. viij. de genere itha-  
mar. **U**n⁹ tū illoz ex xxiij. summus erat  
qui dicebat princeps sacerdotū. **A**mmi-  
strabāt autē p̄ septimanas q̄ iure heredita-  
rio deuolute sunt ad posteros eorum. **E**t  
vnusquisqz. xxiij. summoz sacerdotū cū  
administrabat secū habebat. xxiij. minoz  
res sacerdotes. et toridē leuitas. et toridez  
ianitores. duplicato numero nathinneoz  
rū. **F**uerunt autē x. et viij. principes sacer-  
dotū. a tempe dauid. vsqz ad trāsmigra-  
tiōē babilonis. in quadringentis et s̄ra-  
ginta annis. **A** trāsmigra-tione autē cessa-  
uit sacerdotiū. vsqz ad reditū d̄ captiuita-  
te sub zorobabel et iesu magno sacerdote.

Et inde vsq; ad tpa machabeoz fuit tem-  
pus sacerdotij. Tēpus aut machabeozū  
nō deputat sacerdotio. qz idē erant duces  
z sacerdotes. z sic vsq; ad herodē qui fecit  
occidi quoz quoz inuenerat de genere sa-  
cerdotū. ne iterū ad eos deuolueretur re-  
gnū. Et vendebar summū sacerdotium.  
qñq; vni. quandoq; plurib; simul. Et fu-  
erūt omnino vsq; ad euerfionē hierusalē  
xxviij. sacerdotes. A tpe aut herodis vsq;  
ad euerfionē hierusalē nō ponit ioseph;  
summā annoz. sed cōstat fuisse centuz. v.  
cū herodes ante natiuitatez dñi triginta  
annis regnauit. z dñs trigintatribus an-  
nis vixit. z a morte dñi vsq; ad euerfio-  
nē hierusalē. xl. duo anni fluxerunt. Sz  
de his hactenus.

De tempestate in mari quam predixit  
paulus. C. CXVIII.

**Q**uaditus ē pau-  
lus iulio centurioni vt p̄paratū  
est. Et cedit dñs grām paulo i oculis ei;  
vt humane tractaret eum. nec phiberet  
amicos eius i ciuitatibus p quas transi-  
bat ei ministrare. Prosequit ḡ lucas de  
pgressu itineris. Ascēdentes inquit nauē  
adrumetinaz incepimus nauigare. circa  
asie loca. Quidā sillabizando volunt di-  
stringuere adrumetinaz. vt dicatur scōm  
eos nauis adrumetina. scz romā tendēs.  
sed melius a nomine ciuitatis dicit adru-  
mērina. Adrumetis enim est ciuitas af-  
frice. Postea enumerat lucas ciuitates  
p quas transibant. quas nō ē necesse enu-  
merare. nisi in quibus aliqua gesta sunt  
nō p̄mittenda. Inter cetera venerunt  
lustram. vbi habuit paulus plures ami-  
cos. qui ministrauerunt ei. Vbi inueniēs  
centurio nauem alexandrinam nauigan-  
tem in italiā. trāsp̄sult nos in eam. vt  
dicit lucas de nauē. scz quā prius ascēde-  
ramus nos trāsp̄sult in illā. Et cū mul-  
tis diebus nauigauimus lente. id est ven-  
to ire liberius phibente. tandem ad nauē

gauimus crete. z inde vix deuenimus in  
locū. qui dicit bomportus. z ibi multo tē-  
pore fuimus. nō ausi ingredi mare. cū nō  
esset apta nauigatio. eo qz ieiuniū p̄re-  
risset. id est fames magna in nauigio ad  
nauigandū. reddēs nauas infirmiores.  
Gel de ieiunio. vij. mēsis intelligi potest  
qd est inter diem p̄piciationis z scenophe-  
gie. scz inter. x. diē septembris. z. xv. z sic  
p̄bat non esse tutam nauigationem. qz iā  
erat septimus mēsis. qui inferius ē bie-  
me scōm hebreos. qui aprilē primū cō-  
putant. In hieme aut nō est tutum naui-  
gare. Gel potest intelligi d ieiunio insti-  
tuto in memoriaz mortis godolie. qd fit  
i fine septembris. Gel de ieiunio decimi  
mēsis. qd scz fiebat in ianuario. qd con-  
stituerunt auditis rumoribus de cōstru-  
ctione templi in babilone. Cum aut mo-  
lestum esset centurioni z alijs q non pos-  
sent nauigare. cōsolabatur eos paul;  
dicens. Viri video forte ex signis tempesta-  
tis vel in spiritu p̄phero. qz nō sine mul-  
to damno nō soluz hominis z nauis. sed  
etiam animarū vestrarum potestis naui-  
gare. Centurio aut magis credidit nau-  
clero si uenauiculario qz paulo id est dño  
nauis. Nauclerus em̄ dicitur. in cui; for-  
tē cadit dominiū nauis. Cleros em̄ fors  
dicitur. Hoc aut compulit centurionem  
magis credere nauclero qz paulo. qz pos-  
tus i quo erāt nō erat idone; ad bieman-  
dū. z ideo cōsulebāt oēs inde nauigare. si  
quo modo possent ad aliū portū puenire.  
qui magis esset idone; ad biemandū. Et  
cōtra cōsiliū pauli aspirāte austro ad por-  
tū p̄positum anxlātes. intrauerūt mare.  
Et cū aliquantulū p̄cessissent. insurgēs  
ventus tiphonicus. irruit cōtra nauē qui  
dicebatur euro aquilo. Dicitur aut ven-  
tus tiphonicus quasi inflans mare. z fa-  
ciens intumescere. Tiphos em̄ inter p̄raf  
inflatio. Et cū arrepta esset nauis. z non  
posset conari p̄rauentū. cessante remigio  
ferebamur i incertū decurrētes ad insulā

## Actuū apostolorum.

quandā q̄ dicitur cauda. et vix posuimus  
sustinere scaphā de nauī in mare depositā  
in adiutorii nauis. qz impetu fluctuū fe-  
re rapta ē. Scapha dicitur leuis nauicula  
de vna tñ arbore concauata. Vel dicitur  
modica nauis vitinea crudo corio tecta  
cuiusmodi vtuntur piratē. Et dicitur a sca-  
phon qd̄ interpretat̄ speculū. qz huiusmo-  
di nauibz vtuntur piratē ad speculandū et  
explorandū. et deserunt huiusmodi nauī-  
cule ī nauibz. et imminere naufragio de-  
ponunt in mare ad subueniendū nauī. qz  
his nauis acangit. et in punctu tēpesta-  
tis amant. Cū autē sic tēpestate valida ia-  
craret. sequenti die fecerūt iactū. id est eie-  
ctionē vtensiliū de nauī.

Quod constitutos in piculo paulus cō-  
forauit. C. CXIX.

### Et cum nec sol in

die nec ī nocte sidera apparerēt.  
ablata erat oīs spes salutis. Et cū fuisset  
diurnū ieiuniū forte volūtariū p̄ amo-  
uenda tēpestate. vel necessariū qz forte ar-  
tabant penuria victualiu. oibus pietis ī  
aquam. stans paulus in medio eorū dicit.  
Sanctū erat cōsiliū acquiescere mihi. et lu-  
ciferare iniuriā hāc et iacturā. Nūc tamē  
suadeo vobis bono animo esse. Certe esto-  
te qz nemo piclitabit ex vobis. nec parie-  
mini iacturā nisi nauis. Astitit enim mi-  
hi hac nocte angelus dei cui seruiō dicēs.  
Ne timeas paule. cesari oportet te assiste-  
re. Et ecce donauit tibi deus oēs qui nauis  
gāt tecū. i. merito tuo conseruabit. vt ne-  
mo ex eis picliceat. Propter qd̄ inquit bo-  
no animo estote. Credo enim deo meo.  
qz sic erit quēadmodū dictū ē mihi. et in  
insulā quandā oportet nos venire. Ideo  
autē de hoc p̄dicat eis veritatē. vt vidētes  
hoc implerūt. certi sperent salutem. Sed  
postq̄. xiiij. die nox supuenit circa mediā  
noctē suspicabant nauē apparere sibi ali-  
quā regionē. et submittere pondus plū-  
bi quo maris pfunditas explorat. inuene-

runt passus. xx. Et pusillum inde separa-  
ti. inuenerūt passus. xv. et timentes ne in  
aspera loca incidere. de puppi mittentes  
anchors. iij. optabant diem fieri.

De cōstantia pauli. C. CXX.

### Et cū vellent nauē

te auferre. dimittētes scaphā ī  
mare. vidēs hoc paulus in spiritu. ait cē-  
torioni et militibz. Nisi in nauī māserint  
homines isti. non potestis salui fieri. Et sta-  
tim milites absciderunt funes scaphę et  
abiit p̄ mare. Cū autē illucesceret dies ro-  
gabatur paulus omnes vt sumerēt cibū. vt  
fortiores essent ad laborē sustinendum.  
Quartadecima inquit dies est hodie. et  
quo expectatis serenitatez aeris. et mane-  
tis ieiuniū nihil accipiētes. Forte die illa  
nihil comederāt. vel forte dies plures si-  
ne cibo trāsierāt. Confortamini inquit. et  
cibū sumite. qz nec enā capillus de capite  
vestro p̄bit. Et hoc dicto sumebatur panes  
in cōspectu omnium cū gētarū actione iuxta  
more solitū. et cū fregisset cepit manduca-  
re. Alij quoqz anime quiores facti sūpsē-  
runt cibū. et erant anime in nauī ducente  
septuaginta. Quod paulus credit?  
est esse deus. C. CXXI.

### Quinc confortati

cibo. alleuabatur nauē iactantes tri-  
ticū in mare. Cū autē dies factus esset. nō  
agnoscebatur terrā. Sinū autē quendā cōsi-  
derabatur habentē litus. in quē cogitabant  
si possent eicere nauē. Et cū anchors su-  
stulissent cōmittebant se mari sine conatu  
nauigij. Et leuato artemone iuxta quem  
ventus eos ducebat. tēdebatur ad litus. Ar-  
temone dicitur modicū velū. directioni na-  
uis portus accomodatū q̄z celeritati. Et cū  
incidissent in locū bithalassum. impes-  
erūt nauē. Bithalassus p̄ri lingua terre  
dicitur in mare p̄ensa. mari hinc et inde cir-  
cūdata. Et dicitur bithalassum q̄si mare bi-  
fidū. terre iuteriectu diuisū. Et cū nauis

offendisset in bitbalassuz. proza manebat immobilis. Duppis vero frangebat maris impetu supueniens. Et consulebat milites omnes victos occidi. ne forte nato aulugerent. **De verbo pauli ad centurionem. C.CXXII.**

**Centurio vero** volens seruare pauluz. prohibuit hoc fieri. et permisit quotquot et quocumque modo possent euadere. et iuxta quod predicabat paulus euaserunt omnes. egressi in insula que vocabatur militene. Et cum egressi essent barbari. habitatores insule officia humanitatis diligenter exhibuerunt eis. Accensa enim pyra reficiebant eos. Et dum paulus colligeret sarmeta et cogereret in piram. vipa inter sarmeta latens adhaesit manui eius. Cum autem videret barbari viperam in manu eius pendente. ad inuicem dicebant. Utique homicida est homo iste. nam cum de naufragio euaserit. vltio diuina eum amplius viuere non permit. Executiens autem paulus viperam in ignem. nihil mali passus est. At illi expectabant ut intumesceret manus eius. quia tumor solet sequi post venenum. Et cum diu expectassent. et nullam in manu eius deprehenderent lesionem. conuertentes faciem suam ad se inuicem dicebant. Homo iste deus est. **Quod sanauit principis patrem et alios. C.CXXIII.**

**Contigit autem patrem** publici principis in insule rebribus et dissenteria laborare. id est fluxu ventris. Ad quem cum paulus introisset. et orando imposuisset ei manus. sanauit eum. Quo facto omnes qui erant in insula infirmi accedebant ad eum et sanabantur. Post menses autem tres inuenerunt nauem alexandrinam que in insula militene biemauerat. cui nomen erat castrum insigne. cui scilicet in insule quia ad bucibi apparebat quorundam castrorum vestigia que antiquitus ibi fuerant edificata. vel cui nauis que in modum castrorum erat insignia

velis intexta. **Alia translatio** habet cui erat insigne castrorum. quia gemini sunt castores scilicet castor et pollux quos gentes precipue in piculo maris inuocant. et ideo in litore maris eis templum fecerunt. Hoc autem et alia translatione euidentius est vbi habet. cui erat insigne filiorum iouis. Fabulant enim gentes castorem et pollucem fuisse filios iouis. Cum autem ascenderet nauem. multis honoribus honorauerunt nos. et posuerunt necessaria in nauem. Et cum venissent syracusam. manserunt ibi tri duo. et inde venerunt regium. et inde post unum diem flante austru venerunt puteolos. pro quo alij libri habent puteolosim. Et est nomen insule. vbi inuenerunt fratres. et rogati ab eis manserunt ibi septem diebus. Cum autem audissent aduentum eorum fratres qui erant rome occurrerunt eis usque ad forum apij. id est ab apio in litore maris constitutum. ut de nocte applicantes ibi inuenerunt vitualia venalia. vbi constituerat tres tabernaculas. tres scilicet domos in litore. in quibus exponerentur cibi venales.

**Quod receptus est a fratribus christianis. C.CXXIII.**

**Et cum vidisset** paulus fratres ad se venientes. gratias agens deo accepit fiduciam. minus scilicet timuit. Et quia ante aduentum pauli iam rome erant christiani. patet ex hoc loco petrum et paulum non primo predicasse romanis. Quod si quicumque legatur de constitutione fidei. intelligendum est non de primaria instructione. Cum autem venissent romam. nondum erat nero confirmatus in regno. nec inualuerat nequicia eius. Et audientes controuersiam esse de lege iudeorum et christianorum vilipedit. Et promissus est paulo libere ire per ciuitatem. cum uno tantum milite eum custodiente. Timuit autem ne forte iudei qui persecuti eum erant in iudea. misissent litteras ad iudeos qui erant rome. ut in dolo eum occiderent. Ideoque post tertium diem conuocauit primos iudeorum. Et cum conuissent. dicebat eis. Ego fratres non veni gentem

# Actuū apostolorum.

meam accusare. sed coactus sum appella-  
re ad cesarem. qz iniuste tradit<sup>9</sup> sum a iu-  
deis in manus romanorū. Propterea vo-  
lo vos scire. qz nulla est causa mor-  
tis mee. nisi qz p̄dico resurrectionē mor-  
tuorū. At illi dixerūt ad eū. Nec lēas acce-  
pim<sup>9</sup> de te a iudea. nec adueniēs aliquis  
fratū locutus ē de temalū. Volum<sup>9</sup> autē  
a te audire q̄ sentis de secta christianorū  
cui adheres. audiui<sup>9</sup> enim q̄ ei vbiqz  
contradicif. Et die assignata venerunt ad  
eū plures in hospiciū suū quibus expone-  
bat legē et p̄phetas. p̄dicans de iesu a ma-  
ne vsqz ad vespam. Et quidaz credebant  
bis q̄ dicebant. alij nō credebāt. Et cum  
discederēt dissentientes. cepit eos paulus  
arguere in hūc modū. Sū spūs sanct<sup>9</sup> de  
vobis locutus ē p̄ isaiam dicēs. Uade ad  
populū istū. et dic ad eos. Aure audientis  
nec intelligetis. et vidētes videbitis. et nō  
p̄cipietis. Incrassatus est enī cor populi  
hui<sup>9</sup> et aurib<sup>9</sup> grauit̄ audierunt. et ocu-  
los suos cōpresserūt. ne forte videāt ocu-  
lis. et auribus audiant. et cōuertant<sup>9</sup> et sa-  
nem eos. qm̄ in gentibus missum est hoc  
salutare dei. et ip̄i audient.

Quo tpe libere p̄dicauit. C.CXXV

**M**ansit autē pau-  
lus toto biennio in hospicio qd̄  
ip̄e conduxerat in libera custodia. et susci-  
piebat omnes qui ingrediebant<sup>9</sup> ad euz.  
p̄dicans verbū dei. et docens de dño iesu  
christo cū omni fiducia sine p̄hibitione.  
Et videqz ante aduētū pauli romā iam  
regnauerat nero duobus annis. Et veni-  
ens romam. p̄ bienniū fuit in libera custo-  
dia. et postea p̄ decenniū in magis libera.  
qz nero nōdū cōfirmat<sup>9</sup> i regno erat. et de-  
dit ei liberā licentiā deambulādi et circū-  
eundi p̄ pres occidentis et p̄dicandi.

Quo heronis imperij anno passus fu-  
erit. C.CXXVI.

**Q**uartodecimo

no anno imperij neronis. cū iam eius ne-  
quicia inualuisset. et iam in iudeos cōspi-  
casser. positus ē paulus rome in carcere.  
vbi multos de familia neronis cōuertit.  
et familiaritatē senece magistri neronis si-  
bi cōparauit. Et eodē. xiiij. anno vltimo  
scz impij neronis martirio coronati sunt  
ip̄e et petrus. Unde patet eos errare qui  
dicūt nō eadem die occisos esse. nisi intel-  
ligatur eadē die anno reuoluto. qd̄ stare  
non potest. cū constet eodē anno scz. xiiij.  
esse occisos et eadem die.

In quibus locis puniti fuerint petrus  
et paulus. C.CXXVII.

**D**e loco autē vidē-  
tur minus sentire quidā. qui pu-  
tant in eodem loco occisos. qz legit. Glo-  
riofī principes terre. quomodo i vita sua  
dilexerūt se. ita et in morte nō sunt separa-  
ti. Por<sup>9</sup> tamen videtur paulus tanq̄  
cuius honorabili<sup>9</sup> morte occisus. quia  
gladius. et in cathacumbis versus oc-  
cidentem. Petrus vero crucifixus in va-  
ticano in vico scz qui est extra ciuitatem  
vbi fiebant dolia. et ita paulus honora-  
bili<sup>9</sup> morte mortuus est. Gladio enim  
p̄imebantur nobiles. et in loco magis ho-  
norabili. scz in cathacumbis.

Incarnationis dñice āno. Mcccclxxiij.  
preclarū hoc opus Scolastice historie.  
factoribus Johanne de Greningen. nec  
nō Henrico de Inguiler impressorie ar-  
tis magistris. in inclita Argentinoz ciui-  
tate possibili emendatione p̄uia imp̄ssuz  
Vensis augusti die. xxviij. feliciter est  
consummatum.



Hain \*5532

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

**Section Header**  
Faint text block below the header, likely bleed-through.

Faint text block in the lower middle section, likely bleed-through.

Faint text block at the bottom of the page, likely bleed-through.

Faint, illegible text on the right side of the page, possibly bleed-through.

**Section Header**  
Faint text block on the right side, likely bleed-through.

Faint text block on the right side, likely bleed-through.

Faint text block at the bottom of the right side, likely bleed-through.

